ibliotheca
Coll. Rom.
ict. Jesu

0.3.10.

Digitized by Google

SA

ORA

PIARV

IMMACV

ANIM

AC BAPTIS

ET EVCHAR

AR

BENE VIVE

A

R.P. PETRO BIVER

Sereniſſimorum Be

SACRVM ORATORIVM

PIARVM IMAGINVM
IMMACVLATÆ MARIÆ
ET
ANIMÆ CREATÆ
AC BAPTISMO, POENITENTIA,
ET EVCHARISTIA INNOVATÆ:

ARS NOVA

BENE VIVENDI ET MORIENDI:

AVCTORE

R.P.PETRO BIVERO Matritenſi Soc.IESV Theologo,
Sereniſſimorum Belgij Principum Concionatore.

*

Digitized by Google

13. B. 21

Digitized by Google

Bibliothecæ Secretæ Coll. Rom. Soc. Iesu



SACRVM ORATORIVM PIARVM IMAGINVM IMMACVLATÆ MARIÆ ET ANIMÆ CREATÆ AC BAPTISMO, POENITENTIA, ET EVCHARISTIA INNOVATÆ: ARS NOVA BENE VIVENDI ET MORIENDI,

ſacris piarum Imaginum Emblematis figurata & illuſtrata:

Auctore R. P. Petro Bivero Matritenſi Soc. Iesv Theologo, Sereniß. Belgij Principum Concionatore.

ANTVERPIAE, EX OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M.DC.XXXIV.
CVM PRIVILEGIIS CAESAREO ET REGIO.

*2

Digitized by Google

GLORIOSÆ ET ÆTERNÆ MEMORIAE ALBERTI ET ISABELLÆ SERENISSIMORVM BELGII ET BVRGVNDIÆ PRINCIPVM.

DVCTVS & doctus diuinitus Ieremias, myſticas elegias dicauit & conſecrauit Principi Ioſiæ poſt obitum; qui, præ ceteris viris glorioſis, ab æterna & glorioſa memoria commendatus ac celebratus eſt ore & oraculo veteris Sapientis: *Memoria*, inquit, *Ioſiæ in compoſi-* Eccli. 49, 1.

Digitized by Google

tionem odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria; & vt muſica in conuiuio vini. Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominum cor ipſius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. Aromata quidem in arbore, mel in floribus, vinum in vite ſic viuunt, vt cùm è plantis ſuis leguntur & decerpuntur, etiamſi viuere quodammodò deſinant, eorum virtus odorifera & ſaporifera nequaquam emoriatur. Ritè ac rectè cum aromatis, vino & melle, comparatur memoria Principis Ioſiæ: qui quamuis eſſe inter viuos deſiiſſet, adhuc eius fama & virtus extabat, apparebat, & vigebat. Princeps certè æterna dignus memoria, quam ardens diuini honoris & nominis æmulatio ſacro zelatori comparauit.

SACRVM PIARVM IMAGINVM compoſueram ORATORIVM ſub regio nomine SERENISSIMÆ ISABELLÆ eden-

edendum & proferendum, cùm æquè ſibi expectatâ, quàm nobis inexpectatâ morte (prô dolor!) ablata & abrepta eſt. Cauſa hæc lamentationum, & ſimul occaſio threnorum, adduxit & induxit animum, vt Vatis exemplo, æternæ & glorioſæ memoriæ ALBERTI & ISABELLÆ Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Sereniſſimorum Belgicæ Principum, in quorum Regio Oratorio per ſedecim ſeruiui annos, SACRVM hoc ORATORIVM offerrem, & ſub tanto nomine & omine tam fortunato proferrem.

Memoria Sereniſſimi noſtri IOSIÆ *in compoſitionem odoris facta opus pigmentarij*; ex qua Catholici nominis & famæ tanta procedit fragrantia, vt ſuauiſſimo ſuo odore totum perfundat & impleat ORATORIVM. Memoria Sereniſſimæ ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ *in omni ore quaſi mel indulcabitur, & vt muſica in conuiuio vini.* In ſaltu & horto vitibus & floribus conſito

to apud Segouiam, nimirum in Valſaino, edita in lucem eſt, quæ pro deliciis humano generi futura erat, dum viueret; & cuius tandem poſt mortem grata memoria mellis ſuauitatem referret, vini dulcedinem redoleret. Adde & muſicæ conſonantiam, quæ & vino generoſo adiuncta magis alliciet, magis attrahet animos piorum hominum, vt vel ex eo titulo, quòd SACRVM ORATORIVM SERENISSIMAM ſonet ISABELLAM, ſanctæ eius lectioni magis afficiantur, magis addicantur.

Vterque Princeps *directus diuinitus in pœnitentiam gentis*, quæ per ſeptemdecim Prouincias Baptiſmo Pœnitentiæ abluta Catholicæ Eccleſiæ acceſſit. Vterque etiam prælucens exemplo ſubditis vſum Pœnitentiæ Sacramentalis induxit & introduxit. Vterque Princeps *tulit abominationes impietatis*, quas intulit in Belgium hæreſis; & venerabilis Sacramenti, quod myſterium pietatis eſt, aſſiduo cultu & frequen-

tia

Digitized by Google

tia eas omnino deleuit. Hæc tria ſunt Sacramenta, Baptiſmus, Pœnitentia, & Euchariſtia, de quibus ſermo eſt in ORATORIO PIARVM IMAGINVM: & eorum quidem cultus & reuerentia mirum in modum ſub vtroque Principe floruit. Iconoclaſtæ ſacrilegi anno LXVI. in ſacras imagines ſæuierunt; & hoc eodem anno, quo Belgium iconoclaſtiam ſenſit, vidit, & ingemuit, ad reſtaurandam piarum imaginum religionem Princeps Sereniſſima ISABELLA, fauſtis ac fortunatis futuræ pietatis præſagiis & auſpiciis, nata & orta eſt.

Vterque Princeps *gubernauit ad Dominum cor ipſius*: & ita gubernauit, vt vna eſſet vtriuſque mens, idem conſilium curandæ ac promouendæ Chriſtianæ Religionis, & Marianæ deuotionis; quarum aſſiduo ſtudio in ſuo regimine regius amborum animus attentus ſemper & intentus erat, ſummus cultor Dei, & immacu-

latæ MARIÆ, cuius piæ effigies primo loco dantur, & in SACRO ORATORIO proferuntur. Secundùm Deum Opt. Max. Virgo immaculata pro Numine vtrique Principi extitit; & vterque pridie quàm in letalem morbum incideret, non ſine occulto myſterio, religionis ergô, venit in noſtrum Collegium, & pro vltimâ ſtatione inuiſit, & valedixit deuotiſſimæ eius imagini, cuius titulus eſt, *Mater miſericordiæ.* Reſpondit arcano myſterio cantus, quem tunc temporis cantores Aulæ ediderunt, MARIA *mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.* Vtrumque ab hoſte protexit, vtrumque in horâ mortis ſuſcepit.

Vterque Princeps *in diebus peccatorum corroborauit pietatem.* Cùm rebelles & perduelles conſpirarent inter ſe, ALBERTVS & ISABELLA diuinæ pietatis memores, vt illam colerent ac fulcirent, Principes ſe eſſe clementiſſimos oſtendebant. Pulchrum

genus

genus victoriæ, pietate impietatem, diuiniſque moribus, vincere ac ſuperare. Hæc cæleſtis victoria eſt, quam in ſumma cælorum aula vterque Sereniſſimus agit: & vtrique, etiam poſt mortem, affulgentem vtriuſque Germaniæ proſperitatem deberi, communis vox populi clamat, cùm poſt obitum priùs ALBERTI Sereniſſima domus AVSTRIACA victrix aſſurrexerit; & poſt mortem ISABELLÆ iterùm triumphatrix reſurgat. Vterque Princeps potens in terræ palatio, in aula cæli potentior, cuius glorioſæ & æternæ memoriæ ſacrum ORATORIVM eſto: SACRVM, inquam, ORATORIVM, & REGIVM; in quo Rex Dauid cultor inducitur, & tandem cor eius regium ſecundùm cor Dei Creatoris, Redemptoris, & Sanctificatoris, introducitur. Nouus Dauid, Princeps vterque eſt, pictus & deſcriptus in SACRO & REGIO ORATORIO, quod editur ad maiorem gloriam DEI; eiuſque

 di-

diuinus cultus procedet feliciter ALBERTO Duce, comite ISABELLA CLARA EVGENIA.

Glorioſa & æterna tantorum Principum memoria ac memoratio auctori & lectori nequit non eſſe proficua, & digna gratiarum actione quam pendit Apoſtolus Deo 1. ad Timoth. 1. vbi, interprete S. Ambroſio, *idcircò gratias agit, quia memor erat Timothei viri mirabilis; vt & hoc ipſum donum ſit. Non enim ſine merito eſt, qui cogitat de bonis viris.*

LV-



Angele Dei
Custodi, Illumina, et Rege.

LVMEN
SACRI ORATORII.

Acra ORATORII *vox auctoribus nota Latinis, ſatis recepta in Conſtitutionibus Pontificum & Imperatorum, placuit Eccleſiæ primoribus; qui pia loca, vbi primi Chriſtiani pro diuino cultu & precibus conuenire conſueuerant,* ORATORIA *nuncuparunt. Ad hunc eumdem finem* SACRVM *hoc* ORATORIVM *tripartitum exhibemus.*

** 3 *Pri-*

Digitized by Google

Prima pars continet imagines immaculatæ MARIAE *Filiæ, Sponſæ, & Matris Dei; quæ prima omnium recitat Dominicam Orationem, edocta ab ipſo Deo, & admonita ſuæ creationis & liberationis à communi lue & labe, de qua glorioſa triumphat. Triumphat immunis ab omni culpa, de peccato & eius pœnis, per nouem Solemnitates, in quibus feſtiuis Angelicæ Salutationis acclamationibus excipitur ab anima Baptiſmate ſancto tincta, Chriſtiana, & tota Mariana reddita, virtute ſacri lauacri agente cum* MARIA *ſolemnem de prima culpa & eius pœnis triumphum.*

Renata ex aqua & Spiritu ſancto anima, lapſa rurſus in peccatum tranſit à prima Parte ad ſecundam: in qua nouum inuenit Dauidem pœnitentem, ſecundam poſt naufragium tabulam arripientem, & dicentem ſeptem
Pſal. 50. *Pœnitentiæ Pſalmos; quorum præcipuus eſt ille*, Miſerere mei Deus, *continens in ſe pœnitentis contritionem, confeſſionem, abſolutionem & ſatisfactionem: quarum imagines deſumptæ ex Euangelio proponuntur, & monent officij ſui Confeſſarium & confitentem; & ad extremum ſuadent frequentiam Confeſſionis Sacramentalis.*

Ritè confeſſa & abſoluta anima tranſit de ſecunda Parte ad tertiam, vbi ſacræ Synaxis particeps efficitur, & excipitur cantibus ſacrarum Virginum, more cæleſtium, Hymnum, Pange lingua glorioſi Corporis myſterium, *non verbis, ſed ſignis & inſignibus propriis modu-*

modulantium, & ſimul exponentium qualis eſſe debeat qui celebrat, & qui communicat. Claudit chorum aſſumpta & coronata MARIA; *cuius corona duodecim ſtellarum indicat duodecim fructus Euchariſtiæ reſpondentes duodecim fructibus Spiritus ſancti, eiuſque ſeptem dona in fine* ORATORII *parant animam pro frequenti vſu venerabilis Sacramenti. Cor denique noui Dauidis colentis ſuum Creatorem, Redemptorem & Sanctificatorem exhibetur, cuius effigie* SACRVM ORATORIVM *perficitur.*

Pro foribus ORATORII *apponitur*, Attende, & audi. *quod eſt oraculum Deuteronomij, non abſimile Delphico, quod erat in ianuis Apollinis litteris aureis exaratum: ſiquidem lib.3. de Viduis, p.3. relatus in Milleloq. Ambroſius cultorem monet:* Tibi dicit Moyſes: Attende tibi, hoc eſt, imagini quam à CHRISTO accepiſti, ſimilitudini ad quam factus es. Ipſam ſerua imaginem, quam CHRISTVS in te operibus ſuis pinxit. *Hæc ſunt opera* CHRISTI, *Baptiſmus, Pœnitentia, & Euchariſtia, quibus imaginem ſuam* CHRISTVS *perficit.* Deut. 27. 9.

Ducit, & introducit in SACRVM *hoc* ORATORIVM *pias animas Angelus cuſtos, præferens lumen tripartitum pro Baptiſmo, Pœnitentia, & Euchariſtia. Hoc Angeli munus eſt; quandoquidem Iſraëlem, ſub cuius cura, tutela & cuſtodia erat, duxit olim ad aquas Maris rubri pro*

Baptiſmo,

Baptiſmo, ad deſertum pro Pœnitentia, ad manna verò cæleſte pro ſacroſancta Euchariſtia. Ergo, tibi dictum eſſe exiſtima, in primo ORATORII *aditu, quod dixerat Deus populo cap.23. Exod.* Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem paraui. *Paratus hic locus debetur colentibus artem benè viuendi, & benè moriendi, cuius forma perſpicua in* SACRO ORATORIO *apparet: omnes quippe eius imagines ſacra ſunt Emblemata pietatis, quam Deus iure Creationis, Regenerationis, Confeſſionis, & Communionis, à ſua quærit & exigit creatura.*

SACRI

SACRI ORATORII

ILLVMINATIO PARTICVLARIS PRO PRIMA ET SECVNDA HEBDOMADA SPIRITALIVM EXERCITIORVM.

SANCTVS *Patriarcha Ignatius Exercitia ſpiritalia in quatuor diuiſit hebdomadas, quarum prima eſt de creatione, & eius fine: ſecunda de Vita Chriſti, miraculis, & miraculoſo Sacramento: tertia de paſſione: quarta de reſurrectione. Hæc eadem quatuor argumenta continent in ſe ſacrum Oratorium & Sanctuarium. Continet Oratorium materiam primæ & ſecundæ hebdomadæ. Primum principium ac fundamentum primæ ſeptimanæ eſt illud, quod in hæc verba S. Ignatius proponit:* Creatus eſt homo, vt Dominum ſuum laudet, ac reuereatur, eique ſeruiens ſaluus fiat. *Primum quoque fundamentum primæ Partis Oratorij hoc eſt, vt creatus & regeneratus homo de fine creationis ac regenerationis ſuæ moneatur. Monetur & inſtruitur ab Immaculata* MARIA, *Primogenita ante omnem creaturam: quam Deus ipſe inſtruit, vt diuinam ſuam Maieſtatem iure ſuæ creationis laudet ac reuereatur; quod & præſtat, vt ceteris hominibus præclaro exemplo præluceat.*

*** *Materia*

Digitized by Google

Materia ſecundæ hebdomadæ Exercitationum ſacrarum de myſterijs Vitæ Christi, magnis eius miraculis, & maximo omnium Sacramentorum arcano ſignatur; & circa hanc ipſam negotiatur ſecunda Pars Oratorij, quandoquidem de aduentu Chriſti vocantis ad pœnitentiam, & in eius gratiam mira facientis, ſermonem inſtituit. Cùm verò S. Ignatius dixerit, In hac hebdomada ſecunda vtile fuerit aliquid ſubinde legere ex Euangelico vel pio aliquo codice; *in hac ſecunda Parte, colligens ſe ad Exercitia, inueniet multa ex Euangelijs, & ex ſanctis Patribus multa, quorum teſtimonijs Euangelicæ poſitæ imagines declarantur & illuſtrantur.*

Cùm verò S. Ignatius ſecundam hebdomadam myſteriorum Vitæ Chriſti, & eius miraculorum, concluſerit in hanc formam : Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum Chriſtus inſtituit in ſignum ſummæ dilectionis: *concluſio & finis ſacri Oratorij eſt totus de venerabili Euchariſtia.* Hoc *ſummæ charitatis ſignum ſpiritaliter ſe exercenti ſacræ Virgines per ſigna ſuarum imaginum proponunt, & exponunt. Agunt de præuia diſpoſitione, quam Euchariſtica ſuſceptio requirit, & de fructibus ſacram ſubſequentibus Communionem, & tandem ſermo eſt de eius frequentatione, quam S. Ignatius introduxit, & ſemel introductam virtute Exercitiorum ſeruari ac retineri contendit.*

Quòd ſi in fine ſacri Oratorij cor ſuum Chriſtianus

creatus

creatus & regeneratus, refectus ſacramentaliter, & ſpiritaliter ſanctificatus, religionis ergô appendit; noui Dauidis inſtar S. Ignatius cor ſuum etiam appendit in Exercitio diuini amoris, cuius eſt oratio illa ſibi cum aliis ſe exercentibus communis: Suſcipe, *inquit*, Domine vniuerſam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum, atque voluntatem omnem. Quidquid habeo, quidquid poſſideo, mihi largitus es: id tibi totum reſtituo; ac tuæ prorſus voluntati me trado gubernandum. Amorem tui ſolum cum gratia tua mihi dones; & diues ſum ſatis, nec aliud quidquam vltrà poſco.

Conſtat ſatis ex dictis, quàm ſibi reſpondeant prima & ſecunda hebdomada ſpiritalium Exercitiorum & ſacrum Oratorium pijs imaginibus ornatum, quarum aſpectu iuuentur colligentes ſe ad Exercitia. Accedunt etiam variæ conſiderationes ex ſanctis Patribus depromptæ, quarum ſubſidio poſſint id præſtare, quod S. Patriarcha Ignatius in aureo ſuo Exercitiorum libello mandat, & præſcribit. Præſcribit etiam vt aliquando agentes & habentes Exercitia faciant loci mutationem, vt maiorem in ſe excitent deuotionem: & iuxta tanti Patris præſcriptum ſacro Oratorio ſacrum ſuccedet Sanctuarium; in quod tranſitum facientes, qui ſe in prima & ſecunda hebdomada exercuerunt, vlteriùs pergant ad tertiam & quartam ſeptimanam, in quibus Chriſtus patiens & ſimul reſurgens

Digitized by Google

SACRI ORATORII

PARS PRIMA

PIARVM IMAGINVM
IMMACVLATÆ MARIÆ,
FILIÆ, SPONSÆ, ET MATRIS DEI;
IN GRATIAM
ANIMÆ CREATÆ
ET
BAPTISMO INNOVATÆ.

Digitized by Google

[illegible] by Google

IMAGINES.

PARTIS PRIMÆ.

Filiæ Dei Primogenitæ MARIAE,
Filiæ nomen Dei ſanctificantis,
Filiæ regnum Patris expoſcentis,
Filiæ voluntatem Patris implentis,
Filiæ panem vitæ pomo præferentis,
Filiæ immunis à debito culpæ & pœnæ,
Filiæ caput ſerpentis calcantis,
Filiæ creatæ Sponſæ Spiritus ſancti in Conceptione,
Sponſæ Spiritus ſancti in Natiuitate,
Sponſæ Spiritus ſancti in Præſentatione,

Sponſæ & Matris Dei in
- *Annuntiatione,*
- *Viſitatione,*
- *Expectatione,*
- *Purificatione,*
- *Aſſumptione,*
- *Feſtiuitate ad Niues.*

Hæ nouem celebritates Immaculatæ MARIAE,
Celebres nouem triumphi de culpa Euæ, & eius pœnis.
Triumphat cum MARIA
innouata ſacro Baptiſmo anima.

Digitized by Google

ORATIO
IMMACVLATÆ FILIÆ
ET
ANIMÆ CREATÆ,

Matt. 6,9. PATER NOSTER, QVI ES IN CÆLIS.

Ars antiqua benè viuendi, figurata & illuſtrata.

Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, Ioan. 17,3.

Sit in tabula mentis prima omnium imago repræſentans Primogenitam MARIAM electam à conſtitutione mundi, vt præ omnibus creaturis colat Deum Patrem qui eſt in cælis.

Sit in ſingulis MARIAE *anima, vt magnificet Dominum.* Ambroſius in cap. 2. Luc.

DEVS PATER MARIÆ:

Audi Filia, et vide te creaturarum omnium primam.



MARIA DEO PATRI:

Pater noſter, qui es in cælis .

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRI ORATORII IMAGO PRIMA EXPLICATA.

MIRA effigies Primogenitæ Dei MARIAE, quæ cùm adhuc eſſet in diuinæ mentis Sacrario, Creatori omnium Deo præſens erat, & opera creationis promouebat, & componebat. Sacram hanc prærogatiuam recognoſcit ipſa in ſe: *Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos: quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componens.* Aderat in effigie, refulgebat in idea, prima Dei filia MARIA; tanti apud Deum Patrem habita, vt cùm mundus conderetur, nihil in eo creari, nihil voluerit fabricari, cui non aſſiſteret ipſa: de quâ Bernardus Serm. 3. ſuper *Salue* enuntiat: *Propter hanc totus mundus factus eſt.* Ipſa eſt quæ prima fundamenta mundi iecit: quapropter Bonauentura Pſalm. 118. *Diſpoſitione tua*, inquit,

Primam, & primariam omnium creaturarum voluit ſibi eſſe Mariam Deus.

Prou. 8, 27.

quit, *perſeuerat mundus, quem & tu cum Deo fundaſti ab initio.* Digna filia tanto Patre, dignus Pater tanta filia. Hanc chariſſimam filiam ſuam monet diuinus Pater primatus ſui ac principatus: *Audi filia, & vide te creaturam omnium primam.* Reſpondet illa:

Matth. 6, 9 *Pater noſter, qui es in cælis.*

Prima, quam Deus vocauit filiam, & prima filia quæ cæleſtem Patrem nouit, coluit & adorauit, MARIA eſt. Eſto, feriùs producta fuerit, & immaculatam Conceptionem plures generationes præceſſerint; primum apud Deum locum tenuit, ac proinde creaturarum omnium prima, cùm intrat & prodit in mundum, ritè & rectè cenſenda eſt. Contingere interdum ſolet, vt Summus Pontifex in Cardinalium creatione primum locum viro primario reſeruet, quem in ſui pectoris ſcrinio retinet; cumque declaratus tandem fuerit, ceteris Purpurariis præferatur. Cùm ſummus Deus de creaturarum omnium ageret formatione, præfiniuit apud ſe, vt prima omnium MARIA foret, quamuis nonnihil tardiùs conciperetur, & ſeriùs generaretur. Ergo cùm Immaculata concipitur, ceteris creaturis præfertur, quæ & in ſua creatione præuenta rationis vſu, ſuum recognoſcit auctorem, & Deum inuocat Patrem; ad cuius cultum & adorationem prima omnium

omnium creaturarum nos inuitat, & prouocat MARIA virgo, cuius vox Dauidica eſto:

ADORATIO.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſ.94,6.

In ſimilitudinem Primogenitæ Dei Patris numen cole.

D*Ei templum mundus hic vniuerſus, cuius Sacrarium ſit cælum*, vt ait Philo lib.2. de Monarch. Totus ergo mundus ſit nobis loco magni ac magnifici templi, in quo vnum & trinum Deum, qui Pater noſter in cælis eſt, colamus & adoremus. Præit MARIA, nos ſequamur. *Venite adoremus, & procidamus ante Deum*, qui Conditor noſter eſt, & ſimul Genitor. Gaudet hoc nomine, gaudet hoc titulo Creator, cùm dixerit Moyſes: *Numquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* Deut.32,6

Ad Mariæ exemplum colat Deum Patrem omnis creatura.

Præit MARIA, ſequitur MARIAM Cyrillus libro 11. in Leuiticum. *Nomen Patris grande myſterium eſt, & nomen Matris arcana reuerentia eſt. Pater tibi Deus ſecundùm ſpiritum dicitur. Mater Ieruſalem cæleſtis eſt: Propheticis & Apoſtolicis hoc diſce teſtimoniis. Hoc ipſum Moyſes ſcripſit in Cantico. Nónne hic ipſe eſt Pater tuus,* Deut.32,6

Galat.4,26 *qui acquiſiuit te, & poſſedit te? Apoſtolus verò dicit de Ieruſalem cæleſti, quia libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Primò ergo tibi Pater Deus eſt, qui genuit ſpiritum tuum,*
Iſai.1,2. *qui & dicit: Filios genui, & exaltaui. Sed & Paulus*
Heb.12,9. *Apoſtolus dicit: Obtemperemus Patri Spirituum, & viuemus.*

Præeuntem quoque MARIAM ſequitur Auguſtinus lib.59. Homiliarum, Homil.42. *Inuenimus Patrem in cælis, attendamus quemadmodum viuamus in terris: ſic enim debet viuere qui talem inuenit Patrem, vt dignus ſit venire ad hereditatem. Dicimus autem communiter: Pater noſter. Quanta dignatio! Hoc dicit Imperator, hoc dicit mendicus, hoc dicit ſeruus, hoc dicit Dominus.* Quod amplius eſt, ſic orat & adorat Primogenita Dei MARIA, & cum illa omnis humana creatura, memor Creatoris ſui: in templo enim Dei ſummi, cuius ſacrarium eſt cælum, recitat & clamat:

PATER NOSTER, QVI ES IN CAELIS.

AT-

ATTENTIO.

Attende tibi. 1.Timoth.4,16.

I*Nueſtigabilem Conditoris tui ſapientiam meditare, vt ſimul cum Propheta dicas: Mirabilis facta eſt ſcientia* Pſ.138,6. *tua ex me. Attende itaque tibi ipſi, vt Deo ſimul attendas.* Hæc Baſilius Serm. in verba Moyſis, *Attende tibi ipſi.*

Attende Deo, qui PATER in cælis eſt: attende tibi ipſi, tanti Patris in terris proles. Reſpice, & fac ſecundùm exemplum Primogenitæ Dei MARIAE. *Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix operum il-* Sap.8,4. *lius.* Et quidem in hunc eumdem finem elegit eam, & prælegit eam Deus, vt Magiſtra noſtra ſit: cuius magiſterio doctus Iuſtinianus cap.10. de Contemptu mundi clamat: *Pater noſter, qui es in cælis. quæ oratio fiducialiter pronuntiatur ab omnibus credentibus, adeò vt nullus vereatur vocare Patrem Deum. Etenim quid maius, quídve excellentius prærogari hominibus potuit, quàm vt fierent Dij, atque Excelſi filij?* Mirabilis excellentia. *Videte qualem charitatem dedit* 1.Ioa.3,1. *nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus.* Ne tantus titulus inanis ſit, præmiſerat D. Ioannes: *Si ſci-* 1.Ioa.2,29 *tis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui fa-*

Materia ſecundæ hebdomadæ Exercitationum ſacrarum de myſterijs Vitæ Chriſti, magnis eius miraculis, & maximo omnium Sacramentorum arcano ſignatur; & circa hanc ipſam negotiatur ſecunda Pars Oratorij, quandoquidem de aduentu Chriſti vocantis ad pœnitentiam, & in eius gratiam mira facientis, ſermonem inſtituit. Cùm verò S. Ignatius dixerit, In hac hebdomada ſecunda vtile fuerit aliquid ſubinde legere ex Euangelico vel pio aliquo codice; *in hac ſecunda Parte, colligens ſe ad Exercitia, inueniet multa ex Euangelijs, & ex ſanctis Patribus multa, quorum teſtimonijs Euangelicæ poſitæ imagines declarantur & illuſtrantur.*

Cùm verò S. Ignatius ſecundam hebdomadam myſteriorum Vitæ Chriſti, & eius miraculorum, concluſerit in hanc formam : Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum Chriſtus inſtituit in ſignum ſummæ dilectionis: *concluſio & finis ſacri Oratorij eſt totus de venerabili Euchariſtia.* Hoc *ſummæ charitatis ſignum ſpiritaliter ſe exercenti ſacræ Virgines per ſigna ſuarum imaginum proponunt, & exponunt. Agunt de præuia diſpoſitione, quam Euchariſtica ſuſceptio requirit, & de fructibus ſacram ſubſequentibus Communionem, & tandem ſermo eſt de eius frequentatione, quam S. Ignatius introduxit, & ſemel introductam virtute Exercitiorum ſeruari ac retineri contendit.*

Quòd ſi in fine ſacri Oratorij cor ſuum Chriſtianus

creatus

creatus & regeneratus, refectus ſacramentaliter, & ſpiritaliter ſanctificatus, religionis ergô appendit; noui Dauidis inſtar S. Ignatius cor ſuum etiam appendit in Exercitio diuini amoris, cuius eſt oratio illa ſibi cum aliis ſe exercentibus communis: Suſcipe, *inquit,* Domine vniuerſam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum, atque voluntatem omnem. Quidquid habeo, quidquid poſſideo, mihi largitus es: id tibi totum reſtituo; ac tuæ prorſus voluntati me trado gubernandum. Amorem tui ſolum cum gratia tua mihi dones; & diues ſum ſatis, nec aliud quidquam vltrà poſco.

Conſtat ſatis ex dictis, quàm ſibi reſpondeant prima & ſecunda hebdomada ſpiritalium Exercitiorum & ſacrum Oratorium pijs imaginibus ornatum, quarum aſpectu iuuentur colligentes ſe ad Exercitia. Accedunt etiam variæ conſiderationes ex ſanctis Patribus depromptæ, quarum ſubſidio poßint id præſtare, quod S. Patriarcha Ignatius in aureo ſuo Exercitiorum libello mandat, & præſcribit. Præſcribit etiam vt aliquando agentes & habentes Exercitia faciant loci mutationem, vt maiorem in ſe excitent deuotionem: & iuxta tanti Patris præſcriptum ſacro Oratorio ſacrum ſuccedet Sanctuarium; in quod tranſitum facientes, qui ſe in prima & ſecunda hebdomada exercuerunt, vlteriùs pergant ad tertiam & quartam ſeptimanam, in quibus Chriſtus patiens & ſimul reſurgens

Digitized by Google

SACRI ORATORII

PARS PRIMA

PIARVM IMAGINVM
IMMACVLATÆ MARIÆ,
FILIÆ, SPONSÆ, ET MATRIS DEI;
IN GRATIAM
ANIMÆ CREATÆ
ET
BAPTISMO INNOVATÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGINES

PARTIS PRIMÆ.

Filiæ Dei Primogenitæ MARIAE,
Filiæ nomen Dei ſanctificantis,
Filiæ regnum Patris expoſcentis,
Filiæ voluntatem Patris implentis,
Filiæ panem vitæ pomo præferentis,
Filiæ immunis à debito culpæ & pœnæ,
Filiæ caput ſerpentis calcantis,
Filiæ creatæ Sponſæ Spiritus ſancti in Conceptione,
Sponſæ Spiritus ſancti in Natiuitate,
Sponſæ Spiritus ſancti in Præſentatione,

Sponſæ & Matris Dei in { *Annuntiatione,* / *Viſitatione,* / *Expectatione,* / *Purificatione,* / *Aſſumptione,* / *Feſtiuitate ad Niues.* }

Hæ nouem celebritates Immaculatæ MARIAE,
Celebres nouem triumphi de culpa Euæ, & eius pœnis.
Triumphat cum MARIA
innouata ſacro Baptiſmo anima.

ORATIO
IMMACVLATÆ FILIÆ
ET
ANIMÆ CREATÆ,

Matt. 6,9. PATER NOSTER, QVI ES IN CÆLIS.

Ars antiqua benè viuendi, figurata & illuſtrata.

Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, Ioan. 17,3.

Sit in tabula mentis prima omnium imago repræſentans Primogenitam MARIAM electam à conſtitutione mundi, vt præ omnibus creaturis colat Deum Patrem qui eſt in cælis.

Sit in ſingulis MARIAE *anima, vt magnificet Dominum.* Ambroſius in cap. 2. Luc.

Digitized by Google

DEVS PATER MARIÆ:

Audi Filia, et vide te creaturarum omnium primam.



MARIA DEO PATRI:

Pater noſter, qui es in cælis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

SACRI ORATORII
IMAGO PRIMA
EXPLICATA.

MIRA effigies Primogenitæ Dei MARIAE, quæ cùm adhuc eſſet in diuinæ mentis Sacrario, Creatori omnium Deo præſens erat, & opera creationis promouebat, & componebat. Sacram hanc prærogatiuam recognoſcit ipſa in ſe: *Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos: quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componens.* Aderat in effigie, refulgebat in idea, prima Dei filia MARIA; tanti apud Deum Patrem habita, vt cùm mundus conderetur, nihil in eo creari, nihil voluerit fabricari, cui non aſſiſteret ipſa: de quâ Bernardus Serm. 3. ſuper *Salue* enuntiat: *Propter hanc totus mundus factus eſt.* Ipſa eſt quæ prima fundamenta mundi iecit: quapropter Bonauentura Pſalm. 118. *Diſpoſitione tua*, inquit,

Primam, & primariam omnium creaturarum voluit ſibi eſſe Mariam Deum.

Prou. 8, 27.

quit, *perſeuerat mundus, quem & tu cum Deo fundaſti ab initio.* Digna filia tanto Patre, dignus Pater tanta filia. Hanc chariſſimam filiam ſuam monet diuinus Pater primatus ſui ac principatus: *Audi filia, & vide te creaturam omnium primam.* Reſpondet illa:
Matth.6,9 *Pater noſter, qui es in cælis.*

Prima, quam Deus vocauit filiam, & prima filia quæ cæleſtem Patrem nouit, coluit & adorauit, MARIA eſt. Eſto, ſeriùs producta fuerit, & immaculatam Conceptionem plures generationes præceſſerint; primum apud Deum locum tenuit, ac proinde creaturarum omnium prima, cùm intrat & prodit in mundum, ritè & rectè cenſenda eſt. Contingere interdum ſolet, vt Summus Pontifex in Cardinalium creatione primum locum viro primario reſeruet, quem in ſui pectoris ſcrinio retinet; cumque declaratus tandem fuerit, ceteris Purpurariis præferatur. Cùm ſummus Deus de creaturarum omnium ageret formatione, præfiniuit apud ſe, vt prima omnium MARIA foret, quamuis nonnihil tardiùs conciperetur, & ſeriùs generaretur. Ergo cùm Immaculata concipitur, ceteris creaturis præfertur, quæ & in ſua creatione præuenta rationis vſu, ſuum recognoſcit auctorem, & Deum inuocat Patrem; ad cuius cultum & adorationem prima omnium

omnium creaturarum nos inuitat, & prouocat MARIA virgo, cuius vox Dauidica eſto:

ADORATIO.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſ. 94, 6.

In ſimilitudinem Primogenitæ Dei Patris numen cole.

DEi *templum mundus hic vniuerſus, cuius Sacrarium ſit cælum*, vt ait Philo lib. 2. de Monarch. Totus ergo mundus ſit nobis loco magni ac magnifici templi, in quo vnum & trinum Deum, qui Pater noſter in cælis eſt, colamus & adoremus. Præit MARIA, nos ſequamur. *Venite adoremus, & procidamus ante Deum*, qui Conditor noſter eſt, & ſimul Genitor. Gaudet hoc nomine, gaudet hoc titulo Creator, cùm dixerit Moyſes: *Numquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* *Ad Mariæ exemplum colat Deum Patrem omnis creatura.* Deut. 32, 6

Præit MARIA, ſequitur MARIAM Cyrillus libro II. in Leuiticum. *Nomen Patris grande myſterium eſt, & nomen Matris arcana reuerentia eſt. Pater tibi Deus ſecundùm ſpiritum dicitur. Mater Ieruſalem cæleſtis eſt: Propheticis & Apoſtolicis hoc diſce teſtimoniis. Hoc ipſum Moyſes ſcripſit in Cantico. Nónne hic ipſe eſt Pater tuus,* Deut. 32, 6

Galat.4,26 *qui acquiſiuit te, & poſſedit te? Apoſtolus verò dicit de Ieruſalem cæleſti, quia libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Primò ergo tibi Pater Deus eſt, qui genuit ſpiritum tuum,*
Iſai.1,2. *qui & dicit: Filios genui, & exaltaui. Sed & Paulus*
Heb.12,9. *Apoſtolus dicit: Obtemperemus Patri Spirituum, & viuemus.*

Præeuntem quoque MARIAM ſequitur Auguſtinus lib.59. Homiliarum, Homil.42. *Inuenimus Patrem in cælis, attendamus quemadmodum viuamus in terris: ſic enim debet viuere qui talem inuenit Patrem, vt dignus ſit venire ad hereditatem. Dicimus autem communiter: Pater noſter. Quanta dignatio! Hoc dicit Imperator, hoc dicit mendicus, hoc dicit ſeruus, hoc dicit Dominus.* Quod amplius eſt, ſic orat & adorat Primogenita Dei MARIA, & cum illa omnis humana creatura, memor Creatoris ſui: in templo enim Dei ſummi, cuius ſacrarium eſt cælum, recitat & clamat:

PATER NOSTER, QVI ES IN CAELIS.

AT-

ATTENTIO.

Attende tibi. 1. Timoth. 4, 16.

INueſtigabilem Conditoris tui ſapientiam meditare, vt ſimul cum Propheta dicas: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Attende itaque tibi ipſi, vt Deo ſimul attendas. Hæc Baſilius Serm. in verba Moyſis, *Attende tibi ipſi.* Pſ. 138, 6.

Attende Deo, qui PATER in cælis eſt: attende tibi ipſi, tanti Patris in terris proles. Reſpice, & fac ſecundùm exemplum Primogenitæ Dei MARIAE. *Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix operum illius.* Sap. 8, 4. Et quidem in hunc eumdem finem elegit eam, & prælegit eam Deus, vt Magiſtra noſtra ſit: cuius magiſterio doctus Iuſtinianus cap. 10. de Contemptu mundi clamat: *Pater noſter, qui es in cælis. quæ oratio fiducialiter pronuntiatur ab omnibus credentibus, adeò vt nullus vereatur vocare Patrem Deum. Etenim quid maius, quídve excellentius prærogari hominibus potuit, quàm vt fierent Dij, atque Excelſi filij?* Mirabilis excellentia. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus.* 1. Ioa. 3, 1. Ne tantus titulus inanis ſit, præmiſerat D. Ioannes: *Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit* 1. Ioa. 2, 29

cit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt. Natus ex Deo, virtute bonorum operum vel ipſi Dei Vnigenito conformis eſt, vt ait Cyrillus lib.11. in Ioan.cap.24. *Ex limo & terra ſumus, ſed qualitate operum ac fide conformitatem*
Eccli.38, 28. *Chriſti aſſequimur.* Quod vt ritè ac rectè fiat, *aſſiduitas variat picturam.*

Matth.6, 10. SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

Sit in tabula mentis imago Primogenitæ MARIAE, electæ ad colendum Deum Patrem, & ſanctum nomen eius.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar.

IMA-

DEVS PATER MARIÆ:
Audi Filia, et vide ſanctificatum in cælo nomen meum.



MARIA DEO PATRI:
Sanctificetur nomen tuum.

B[illegible] VITT[illegible] EM[illegible]

IMAGO SECVNDA EXPLICATA.

CREATVRA, quemadmodum lib.2.de Geneſi ad litteram cap.8. monet Auguſtinus, *priùs erat in Verbo Dei ſecundùm genitam ſapientiam : deinde facta eſt in creatura ſpiritali, hoc eſt, in cognitione Angelorum ſecundùm creatam in illis ſapientiam ; deinde in genere proprio.* Ergo Primogenita Dei filia, quæ in diuina idea erat, nunc exhibetur in cognitione Angelorum, quos in cælo Deus condidit ; & eorum erga ſe obedientiam experiri ſtatuens, intimauit, vt numen Creatoris etiam poſt aſſumptam humanitatem colerent, & humiliter adorarent. Reſtitit imperanti Deo Lucifer, cui adhæſerunt ſpiritus perduelles, eorumque impudentiam zelator diuini nominis Michaël retudit ac fregit hac vna voce : *Quis vt Deus?*

Primam in notione & laudatione nominis ſui voluit Mariam Deus.

Certabatur de gloria nominis Dei, & in eo quidem certamine præceſſit & ſimul exceſſit Angelos omnes MARIA, cui Chriſtus apud S. Birgittam libro 1. Reuelat. cap.10. dicit : *Tu radiaſti ſuper omnes cælos, lux tua & ſerenitas tua excellit omnes Angelos.* Ad excellentiam hanc vocat cæleſtis Pater filiam ſuam, cùm

cùm ait: *Audi filia, & vide ſanctificatum in cælo nomen meum.* Filia videt, audit, & ſimul orat, *Sanctificetur nomen tuum.* Prælucebat iam in ſpiritali creatura MARIA, & præfulgebat in cognitione Angelorum,
Luc. 1, 49. ac pariter præcinebat: *Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Angelis iniunxit Deus, vt Primogenitum ſuum ex femina aliquando naſciturum colerent & adorarent. Negauit Lucifer cultum, exhibuit Michaël in conſortio & comitatu MARIAE, quæ Primogenita ante omnem creaturam diuini nominis veneratione præit, ſanctificatione præcedit. Aſſociemur ergo Angelis, adiungamur & MARIAE, quæ tota Angelica clamat:

ADORATIO.

Pſ. 94, 6. *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.*

In ſimilitudinem Primogenitæ Dei Patris cole nomen.

Ad eius exemplum creatura nomen Dei Patris veneretur.

SAcrarium, in quo ſublime numen & nomen Creatoris Dei honoratum eſt, cælum extitit, & quidem excelſos & ſublimes cultores ſui diuina poſtulat gloria. Hinc factum, vt cùm MARIA immaculata cantauit, *Fecit mihi magna qui potens eſt, &*
Luc. 1, 49.
ſanctum

ſanctum nomen eius, in excelſis montanis eſſe deſcribatur; vbi & illud pro diuini nominis ſanctificatione addidit: *Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Luc. 1, 51. ſuperbos ſcilicet angelos, qui ſuo Conditori dare gloriam recuſarunt. Venite ergo, aſcendamus mente in cælum, adoremus, & cum MARIA procidamus ante Deum, vt ſanctum eius nomen extollamus. Dicat, reclamet, acclamet vnuſquiſque, *Quis vt Deus* in maieſtate ſua? *quis vt Deus* in humanitate ſua? *Pſallam nomini tuo Altiſſime*, ſocius factus Angelorum, atque in eorum conſortio Pſ. 9, 3. nomini tuo cantabo: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus Rex cæleſtis, Deus Pater omnipotens.*

Quis tantum Regem non colat? Quis tantum Patrem non adoret? Diſcamus præſtare cultum & reuerentiam diuinam, ex Angelis Dei, & Angelorum Regina, cuius anima ſublimis ſe totam in Dei laudes effundebat, & reſoluebat. *Magnificat*, inquit, Luc. 1, 47. *anima mea Dominum.* Cùm edidit cantum MARIA, ſatis oſtendit, quàm inſignis eſſet & ſublimis in ſanctificatione nominis ſereniſſimi Dei. Deus tunc temporis ita innotuit, vt adhuc in vtero clauſus

C Ioan-

Digitized by Google

Ioannes, cæcus, mutus & ſurdus, gloriam æterni Patris auſcultaret, loqueretur, contemplaretur. Cæcutiebat iam præ ſenectute Eliſabetha, & tamen ſanis oculis ex ore MARIAE claram Dei percepit notitiam: & mutus coniux nouit didicitque canere, &
Luc.1,68. cecinit; *Benedictus Dominus Deus Iſraël.* Ad hunc ergo cultum Mariana inſtitutione formati, & Angelici facti, dicamus:

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

ATTENTIO.

Attende tibi. 1.Timoth.4,16.

Attende itaque tibi ipſi, vt Deo ſimul attendas. *Baſilius in Homil.*

Attende Deo, cuius nomen ab Angelis in cælis colitur & adoratur. Attende tibi ipſi, vt cùm eius proles exſiſtas, in te quoque ſanctum fiat, veluti per MARIAM & in MARIA Primogenita Dei Patris ſanctificatum eſt. Cui bono, niſi tuo, hanc facis ſupplicationem? Audi ſanctum Auguſtinum Serm.de Orat.Dominica: *Cùm rogas vt ſanctificetur nomen ipſius, non pro illo rogas, ſed pro te: quia rogas, vt quod ſemper eſt ſanctum, ſanctificetur in te, hoc eſt,*

eſt, vt ſanctum habeatur, nec contemnatur à te. Tibi ergo optas bonum; quia malum tibi eſt, ſi contempſeris nomen Domini, quod nihil eſt aliud, quàm contemnere ipſum Deum. Nomen Patris ſeruatur, cuſtoditur in prolibus, in filiis æſtimatur, ſi tamen opera nomini paterno reſpondeant, veluti Chriſtus monet: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Matt. 5, 16 Accedat Cyrillus in Ioannem lib. 11. cap. 14. *Quemadmodum benè agere non ad noſtram, ſed ad Dei gloriam debemus (luceat enim, inquit, lux veſtra coram hominibus, vt videant bona opera veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt) ſic cùm orandi tempus adſit, gloria primò Dei petenda eſt: hoc enim pacto orare nos docuit, Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum.* Hoc ipſum nos docet edocta vel ab ipſo Deo MARIA: ſequamur eius doctrinam, vt eius nomen colamus, cuius regnum concupiſcimus. Vnaquæque creatura id appetit, ad quod nata & condita eſt, quemadmodum vniuerſitas rerum omnium conteſtatur: ergo cùm omnes ex Deo generati ſimus, & eam propterea nobis indiderit propenſionem, vt non ad abiecta declinemus, ſed ad ſublimia & cæleſtia feramur, & adſpiremus; oportet, ne degeneres exiſtamus, & præter naturam creatura-

rum procedamus, ſed more ipſarum, &, quod amplius eſt, ad imitationem Filiæ Dei, regnum paternum poſtulemus.

Matt.6,10 ADVENIAT REGNVM TVVM.

Sit in Tabula mentis imago Primogenitæ MARIAE electæ ad Patris nomen honorandum, & eius regnum petendum.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar.

IMA-

Digitized by Google

DEVS PATER MARIÆ:
Audi Filia, et vide vacantes in cælo ſedes.



MARIA DEO PATRI:
Adueniat regnum tuum.

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO TERTIA EXPLICATA.

PRAEVALVIT Michaël in prælio, & immanem illum draconem, qui cauda ſua magnam ſtellarum partem è ſedibus ſuis abſtraxit, è ſuperis deturbauit. Poſtquam verò Lucifer, & Luciferi ſequaces, è cælo depulſi ſunt, ſedes eorum vacarunt; quæ ne vacuæ remanerent, condidit homines Deus, vt illas omnes replerent. Nouit hoc myſterium Virgo, nouit prælium & triumphum, quem pulchro ſuo carmine celebrauit: *Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Potuiſſet conditor Deus nouos Angelos creare, maluit tamen humiles homines condere, qui cæli ſubſellia occuparent. Nec quidem ſedes illas tenuiſſent, niſi filia Dei interueniſſet, cui dicit Pater: *Audi filia, & vide vacantes in cælo ſedes.* Reſpondit illa: *Adueniat regnum tuum.* Cùm dignitas in Aula vacat, & pro eius petitione & impetratione accedit Reginæ auctoritas, certa ſpes affulget felicis exitus. Vacarunt in cælo honores poſt defectionem proditorum Angelorum; accedit MARIA, accedit cunctorum

Prima ad regnum vocata in illud collimat Maria.

Luc. 1, 51.

ctorum

Digitized by Google

ctorum hominum Regina, ſedeſque vacantes petit; poſtulat, vt in deſerta iam loca fideles homines euehantur.

Non eſt inanis & irrita poſtulatio Mariana, cu-
Pſ.121,4. ius meritis exigentibus *illuc aſcenderunt tribus Domini, teſtimonium Iſraël ad confitendum nomini Domini. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid.* Succurrit dictis Birgitta in Angelico Sermone: *Virtus illa, quæ te, ô Virgo deſiderabilis, ad ſuam æternam gloriam creauit, ipſam te glorificauit, quaſi coronam tertiam, per quam Angeli rupturas priorum coronarum redintegrari debere cognoſcebant.* Sedes, quæ diuini negatione cultus amittuntur, exhibitione honoris Dei, quem MARIA non ſolùm impendit, ſed etiam impendendum docet, acquiruntur. Nouerat itaque Deus, qualis aliquando futurus eſſet cultus & oratio Mariana, eiuſque reſpectu & intuitu cæleſtes ſedes
Matth.25,34. cultoribus decernebat. Eapropter *à conſtitutione mundi* cæleſte regnum paratum Sanctis & electis ſuis in vltima ſententia expoſiturus Iudex eſt, vt nouerint creaturæ humanæ, quàm antiquum ſit Deo Patri, earum felicitatem curare, & affectare.

ADO-

ADORATIO.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſal.94,6.

In ſimilitudinem Primogenitæ paternum regnum poſtula.

SImus omnes Mariani, omnes adoremus, & procidamus ante Deum. Cùm necdum in mundo eſſemus, ſedeſque vacarent in cælo, de dando nobis regno cogitauit. *Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem.* Hoc ipſum regnum eſt, de quo Chriſtus ſuis Sanctis dicturus eſt aliquando: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Benè Auguſtinus lib.50.Homiliarum,Homil.43. *Optare, & orare vt veniat regnum Dei, nihil eſt aliud, quàm optare ab illo, vt dignos nos faciat regno ſuo, ne fortè, quod abſit, veniat, & nobis non veniat. Multis enim non eſt venturum, quod tamen venturum eſt eis quibus dicetur: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum.*

Ad eius exemplum regnum Dei Patris quærendum. Pſ.144,10. Matt.25,34.

regnum. Quamuis ſingulis creaturis præſcripſerit Auctor naturæ, vt in terminos ſibi præfixos vergant, ac in fines ſuos neceſſariò moueantur; diſpenſauit, vt interdum ad implendum inane & vacuum præter ordinem ſibi datum, mirabiliter cierentur, licet homines terreni ſint, & ex ſe in terram tendant, tamen ad replendas illas ſedes, quas vacuas angeli reliquerunt, ſurſum aſſumuntur, & aſſurgunt, vnde conuenienter Agnes ait: *Congaudete mecum, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas ſedes accepi.* Accepit meritis & exemplis Marianis, quibus adducitur Deus, vt ipſe præter naturæ conditionem ſurſum euchat orantes ſimul, & clamantes:

ADVENIAT REGNVM TVVM.

ATTENTIO.

Attende tibi. 1. Timoth. 4, 16.

Attende itaque tibi ipſi, vt Deo ſimul attendas. *Baſilius in Homil.*

ATtende Deo, qui cæleſte tibi regnum ab orbe condito parauit: attende tibi ipſi, vt pro meritis illud poſſideas, quod pro meritis ſibi & nobis Primogenita Dei MARIA poſtulauit & impetrauit:

trauit: ad cæleſtia quippe nos vocat ſublimis Dei Patris generatio, quemadmodum cap.10. de Contemptu mundi monet Iuſtinianus. *Per hanc vtique ſpiritualem generationem, qua omnipotens Pater voluntariè genuit nos verbo veritatis ſuæ, vt eſſemus initium aliquod creaturæ eius, magni procul dubio ſumus, ad alta tendimus, ſupernáque deſiderantes, cæleſtis dignitatis generationem ſeruamus, dedignamúrque remunerari paruis, ſentientes nos naturali impulſu ad excelſa proficere.* Iacob.1, 18. Cùm terrenũ Adamum & Euam condidit ſummus Deus, rerum omnium dominatum illis contulit. *Benedixítque illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.* Gen.1,28. Largitus eſt Deus homini quidquid ſub cælo erat, & quidem ante omnem orationem ac petitionem ipſius, vt omnes ſuas preces eò dirigeret, vbi Deus ſibi & filiis regnum paratum habet. Hoc inprimis quærendum. *Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius.* Matt.6,33 Hoc inprimis petendum eſt & poſtulandum, quod ſibi & nobis MARIA precatur, mundialium immemor rerum, memor diuinarum & cæleſtium, quarum impetratio pendet ex obſeruatione voluntatis Dei Creatoris. Quid æquius, quídve iuſtius eſſe queat, quàm vt pro-

les placitum paternum præſtet, & exequátur? Hoc natura ipſa docet, & monet, & quidem ſine præmio aut remuneratione, ad honorem Patri præſtandum vltrò inducit. Deus autem Pater ad id quod naturæ lege teneris, inuitat, & allicit mercede propoſita, ſi diuinæ eius voluntati obtemperes.

Matt. 6, 10. FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN CAELO ET IN TERRA.

Sit in Tabula mentis imago Primogenitæ MARIAE, regnum Dei Patris petentis, & voluntati eius obtemperantis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar.

DEVS PATER MARIÆ:
Audi Filia,et vide mandatum primo-homini datum.



MARIA DEO PATRI:
Fiat voluntas tua,ſicut in cælo, et in terra.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO QVARTA EXPLICATA.

CONDIDIT homines Deus, vt ſupernos gloriæ thronos, quos angeli deſeruerant, occuparent. Amiſerant ſedes gloriæ, qui facti Deo hoſtes, ſalutare mandatum violauerunt. Iactura, quam inobedientia induxerat, inſtauranda erat per humanam ſubiectionem. Deus propterea ſtatim poſt creationem quamdam legem Adæ, humani generis capiti, & ſimul membris eius ac poſteris, ſub pœna mortis cuſtodiendam promulgauit. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Admonet Deus Pater filiam ſuam Primogenitam conſtitutam in proprio genere, quod eſt humanum, *Audi filia, & vide mandatum primo homini datum.* Filia mea es, & filia Adæ: mea per gratiam ſoboles, per carnem iam in ſemine Adæ proles: memor eſto mei, memor voluntatis meæ, ne degeneres. Occurrit Deo Patri MARIA: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.*

Prima in voluntatis diuinæ obſeruatione Maria.

Gen. 2, 15.

Quàm

Quàm ingenita & innata voluntas Dei fuerit ſemper MARIAE, vel ex hoc intelligi poteſt, quòd libro I. Reuelationum, cap. I. dixerit Birgittæ Chriſtus: *Præpone voluntatem meam voluntati tuæ, quia mater mea, Domina tua, à principio vſque ad finem numquam aliud voluit niſi quod ego.* Conſonant benè IESVS CHRISTVS, & MARIA. CHRISTVS, dum ait:

Pſ.39,8. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* MARIA, dum dicit Patri, *Fiat voluntas tua.*

Iſai.62,4. Hæc filia, cui Deus dicit per Iſaiam: *Vocaberis Voluntas mea in ea.* Vnuſquiſque ſuum nomen perpetuò retinet: & ſi Deus illud imponit, æternum ac ſempiternum eſt. Hoc igitur nomen, *Voluntas mea in ea* erit in ea perpetuũ, erit æternum, vt licet communi omnium præcepto MARIA ſubiaceat, ab eius violatione præſeruetur. Communis lex naturæ eſt, vt omnia elementa effectus ſuos producant: ſub qua lege ignis etiam ille tenebatur & comprehendebatur, qui tres pueros in fornace Babylonis non læſit; nec dubium, quin & ipſi ſacri pueri tenerentur ea lege, vt ab igne læderentur, niſi diuinitus fuiſſent erepti. Commune decretum eſt, vt eſca ex prohibita arbore ſumpta, Adamo & poſteris noceat: nocebit & MARIAE filiæ Adæ, niſi diuinitus illa euadat;

dat; euadet tamen, quæ nos inuitat, vt cultores Dei eiuſque voluntatis exiſtamus.

ADORATIO.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſ.94.6.

In ſimilitudinem Primogenitæ, venerare Dei Patris voluntatem.

TEmplum Dei mundus hic vniuerſus eſt, in quod templum ſui cultum induxit Deus, cùm temperare ſibi & abſtinere à prohibito fructu Adamum & poſteros iuſſit. Dedicatum hoc templum eſt, cùm in ſtatu innocentiæ Deus beneplacitum ſuum indicauit & intimauit. Vna vox cunctorum erat, vnum naturæ votum: *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.* Omnes vno naturæ ſenſu conſenſuque dicebant: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.* Hoc eſt, vt ait Auguſtinus: *Quomodo tibi ſeruierunt Angeli in cælo, & nos tibi ſeruiamus in terra. Angeli autem ipſius ſancti obediunt illi, non illum offendunt, ſed faciunt iuſſa, amando Deum. Hoc ergo oramus, vt nos præceptum Dei cum charitate faciamus.* *Ad eius exemplum Regnum Dei obedientiâ acquirendum.*

Pulchra petitio, & ſimul fortis munitio contra diabolici ſerpentis inſultus, vt teſtatur Cyprianus,

quem lib.4.contra Epiſtolam Pelagiani, cap.9. idem Auguſtinus allegat: *Addimus quoque & dicimus, Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra, non vt Deus faciat quod vult, ſed vt nos facere poſſimus quod Deus vult. Nam Deo quis obſiſtit, quò minùs faciat quod vult? ſed quia nobis à diabolo obſiſtitur, quò minùs per omnia noſter animus atque actus Deo obſequatur, oramus & petimus, vt fiat in nobis voluntas Dei.* Hæc igitur congrua poſtulatio, hæc totius naturæ oratio, hoc ſolemne votum immaculatæ MARIAE, quæ non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex voluntate Dei nata eſt.

FIAT VOLVNTAS TVA, SICVT IN CAELO ET IN TERRA.

ATTENTIO.

Attende tibi. 1.Timoth.4,16.

Attende itaque tibi ipſi, vt Deo ſimul attendas. *Baſilius in Homil.*

ATtende Deo, cuius voluntas ſeruatur & impletur in cæleſti regno & imperio: attende tibi ipſi, more cæleſti; audi, & adhære diſciplinæ Patris tui, ſicut Primogenita Dei & ſimul filia Adæ

MARIA

MARIA auſcultauit & adhæſit. Benè & ſatis opportunè cap. 10. de Contemptu mundi aduertit Iuſtinianus: *Cùm Dei perficimus voluntatem, cùm diuinam in nobis per virtutum ſtudia cuſtodimus imaginem, rectiſſimè filij Excelſi ſumus.* Pater noſter cæleſtis *voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius:* & hinc fit, vt diuinæ eius voluntatis adoptione, dignitatem filiorum eius habuerimus. Fit prætereà, vt quoties oramus, *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra,* filiationem eius, in qua Dei forma, imago & ſimilitudo conſiſtit, ratam & firmam in nobis ſeruare poſtulemus. Si quis autem benè attendat, cùm ſic poſtulat, terram ſimul & cælum eſſe deprehendet apud ſe, vbi voluntas Patris impleatur, cùm lib. 4. contra Epiſtolam Pelagianorum cap. 9. loquatur in hæc verba Auguſtinus: *Fieri petimus voluntatem Dei in cælo & in terra, quod vtrumque ad conſummationem noſtræ incolumitatis pertinet, & ſalutis. Nam cùm corpus è terra, & ſpiritum poſſideamus è cælo; ipſi terra & cælum ſumus, & in vtroque, id eſt in corpore & ſpiritu, vt Dei voluntas fiat oramus.* Et quidem vt noſtris omnium votis reſpondeat præfata oratio, Mariana tota ſit. Sit & perfecta obſeruatio, ne quis nitatur in vetitum, & in negata feratur. Atque hoc eſt quod S. Paulus Romanis tamquam rem maximè

Iacob. 1. 18.

Digitized by Google

ad ſalutem neceſſariam tam ſedulò inculcat dicens: Rom.12,1 *Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei*, &c. *vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta*, id eſt vt primò benè, mox meliùs, ac demum perfectiſſimè, ſanctiſſimam Dei voluntatem in omnibus cognoſcere & complere ſtudeamus: hæc enim Dei voluntas regula eſt, menſura, fons & origo omnis virtutis & ſanctitatis, cui proinde noſtra voluntas planè conformanda eſt, ſi ſancti & perfecti eſſe velimus.

Matt.6,11 PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE.

Sit in Tabula mentis imago Primogenitæ MARIAE filiæ Euæ, ſeruantis Dei voluntatem, & panem vitæ affectantis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar.

IMA-

DEVS PATER MARIÆ:
Audi Filia, et vide ne pomum capias,ſed panem vitæ.



MARIA DEO PATRI:
Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

BIBLIOTECA NAZ. ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by

IMAGO QVINTA EXPLICATA.

HOSTIS felicitatis humanæ ferre minimè potuit, vt humiles homines ad honores, quos ipſe in cælo perdiderat, vocarentur; ac proinde induxit Adamum & Euam, vt datum ſibi præceptum infringerent, & oblatas ſedes amitterent. *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier: De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, veſcimur: de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. Dixit autem ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, & comedit.* Comedit vterque pomum, & panem Angelorum vterque amiſit. Quis autem ſit iſte panis, definit in Declamatione Bernardus: *Panis animæ*

Prima in redemptione, & in communione Maria.

Gen. 3, 1.

animæ noſtræ iuſtitia eſt, & ſoli beati qui eſuriunt illum. Beata igitur immaculata MARIA, cui Deus Pater dicit, *Audi filia, & vide, ne pomum capias, ſed panem vitæ.* Reſpondit eſuriens filia, cuius naturæ neceſſitas, extremaque eſuries loquitur: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

Reclamat intus conſcientia, cùm quis delinquit in Deum: & cùm Adamus & Eua cibum prohibitum ſumerent, reclamauit tunc temporis quodam modo MARIAE ſpiritus, ne fides fallaci ſerpenti haberetur: inſtabat, & vrgebat, vt panis vitæ cibo mortis præferretur; nihil profuit Mariana reclamatio, imò potiùs reclamantem Dei filiam naturæ iure ſecum Adamus & Eua in perniciem attuliſſent, niſi gratia ſuccurriſſet. Iure teneri, debere eſt. Tenebatur quidem iure, ſed non communi iniuria MARIA. Hinc Bernardus de verbis Apocalypſis: *Crudelis Eua, per quam ſerpens antiquus peſtiferum etiam ipſi viro virus infudit; ſed fidelis* MARIA, *quæ ſalutis antidotum & viris & mulieribus propinauit: illa enim miniſtra ſeductionis, hæc propitiationis: illa ſuggeſſit præuaricationem, hæc iniecit redemptionem.* Accipit à patre proles alimentum ſuum, à quo & ſimilitudinem ducit. Accepit igitur panem vitæ à Deo & Patre ſuo MARIA. Quotquot deficiunt, genimina viperarum fiunt; nec iam à diuino Patre,

Patre, ſed à ſerpente communicatum ſibi cibum capiunt. Hinc dolor, hinc lacrymæ.

ADORATIO.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino qui fecit nos. Pſ.94,6.

Ecce, à Deo & eius Primogenita defecimus.

AVguſtinus in ſuis Meditationibus dolens & lugens exclamat: *Quàm durus & dirus caſus ille! Manducabat tunc homo panem Angelorum, quem nunc eſurit.* Heu! heu! Deum iuſtitiæ noſtræ, & ſimul vitalem panem amiſimus. Tanti ſtetit primum pomum, quod accepit à ſerpente primus homo, vt ſe & ſuam poſteritatem ad ſummam miſeriam redegerit. Depauperauit ita ſe ac poſteros ſuos, vt ne quidem panis fruſtum in tota eius familia reliquum foret. Inuentus eſt hic panis iam demeſſus, & maturus, confirmans cor virgineum, apud ſolam immaculatam MARIAM. Maius hoc miraculum eſt, quàm illud cuius meminit Scriptura, cùm tempore famis extremæ Deus per feminam prouidit de pane, quo Elias aleretur, ne periret. *Iactura humani generis.* 3.Reg.17, 15.

Periiſſet quidem MARIA, niſi prouidiſſet Deus

de pane, quo & ipſa confirmaretur, & genus humanum reficeretur ac reſtauraretur. Quem habet MARIA panem, nos amiſimus: habet illa, quæ Deum auctorem vitæ ſuæ colit & adorat; nos amiſimus, qui panem Angelorum mortis pabulo poſthabuimus. *Ploremus coram Domino, qui fecit nos.* Ploremus coram immaculata MARIA, quæ tenens in manu

Pſ.94.6.

Thren.5.9 panem, præuenit Ieremiam, dum dicit: *In animabus noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deſerto.* Accedit Bernardus, & ipſe quidem Marianus, Serm.1. Omnium Sanctorum: *Vnde nobis animarum panis in deſerta terra, in loco hororis & vaſtæ ſolitudinis? Vnde nobis ſub cælo ſpiritualis cibus, vbi nihil eſt niſi labor, &*

Ioan.16.24. *dolor, & afflictio ſpiritus? Scio qui dixerit: Petite, & accipietis.*

PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE.

Primogenita ante redemptam creaturam immaculata MARIA.

NOn ſolùm ante omnem rem creatam, ſed etiam ante omnem redemptam creaturam Primogenita MARIA conſideranda eſt. Et quidem ſanctus Bernardinus Senenſis Serm.51. cap.3. PRIMOGE-

MOGENITAM Redemptoris eam nuncupauit: Niſi Primogenitam Redemptoris eam ſanctus Ildephonſus recognoſceret, non ſic oraret lib. de Virginitate cap.52: *Concedas mihi tibi famulari, & Domino: illi ſicut Redemptori meo, tibi ſicut operi redemptionis meæ; quod enim in mea redemptione eſt operatus, in tua perſona veritate formauit.* Cùm ergo S. Thomas 3. part. quæſt. 83. art. 2. aſſerat, *Fructu Dominicæ paſſionis quotidie indigemus: vnde & Dominus nos petere docet Luc. 11. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*: conſequens eſt, vt illo eodem die, quo primus homo deliquit, & Chriſtus notauit lignum, damna ligni vt ſolueret, Dominicæ paſſionis fructu MARIA indigeret, & vt ſtaret, illum perciperet. Nos itaque cùm in Adamo eſſemus, pabulum mortis guſtauimus: immaculata MARIA cibum vitæ prælibauit, & ſpiritalem eius effectum ſortita & experta eſt.

Quòd ſi paſſionis ſacræ fructus reſplendet in Euchariſtia, & eius effectus eſt, vt anima in ſtatu gratiæ perſeueret; tribuendum eſt Euchariſtiæ, vt virtute eius MARIA in gratia ſemel recepta permaneret. Chriſtus quidem Agnus eſt immolatus, & *occiſus ab origine mundi*, vt ait Ioannes. Apoc. 13, 8 Immolabatur ab origine mundi, non ſolùm in cruce, ſed etiam in altari; & vtriuſque ſacrificij virtus in MARIAM præ-

Digitized by Google

ſeruatam & conſeruatam in ſtatu gratiæ deriuabatur. *Primum mandatum*, vt ait Baſilius Serm.1. de Ie-
Gen.2,17. iunio, *accepit Adam: De ligno ſciendi bonum & malum non manducabis. Non manducabis autem, ieiunium eſt, & legis inſtitutionis initium.* Comedit itaque Adamus, & legem ieiunij violauit; violauit tota poſteritas eius, quæ propter fractum ieiunium cæleſti ſe pane priuauit: vnde & nunc ieiunus homo de cæleſti pane communicat. Sola tunc ieiunauit à culpa originali MARIA, quæ digna inuenta eſt, vt panem è cælo delapſum acciperet, & ſimul ſuo tempore conciperet: inuenta digna eſt, vt manducaret panem Angelorum, & quidem more ipſorum qui ab omni culpa ieiuni, panem vitæ deguſtarunt.

Hæc communio prima eſt, quam prima & primogenita filiarum Dei immaculata MARIA ſumpſit, cùm loco prohibiti pomi, cæleſtem prægustauit panem, cuius illa virtus eſt, vt cor humanum confirmet: quem quidem panem ſi guſtaſſet primus homo, nec cecidiſſet, nec poſt lapſum dolens dixiſſet:
Pſ.101,5. *Percuſſus ſum vt fænum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.* Adiungamus opportunum D.Gregorij commentarium. *Panem in paradiſo primus homo habuit conditus, quamdiu inconcuſſo mentis veſtigio Conditoris ſui præcepta ſeruauit. Panis autem fuit diuinæ viſionis*

viſionis delectatio, verbi Dei ſatietas, intimæ quietis gaudium, lucis inacceſſibilis ſplendor, ſapientiæ refectio, Angelorum ſocietas, amor Dei, iubilum ſpiritus, contemplationis ſuauitas, ſecuritas mentis, præſentia Creatoris. Quem panem tunc profectò perdidit, cùm ſerpentis ſuggeſtioni conſenſit. Concludit tandem: *Sequatur ergo obliuionem commemoratio, & eſuriem refectio comitetur; vt panem illum, qui de cælo deſcendit, manducantes, & pœnam euadamus mortis perpetuæ, & vitæ participemus æternæ, ſicut Dominus ait in Euangelio: Si quis manducauerit ex hoc* Ioan.6,52. *pane, viuet in æternum.*

ATTENTIO.

Attende tibi. 1. Timoth. 4, 16.

Attende itaque tibi ipſi, vt Deo ſimul attendas. *Baſilius in Homil.*

ATtende Deo, qui verum panem mittit de cælo: attende tibi ipſi, ne cæleſti pane priueris, ſed ligno vitæ fruaris, de quo Apocalypſis 2, 7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Vincenti datur; & quidem, teſte Auguſtino lib. de Vera religione, cap. 45. *inuicti eſſe volumus, & rectè: hoc enim habet animi noſtri natura poſt Deum, à quo ad*

imaginem eius factus eſt homo; ſed eius erunt præcepta ſeruanda, quibus ſeruatis, nemo nos vinceret. Inuicta propterea MARIA, quia præceptum Dei ſeruauit, & de ſerpente triumphauit. In hoc ſigno vinces. Vinces ſerpentem, atque proditores ſenſus, qui contra Euam in Paradiſo rebellarunt. Conſpirarunt cum ſerpente oculi, qui pulchrum eſſe pomum iudicarent: coniurauit auditus cum oculis, quatenus percepit vocem deceptoris: defecit tactus, quatenus apprehendit prohibitum cibum: & guſtus peccauit, delinitus dulcedine fructus. In hoc igitur ſigno vinces communem hoſtem, carnem & eius rebelles ſenſus.

Matt. 6, 12 DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS.

Sit in Tabula mentis imago Primogenitæ MARIAE, filiæ Euæ, panem vitæ guſtantis, & ſimul periclitantis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar.

IMA-

DEVS PATER MARIÆ:
Audi Filia, et vide debita naturæ tuæ. Euaſiſti



MARIA DEO PATRI:
Dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO SEXTA EXPLICATA.

CECIDERVNT cadauere toto Adamus & Eua: lubricus ſerpens eſt, lingua eius fallax & lubrica. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.* Lubricum os ſerpentis aperuit peccati viam, quam ingreſſus labilis Adam, traxit ſecum totum humanum genus: ruit ille, corruit illud. Erat filia Dei in lubrico, cui Deus Pater occurrit, *Audi filia, & vide debita naturæ tuæ. Eua ſiſti.* Deus Pater illam tenuit, ne ruinam pateretur, quæ iam periclitabatur. MARIA non naturâ, gratiâ ſtetit, quæ dicit: *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Ambroſius lib.6. de Sacramentis, cap.4. explicans hunc locum, ait: *Habuiſti pecuniam, cum qua diues naſcereris. Diues eras, ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus: perdidiſti quod habebas, hoc eſt humilitatem; dum arrogantiam deſideras vendicare, perdidiſti pecuniam, ſicut Adam nudus es factus: accepiſti à diabolo debitum, quod non erat neceſſarium.* Adamus quidem & Eua, ac ſimul poſteri omnes, peccati debitum acceperunt: debitum naturæ ſolùm contraxit, non cul-

Prima auxilio gratia præuenta Maria.
Prou. 26, 28.

pæ, Maria; & hoc à primo parente, cuius filia erat, ſuſcepit. Accepit debitum, incurrit periculum, cùm Adamus in lubrico eam conſtituit.

Verè Eſther Maria eſt, quæ dicit in oratione ſua:
Eſth. 14, 3. *Domine mi, qui Rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariam.* Et quidem *Deus in medio eius, non commouebitur; adiuuabit eam Deus manè diluculo.* Benè Eſther Maria eſt, cuius cauſâ Deus ſpiritum ſuum in manſuetudinem vertit, feſtinanſque exiluit de ſolio ſuo, & ſuſtentans in vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur: *Quid habes Eſther? noli metuere. Non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Non comprehendit lex eam, quæ in periculo ſolùm caſus & ruinæ fuit, ſed non cecidit; paſſa eſt diſcrimen, non crimen. Verè Eſther Maria eſt, cui dixit diuinus Aſſuerus: *Quæ eſt petitio tua Eſther, vt detur tibi? & quid vis fieri?* Reſpondet illa: *Si inueni gratiam in oculis tuis, ô Rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum pro quo obſecro.* Poſtulat Maria vitam, quæ communi neceſſitati ſubiacebat. Et quidem vita ſubiecta neceſſitati debetur, & ab hoc debito cupit ſe liberam eſſe Maria. Factum puta. *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi eſt corrupta mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Filius Dei nec crimen nec diſcrimen paſſus eſt, filia

Eſth. 15, 12

Cant. 8, 5.

Dei MARIA diſcrimen ſubiit primi parentis, & tota eorum poſteritas crimen pariter incurrerunt, quorum Aduocata MARIA fuit, & orauit: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Etenim, teſtante Bernardo Serm. de Verbis Apocalypſis, *debitricem ſe fecit* immaculata MARIA, vt pro debitoribus oraret, & orare doceret pro venia.

ADORATIO.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino qui fecit nos. Pſal.94.6.

In ſimilitudinem Adami & Euæ cecidimus, ſtetit PRIMOGENITA Dei.

PLoremus coram Domino qui fecit nos, & nos in Adamo & Euæ ſemine culpa originalis infecit. *Ruina generis humani.* Cadauere toto ceciderunt Adamus & Eua; *ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, & non potuerunt ſtare*, & in ipſis nos peccando expulſi ſumus, & ſtare minimè potuimus. Pſ.35,13. *Solummodò*, ait Salomon, *hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. Quis talis vt ſapiens eſt? & quis cognouit ſolutionem verbi?* Sapiens ergo Damianus, qui memor noſtræ miſeriæ, & ſi- Eccleſ.7,30.

mul felicitatis immaculatæ MARIAE, Serm. de Aſſumptione ait: *In meridiano lumine primus ille parens creatus eſt, factus ad imaginem conditoris. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: ſed ille, tanti priuilegij dignitate reiecta, à poteſtate ſpiritus, falſa promiſſione delinitus inhæſit, & ſecum poſteritatem ſuam æternæ morti deſtinauit, & tenebræ ab illa hora factæ ſunt ſuper terram vſque ad Virginem.* Vſque ad Virginem, quæ numquam in tenebris fuit, ſed ſemper in luce. Vſque ad Virginem, quæ paſſa non eſt communem ruinam.

Scribit itaque Hieronymus in Epiſt. ad Marcell. ante ortum Aſellæ ſanctiſſimæ puellæ, in ſomnis eius patri deſcriptam filiam & oſtenſam fuiſſe. *In phiala,* inquit, *nitentis vitri, & omni ſpeculo purioris patri traditur per quietem.* Erat Dei filia MARIA; in vaſis fictilibus Adami ſimul & Euæ nitebant vaſa, & ſplendebant in ſtatu iuſtitiæ & innocentiæ, cùm Deus ab opere, quod patrarat, requieuit. In phiala nitentis vitri, & omni ſpeculo purioris, per quietem offert ſe Deo Patri MARIA, quæ cadente phiala, ipſa non cecidit, ſed Dei beneficio ſtetit. Cùm rebellem & perduellem Core, omnemque eius ſubſtantiam terra deuoraſſet, & vorax ignis abſorbuiſſet, *factum eſt grande miraculum, vt Core pereunte, filij eius non perirent.*

Num. 26, 11.

runt. Magis mirabile hoc eſt, vt Adamo pereunte, & tota poſteritate ruente, vnica ipſius filia ſalua & incolumis euaderet, cùm ſummus Deus grande miraculum illud patraret. Haud dubiè proles Core in ſummo diſcrimine erant, vt cum parente abſumerentur & abſorberentur: ſimiliter filia Adæ MARIA in extremo periculo fuit, vt eamdem cum patre ſuo ruinam mortemque pateretur; cuius diſcriminis memor, orat illa, & nos quoque criminis noſtri memores orare oportet:

DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS.

Chryſoſtomus Homil. de Orat. Dominica: *Quæ ſunt iſta debita? Fortè cautionum debita. Fortè aliquid debemus Deo. Quid debemus Deo, niſi imaginem & ſimilitudinem eius ſeruare illæſam?* Hoc debitum immaculatæ Mariæ decens & congruum eſt. *Sunt alia debita quæ debemus Deo. Peccauimus illi grauiter, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus. Aut quis caſtum ſe gloriatur habere cor, aut mundum ſe eſſe à peccatis? Si diximus,* 1. Ioan. 1, 8. *quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Ergo iſta ſunt debita, quia non eſt ſine peccato, nec infans vnius diei natus ſuper terram. Nam quomodo poteſt eſſe mundus de immundo conceptus ſemi-* Iob 14, 4.

 ne?

ne? quia in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis mater in vtero nos aluit. Ieiuna ab hoc cibo, ab hoc debito libera, ab hoc peccato immunis extitit Virgo MARIA: non habuit debitum criminis, habuit diſcriminis occaſionem.

Debita noſtra tria ſunt, nempe naturæ, culpæ, & pœnæ, pro quibus Euæ Aduocata MARIA orat, vnam cum illa gerens perſonam: hæc enim lex eſt, vt aduocatus & cliens eamdem perſonam agant. Cùm ſerpens primum hominem ad peccandum inclinaret; & in lapſum prona natura foret, in diſcrimine, non in crimine illa erat proxima ruinæ & quaſi obſtricta iam lapſui, cùm Deus accurrit, apprehendit & tenuit filiam ne corrueret. Vertebatur iam phiala, vertebatur iam natura, cùm gratia redemptionis afflante, MARIA liberata eſt, ne perucrteretur. Proxima ruinæ fuit, & huic obſtricta debito, quod culpam necdum patratam in decliui natura præceſſit. Naturam ſic labilem habuiſſe, non cedit in pœnam immaculatæ MARIAE, quandoquidem adhuc culpa patrata non erat, vnde pœna originem habet: redundat potiùs in maiorem Virginis gloriam, & ſimul victoriam, quæ in natura fragili ſplendet. Haud dubiè virginitas magis glorioſa apparet; & eſt in noſtra natura fragili, quàm

in

in ſecura Angelorum conditione, vel ex eo maximè, quòd caro humana de ſe in caſum vergat, quem corporis expers Angelus nec timet, nec timere poteſt. Timuit caſum natura MARIAE, vnde de conceptu immaculato agens Damaſcenus, Orat. 1. de Natiuitate ait: *Etenim natura gratiæ cedit, ac tremula ſtat, progredi non ſuſtinens.*

Pulchrum debitum, quod in maiorem gloriam Redemptoris, & honorem Redemptæ Virginis cedit. Cedit quoque in vtilitatem noſtram, quibus non ſolùm labilem, ſed etiam lapſum, pœniſque variis ſubiectam naturam Adamus dedit. Dedit labilem naturam, ſed ante omne peccatum intemeratæ MARIAE: nobis verò poſt culpam, vt naturæ in malum propenſio pœna eſſet. Quàm vtilis nobis ſit præſeruata ſic MARIA, vel ex hoc intelligi poteſt, quòd Sermone 61. S. Bernardinus affirmat: MARIA *ſola per multa millia annorum, antequam naſceretur, primò & principaliter Adam & Euam præſeruauit in eſſe. Cōſtat nempe, quòd ex propria tranſgreſſione Adam & Eua non ſolùm mortem, ſed & annihilationis exterminium meruerunt, & diuina vltio, quæ perſonarum acceptionem ignorat, ſicut nec culpam Angelicam, ſic nec humanam dimiſiſſet impunem, ſed propter præcipuam reuerentiam, & ſingulariſſimam deuotionem, quam habebat ad Virginem, preſeruauit.*

AT-

ATTENTIO.

Attende tibi. 1.Timoth.4,16.

Attende itaque tibi ipſi, vt Deo ſimul attendas. *Baſilius in Homil.*

ATtende Deo, qui te creauit & genuit: proles tamen facta Adæ, maieſtatem Dei Patris ac Creatoris offendiſti. Attende tibi ipſi, ac miſeriam tuam expende, dole, & plora, te Marianum non fuiſſe, ſed decidiſſe ac corruiſſe. Attende iuſtitiam Dei, punientem Adamum & Euam; miſericordiam Dei, MARIAM immaculatam præuenientem. Satis benè Auguſtinus lib.3.de Libero arbitr.poſt med. *Cùm primi homines peccauiſſent, & in errorem, & ruinam, & in mortem præcipitati ſunt; rerum Moderatori ſummo placuit iuſtiſſimè, vt in ortu hominis appareret iuſtitia punientis, & in prouectu miſericordia liberantis.* Ritè ac rectè tempore caſus communis, non parua ſed prouecta MARIA deſcribitur, in qua non iuſtitia punientis, ſed miſericordia liberantis elucet. Decreuimus in Adamo, in Chriſto creſcimus, cùm cap.4,15. ſcribat ad Epheſios Apoſtolus: *Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput*

put Chriſtus : ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. Huius enim corporis politici, de quo ibi agit Apoſtolus, caput eſt Chriſtus, corpus ipſum Eccleſia, membra ſunt ſinguli fideles, iunctura eſt mutua fidelium vnio atque communicatio, anima eſt fides & charitas, ſpiritus vitales & animales ſunt gratiæ præuenientes & excitantes; quæ à cerebro, id eſt à Chriſto, deſcendunt, & ſingulis membris, id eſt fidelibus, adſpirantur. Charitas enim quaſi anima facit nos creſcere in Chriſto, vt creſcente charitate, creſcat totus homo in Chriſto; & ſingulis hoc modo in fide & charitate creſcentibus, creſcat totum Eccleſiæ corpus. Videte ergo, inquit, vt vnionem mutuam ſtudioſè colatis, ſeruetis, augeatis, vt per eam ſpiritus Chriſti & Eccleſiæ participes fiatis, creſcatiſque in fide & charitate; itaque ſingulis creſcentibus, tota Eccleſia creſcat & augeatur atque perficiatur. Magnitudo enim, profectus, incrementum, & perfectio cuiuſque fidelis, ac conſequenter totius Eccleſiæ, ſita eſt in profectu, incremento, & perfectione fidei & charitatis, & conſequenter aliarum virtutum quæ charitatem comitantur; ita vt, quantum in actibus

fidei & charitatis, & conſequenter in earumdem habitibus quiſque fidelis proficit, tantum creſcat illius magnitudo ſpiritalis : ac quantum in iiſdem creſcunt omnes fideles, tantum creſcat & perficiatur totius Eccleſiæ magnitudo. Pertinet huc quod aduertit Cyrillus lib. 12. in Leuiticum : *Peccatum hominem paruum facit & exiguum, virtus eminentem præſtat & magnum. Sicut enim ægritudo corporis exiguum & exile facit corpus hominis, ſanitas verò lætum reddit & validum : ita intellige, quia & animam quidem ægritudo peccati humilem facit & paruum, ſanitas verò hominis, & virtutis opera magnam faciunt eam & eminentem ; & quantò magis in virtutibus creſcit, tantò proceriorem reddit magnitudinem ſui.* Signum magnum apparuit in cælis ; apparuit in paradiſo magna ſine vlla culpa MARIA primogenita Dei filia.

Mat. 6, 13. ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM, SED LIBERA NOS A MALO.

Sit in Tabula mentis imago Primogenitæ MARIAE filiæ Euæ; diſcrimen ſuperantis, & caput ſerpentis conterentis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar.

IMA-

DEVS PATER MARIÆ:
Audi Filia, et vide miſerum hominum exilium.



MARIA DEO PATRI:
Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo, Amen.

BIBLIOTECA ... ROMA

H 2

Digitized by Google

IMAGO SEPTIMA EXPLICATA.

EXPVLIT iuſtus Deus ex cæleſti aula ſua ſpiritus proditores, amandauit quoque ex paradiſo voluptatis homines peccatores, vt æquo iure agere ſe declararet. Damnauit exilio Deus proceres naturæ noſtræ, & in hoc ipſo ſupplicio pietatis ſuæ magnum exhibuit indicium, clarum dedit argumentum. Cùm voluptas paradiſi parentibus noſtris ac nobis plurimùm nocuiſſet, cenſuit Medicus diuinus, vt pro ſalute carnis & animæ ſolum terræ mutaretur. Benè Bernardus ait de Modo benè viuendi, Serm. 6. *Sæpè quibuſdam, dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Congruum eſt enim, inde etiam quemque corporaliter recedere, vbi ſe meminit vitiis deſeruiiſſe.* Sola MARIA, cui deliciæ paradiſi nullum nocumentum pepererunt, in paradiſo remanſit. Cùm à peccati fuga pœnitentia exordium habeat, Adamus ſimul & Eua dum pelluntur ex paradiſo, ſuam quoque pœnitentiam à fuga voluptatis ordiuntur. Huc alludens Iſidorus cap. 5. in Geneſim, ait: *Sic dimittitur Adam à paradiſo beatitudinis, vt operetur terram; id eſt, vt in corpore iſto* labo-

Prima de ſerpente triumphauit Maria triumphatrix.

laboret, & collocet ſibi meritum redeundi ad vitam beatam, quæ paradiſi nomine ſignificatur, poſſitq́ue aliquando manum porrigere ad arborem vitæ, & viuere in æternum. Manus autem porrectio benè ſignificat crucem aut cruciatum pœnitentiæ, per quam vita æterna reparatur.

Cùm in ſalutare ſuum exilium Adamus & Eua amandantur, dicit Deus Pater MARIAE: *Audi filia, & vide miſerum hominum exilium.* Patriq́ue reſpondet filia: *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.* Calcat MARIA ſerpentem, criminis ac diſcriminis auctorem; & præcauens in futurum, immunem ab omni tentatione & peccato ſe eſſe expetit,& petit: *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.* Poſtulat & impetrat MARIA,de qua ſic Agnes apud Birgittam lib.30. cap.30. *Habuit* MARIA *conſtantiam certaminis contra incurſus diaboli.* Dixerat ſerpenti Deus: *Ipſa conteret caput tuum.* Tunc contriuit, Gen.3,15. cùm eius ſuggeſtionibus, inuaſionibus, incurſibuſq́ue repugnauit. Benè Auguſtinus Serm.4. in Pſalmum 103. *Caput ſerpentis, prima peccati ſuggeſtio eſt: caput calca, & euades ceteros motus.* Euaſit immaculata MARIA, quæ nihilominùs ait: *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.* Cùm quis ſæua & immani tempeſtate iactatus vehementer horruit naufragium; etſi in portu ſecuro iam ſit, cùm tumens

mens proſpicit mare, adhuc timet. Collocata in tuto MARIA, quæ proxima ruinæ fuit, adhuc metuit ne incidat in tentationem, ne malum incurrat: nos reatus malum incurrimus, doleamus noſtram miſeriam, noſtrum exilium lugeamus.

ADORATIO.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino qui fecit nos. Pſ. 94, 6.

In ſimilitudinem Adami & Euæ exules ploremus & clamemus.

Exules filij Euæ.

P*Loremus coram Domino qui fecit nos*, vt eſſemus in paradiſo: inde prima culpa nos eiecit & extorres effecit. Deplorat hoc exilium Auguſtinus libro Meditat. *Ad videndum te, Deus, factus ſum, & nondum feci propter quod factus ſum. O quàm durus & dirus caſus ille! Heu! quid perdidit homo, & quid inuenit? Quid receſſit, & quid remanſit? Perdidit beatitudinem ad quam factus eſt, & inuenit miſeriam propter quam factus non eſt. Abſceſſit ſine quo nihil felix eſt, & remanſit quod per ſe non niſi miſerum eſt. Manducabat homo tunc panem Angelorum quem nunc eſurit, manducat nunc panem dolorum quem tunc neſciebat. Quare ſic nobis obſcurauit*

rauit lucem, & obduxit tenebras? Vt quid nobis abſtulit vitam, & inflixit mortem ærumnoſam. Vnde ſumus expulſi, vnde præcipitati, quo obruti? A patria in exilium, à viſione Dei in cæcitatem mentis, à iucunditate immortalitatis, in amaritudinem & horrorem mortis. Miſera mutatio eſt, ſed de quanto bono in quantum malum! Graue damnum eſt, grauis dolor, graue totum eſt.

Habet Adamus, habet Eua, habemus & eorum filij in miſeria & exilio noſtro Aduocatam apud Deum, immaculatam MARIAM, cuius opem & auxilium imploremus; cui & dicere poſſimus cum Athanaſio Homil. de Deipar. *Audi filia Dauid & Abrahæ, & inclina aurem tuam in preces noſtras, & ne obliuiſcaris populi tui, neque noſtri qui ſumus de familia & de domo Patris tui ſecundùm generis proſapiæque rationem; noſtráque filia es, quia ex nobis genita es.* Accedat, oret, & clamet Eccleſia: *Ad te clamamus exules filiæ Euæ, ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo Aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte.* Si reſpicis, lapſi ſtabunt, fletuque culpa ſoluetur. Satis benè Ambroſius de Secunda interpellat. Dauid: *Si quis ad grauiora peccata defluxerit, nec egerit pœnitentiam, imago eius aboletur, & eiicitur, ſicut Adam de paradiſo eiectus eſt & excluſus.* Expulſus & excluſus ille pœnitentiam egit, & ab exilio liber

liber in patriam rediit, ductus ſimul & inſtructus diuinâ Sapientiâ. *Hæc illum, qui primus formatus eſt à* Sap.10,1. *Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia.* Ergo qui ſumus filij ipſius, & communicamus in culpa, *ploremus coram Domino qui fecit nos*: oremus, ne rurſus tentationi ſuccumbamus, ſed à malo liberemur. Liberemur & à malo quod ex prima lue & labe contraximus, & in regnum Dei reſtituamur, lauacro ſacri Baptiſmi recreati & innouati. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua &* Ioan.3,8. *Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

ATtende grande & graue malum, quod prima peperit culpa, cuius euades iugum, ſi noua efficiaris creatura. *In* CHRISTO IESV *neque circumciſio aliquid valet, ſed noua creatura*, vt ſcribit ad Galat.6,8. D.Paulus. Noua creatura eſt illa, quæ ex aqua & Spiritu ſancto renaſcitur. & monetur ab Ambroſio lib.de Viduis: *Attende tibi, hoc eſt, imagini quam à* CHRISTO *accepiſti. Ipſam ſerua imaginem, quam* CHRISTVS *in te operibus ſuis pinxit.* Audi rurſus Ambro-

ſium in cap. 2. Lucæ loquentem: *Sicut peccatum à mulieribus cœpit, ita etiam à mulieribus bonum inchoatur: vt feminæ quoque muliebria opera deponentes, infirmitati renuntient; & anima quæ non habet ſexum, vt* MARIA *quæ neſcit errorem, religioſo imitetur ſtudio caſtitatis.* Caſta & pura redditur, vt MARIA, anima Chriſtiana, quæ tingitur & pingitur in ſacroſancto Baptiſmate, conſors facta Spiritus ſancti, qui primam omnium illam formauit, & ad eius imitationem Chriſtianos omnes reformauit. Chriſtiane igitur cultor, de malo, de peccato hereditario & eius pœnis, in formam Marianam & ſimul imaginem innouate & inſtaurate, virtute Spiritus ſancti triumpha.

BAPTISMVS
Ars noua benè viuendi & moriendi, figurata & illuſtrata.

Sit in Tabula mentis Chriſtianæ prima omnium imaginum imago immaculatæ Conceptionis, forma Animæ ſacro Baptiſmo innouatæ.

IMA-



I 2

Digitized by Google

IMAGO OCTAVA EXPLICATA.

REX Dauid, Princeps ſecundùm cor Dei, cultor ſummi Creatoris, & artis benè viuendi amator, & æſtimator ante creationem immaculatæ MARIAE, nomine Dei Patris eam vocabat FILIAM. *Audi filia, & vide.* Videbat & ipſe, ac recognoſcebat in ea formam primæuæ virtutis ac probitatis. Hæc forma ſanctitatis & iuſtitiæ, quæ ab orbe condito emicabat & refulgebat, conditur & editur non tamquam filia Euæ, ſed Gratiæ, in cuius puriſſima Conceptione præſcribit Eccleſia, quod lib.2. ad Virgines ſcripſit Ambroſius. *Sit vobis tamquam in imagine deſcripta virginitas, vitáque beatæ Mariæ. Hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tamquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendunt.* Hinc noua viuendi ars principium ſumit, ſicut ars malè viuendi ab Eua habuit exordium.

Prima triumphatrix Maria concepta ſine peccato, agit in Conceptione ſolemnem de peccato triumphum.

Receſſit à Deo Eua, non receſſit MARIA. Cùm adhuc apud illam eſſet, acceſſit potiùs ad Deum, cui præſens fuit à mundi conſtitutione; & adeſt iam con-

Digitized by Google

dita, & ex ſanctis parentibus edita, mundi reſtitutioni & reformationi prima poſt Chriſtum. qui libro 1. Reuelat. S. Birgittæ, agens cum Matre, ait: *Tu fuiſti ſic dulcis Patri meo, quòd ipſe recepit te totam in Spiritum ſuum, & dulcedo tua ſuper omnes placuit.* Deus creauit illam in Spiritu ſancto, & in Spiritum ſanctum intromiſit, vt in ipſo tamquam in ſacrario eſſet, eſſetque viciſſim ipſa Spiritus ſancti Sacrarium.

Sap.7,22. *Eſt enim in illa*, vt ait Sapiens, *ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat; benefaciens, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus: intelligibilis, mundus, ſubtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia: attingit autem vbique propter ſuam munditiam.* Hic Spiritus ſanctus eſt, in quem Pater ſuam recepit filiam, quæ

1. Cor.6, 17. caput ſerpentis contriuit. *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* Vnus ergo ſpiritus cum Deo MARIA fit,

Cant.6,8. vna columba. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt; reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?*

Poſtquam

Poſtquam generoſa illa Iuditha caput Holofernis abſtulit, ſcriptum legimus: *Erat autem diebus feſtis* Iudith. 16, 27. *procedens cum magna gloria.* Prima ac primaria Iuditha, quæ poſt partam de hoſte victoriam glorioſiſſimè triumphat, MARIA eſt, diebuſq; ſolemnioribus & lætioribus, nouem ſcilicet Feſtiuitatibus, procedit ac progreditur magna cum gloria. Hæc ſingularis gloria filiæ Dei, vt IMMACVLATA ſit. Quídni ſit, quam Pater in Spiritum ſanctum recepit? eſt enim in ea Spiritus intelligentiæ, contra omnem aſtutiam ſerpentis qui ſeduxit incautam Euam. Eua incauta & cæca, MARIA tota perſpicax & oculata eſt. Satis benè Cyrillus lib. 6. in Ioan. cap. 25. *Omnes homines (excepto illo qui de homine natus eſt, & ſacratiſſima etiam Virgine, ex qua Deus homo prodiit in mundum, exempta) cum peccato originali naſcimur, & grauiſſima cæcitate depreſſi in mundum venimus.* Tota oculata, & ſimul illuminata MARIA creata eſt in Spiritu ſancto, qui mundus eſt & incoinquinatus, & teſtimonium reddit quòd ipſa tota pura & immaculata procedat. Hæc Spiritu ſancto ornata, & diuino eius teſtimonio munita comparet. Felix es ſacra Virgo MARIA, & omni laude digniſſima, intende, proſperè procede, & regna, fauſtis auſpiciis progredere, mutans nomen Euæ. AVE MARIA Primogenita Redem-

dita, & ex ſanctis parentibus edita, mundi reſtitutioni & reformationi prima poſt Chriſtum. qui libro 1. Reuelat. S. Birgittæ, agens cum Matre, ait: *Tu fuiſti ſic dulcis Patri meo, quòd ipſe recepit te totam in Spiritum ſuum, & dulcedo tua ſuper omnes placuit.* Deus creauit illam in Spiritu ſancto, & in Spiritum ſanctum intromiſit, vt in ipſo tamquam in ſacrario eſſet, eſſetque viciſſim ipſa Spiritus ſancti Sacrarium. Sap. 7, 22. *Eſt enim in illa*, vt ait Sapiens, *ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus: intelligibilis, mundus, ſubtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia: attingit autem vbique propter ſuam munditiam.* Hic Spiritus ſanctus eſt, in quem Pater ſuam recepit filiam, quæ 1. Cor. 6, 17. caput ſerpentis contriuit. *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* Vnus ergo ſpiritus cum Deo MARIA fit, Cant. 6, 8. vna columba. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, et beatiſſimam prædicauerunt; reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?*

Poſtquam

Poſtquam generoſa illa Iuditha caput Holofernis abſtulit, ſcriptum legimus: *Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria.* Prima ac primaria Iuditha, quæ poſt partam de hoſte victoriam glorioſiſſimè triumphat, MARIA eſt, diebuſq; ſolemnioribus & lætioribus, nouem ſcilicet Feſtiuitatibus, procedit ac progreditur magna cum gloria. Hæc ſingularis gloria filiæ Dei, vt IMMACVLATA ſit. Quídni ſit, quam Pater in Spiritum ſanctum recepit? eſt enim in ea Spiritus intelligentiæ, contra omnem aſtutiam ſerpentis qui ſeduxit incautam Euam. Eua incauta & cæca, MARIA tota perſpicax & oculata eſt. Satis benè Cyrillus lib. 6. in Ioan. cap. 25. *Omnes homines (excepto illo qui de homine natus eſt, & ſacratiſſima etiam Virgine, ex qua Deus homo prodiit in mundum, exempta) cum peccato originali naſcimur, & grauiſſima cæcitate depreſſi in mundum venimus.* Tota oculata, & ſimul illuminata MARIA creata eſt in Spiritu ſancto, qui mundus eſt & incoinquinatus, & teſtimonium reddit quòd ipſa tota pura & immaculata procedat. Hæc Spiritu ſancto ornata, & diuino eius teſtimonio munita comparet. Felix es ſacra Virgo MARIA, & omni laude digniſſima, intende, proſperè procede, & regna, fauſtis auſpiciis progredere, mutans nomen Euæ. AVE MARIA Primogenita Redem-

Iudith. 16, 17.

Iudith 15, 10. Redemptoris, forma noſtræ regenerationis. *Tu honorificentia populi noſtri.*

ADORATIO.

Ioan. 4, 24. *Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.*

Pſ. 94, 6. *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.*

Nos autem populus eius,

in ſimilitudinem immaculatæ Conceptionis.

Virtute ſacri Baptiſmi anima Chriſtiana myſtica Maria fit, & cum Maria de peccato triumphat.

CHriſtus, teſte Cyrillo lib. 2. in Ioan. cap. 3. non tam ſibi, quàm nobis, columbam Spiritus ſancti in fluuio Iordanis accepit. *Spiritus enim, qui à nobis propter peccatum deuolauit, cùm nullum peccatum in eo inuenerit, manſit in ipſo. Nobis igitur in ſeipſo accepit, & priſca nobis renouat bona.* Hic idem Spiritus nullum peccatum reperit in MARIA, & manſit in ea, quæ prima proles populi Chriſtiani eſt. Qualis immaculata MARIA, talis noua creatura, poſtquam cæleſti lauacro illuſtrata & illuminata eſt. (Eccli. 1, 8.) *Vnus eſt altiſſimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & dominans Deus. Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto.* Ex hoc eodem Spiritu anima Chriſtiana renaſcitur, cùm Ioannis 3, 3. aſſerat

ſerat Chriſtus: *Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quod enim natum eſt ex carne, caro eſt; & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt.*

Quòd ſi creata in Spiritu ſancto MARIA, tota pura, tota immaculata eſt, tota munda & ſancta refulget; pariter anima poſt ſuſceptionem Baptiſmi, quemadmodum definitum eſt in Concilio Tridentino decret. de Peccat. orig. *In renatis nihil odit Deus, quia nihil damnationis iis qui verè conſepulti ſunt cum* CHRISTO *per Baptiſma in mortem, qui non ſecundùm carnem ambulant, ſed veterem hominem exuentes, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, & Deo dilecti effecti ſunt. Heredes quidem Dei, coheredes autem* CHRISTI, *ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur.* Exemplar huius puritatis MARIAM Deus in Spiritu ſancto creauit, & quidem nobis formauit. *Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundùm datum ſuum, & præbuit illam diligentibus ſe* imitandam, adorandam, ſalutandam, quam ſalutauit Angelus *Aue.* Luc. 1, 28.

Accedit Eccleſia: *Sumens illud Aue Gabrielis ab ore, funda nos in pace, mutans Euæ nomen.* Mutata eſt Eua

in MARIAM, coruus ſcilicet in columbam, de qua cap.8. Speculi aſſerit Bonauentura: MARIA *fideliſſima mediatrix ſalutis, veluti fideliſſima columba inter ſummum Noë, & mundum ſpirituali diluuio ſubmerſum. Eua velut coruus in diluuio infideliſſima, fuit mediatrix perditionis.* Benè & ſatis benè Bernardus Serm. de verbis Apocalypſis: *Sic nimirum clementiſſimus & prudentiſſimus Artifex, quod quaſſatum erat non confregit, ſed vtiliùs omnino refecit, vt videlicet ex nobis nouum formaret Adam ex veteri, & Euam transfunderet in* MARIAM. Benè & ſatis benè in Salutat. Angelicam Andreas Cretenſis: *Gaude terra virginea, ex qua nouus Adam formatur, qui veterem Adam ſeruet. Gaude ſpeculum, per quod iuſtitiæ Solem venientem è cælo ſuſpicientes ij, qui denſis in tenebris peccati verſabantur, illuſtrati ſunt.* Accedit Cyrillus lib.13. contra Hæreticos, cap.3. *Deus per Spiritum ſanctum renouat creaturas ad ſe ipſum; & ſicut luminis illuminatio opus eſt, ſic & Spiritus ſancti opus eſt in Deo per gratiam reformare participes ſuos.* Quod vtique fit in Baptiſmo; ita vt meritò cum ſancto Dionyſio Areopagita Eccleſ. Hierarchiæ cap.1.§.4. iuxta Corderij noſtri interpretationem, dicere poſſimus, *Dei-principalem beatitudinem, quæ naturâ deitas eſt, & principium deificationis, ex quo ij qui deificandi ſunt, deificantur, diuina bonitate ſacrum ordinem* [ſeu Sacramentum

mentum hoc] *in ſalutem & deificationem noſtram conceſſiſſe.*

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3.de Viduis, p.3.*

F*Actus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. Sed non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale; deinde quod ſpiritale. Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Sanctus Paulus 1.Corinth.15, 45.

Sanctus Cyrillus lib.2.in Ioan. cap.3. *Quoniam primus Adam libertate ſua non bonum, vt debuit, ſed malum, vt diximus, elegit; atque ideò morti addictus, Spiritum ſanctum amiſerat, qui malignus, vt ſcribitur, fugit, neque habitat in corpore peccatis ſubiecto; de cælo nobis ſecundum Adam miſericordia Dei miſit.* Accepiſti itaque fumoſam Adami terreni imaginem, cùm ex ipſo generatus es; regeneratus verò in Spiritu ſancto, CHRISTI

ſplendidam formam & effigiem recepiſti, qualis in MARIA apparet, & qualem deſcribit eam Chryſoſtomus Homil. ad Baptizand. *Ut ſtatuam auri metallo confectam, aliquanti temporis metiis fumo & puluere, & æruginis ſordibus coinquinatam, cùm artificis manus acceperint, reuocauit fornacis ardore, & ſplendidam nobis lucidamque demonſtrant; ita & noſtram naturam Deus æruginatam mole peccati, & malorum geſtorum fumo violatam, & omni pulchritudine, quam primò ei donauerat, denudatam, in illos aquarum fontes tamquam in purgatorium mittit, & pro flamma, Spiritus gratiam ſubminiſtrat, & exinde Solis radiis eleuat clariùs lucentem, veterem hominem conterens, nouum autem oſtendens longè meliorem.*

Accedit D. Chryſoſtomo Cyrillus lib. 11. in Ioan. c. 25. *Quemadmodum terreſtris Adæ imago peccato, & ſordibus, infirmitate voluptateque carnis, interitu ac denique morte cognoſcitur; ſic cæleſtis Adæ imago vita, incorruptibilitate, & ſanctificatione, ceteriſque huiuſmodi perſpicitur. Non erat autem poſſibile, ad pulchritudinem nos priſtinam reduci, cùm ſimul reformati fuerimus, niſi Deo coniungeremur (ſic enim ab initio fueramus decorati) coniungi verò Deo nemo aliter quàm Spiritus ſancti participatione poteſt, propriam nobis ſatisfactionem immittentis, & ad vitam ſuam interitui ſubiectam naturam hominum reformantis.*

mantis. Imago enim ſincera Patris Filius eſt, naturalis autem ſimilitudo Filij Spiritus ſanctus & creditur & eſt. Idcircò cùm in ſe animam hominis reformat, diuinam in eo imaginem imprimit.

Hoc priuilegium immaculatæ MARIAE, hoc quoque beneficium & indultum Chriſtianorum eſt. Rurſus Cyrillus lib.1.contra Hæretic.cap.1.*Sicut enim, inquit Apoſtolus, induimus imaginem terreſtris, induamus & imaginem cæleſtis. Terreſtrem hominem, appellat primum omnium hominum, cuius imaginem induimus in ſimilitudinem præuaricationis eius ad mortem, atque corruptionem impulſi: cæleſtem autem, vocat Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM, *cuius imaginem, hoc eſt viuificantem Spiritum, ſi acceperimus, ad ipſum Dei verbum reformamur, & ad incorruptionem reducimur, in æternam vitam renouati.*

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

RItè ac rectè monet Ambroſius c.2.Lucæ. *Sit in ſingulis* MARIAE *anima, vt magnificet Dominum. Sit in ſingulis ſpiritus* MARIAE, *vt exultet in Deo.* Magnificet Dominum, qui hoſtem communem occidit, & nouam creaturam myſticam, nempe MA-

RIAM, tinctam aqua luſtrali, erexit. Exultet in Deo procedens cum magna gloria, & particeps facta myſterij & priuilegij MARIAE immaculatæ, quaſi modò ipſa genita, tota pura & munda, de culpa originali triumphet. Non ſolùm per ſimilitudinem cultus & morum Chriſtiana anima cum MARIA triumphum agat, ſed etiam eamdem ipſam in ſe imprimat & exprimat, quemadmodum cera figuram annuli impreſſam recipit, & reddit expreſſam: hoc enim eſt habere in ſe animam & ſpiritum Virginis immaculatæ.

Luc. 1, 28. GRATIA PLENA.

Sit in Tabula cordis imago Natiuitatis immaculatæ MARIAE, de nuditate prima triumphantis, exemplar Chriſtianæ animæ agentis MARIANVM triumphum.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar ſecundi Feſti & triumphi MARIANI.

IMA-



Digitized by Google

IMAGO NONA EXPLICATA.

MAGNVM ornamentum lex iuſtitiæ eſt, qua induti primi parentes, ornatu veſtium externo non indigebant. Veſtem legalis iuſtitiæ turpiter abiecerunt, & nudos ſe eſſe deprehenderunt. *Et aperti ſunt oculi ambo-rum: cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia fi-cus, & fecerunt ſibi perizomata.* Ex legis violatione nuditatem proueniſſe, oſtendit Deus, cùm Adamum reprehenderet: *Quis enim indicauit tibi, quòd nudus eſ-ſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?* Heredes culpæ ſumus mortales omnes, ſumus etiam nuditatis heredes. Nudos nos generat mater, nudos effundit; effudit & Iobum, qui miſeriam ſuam deplorans aiebat: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ.* Iob 1,21. Egreſſus ex vtero infans ideò ſentit nuditatem, quia ſe iuſtitiæ lege, ſeque veſte gratiæ exuit. *Sicut enim mater, quæ habet infantem in ventre, præparat veſtes puero, ſic Deus præparauit legem,* quemadmodum traditum eſt lib. 1. Reuelationum S. Birgittæ, cap. 47. Hac veſte myſtica indutus Chriſtus ingreditur, & in primo ingreſſu dicit: *In capite libri* Pſ. 39,8.

Prima de parentum nuditate in ſua Natiuitate ſolemnem agit Maria triumphum.

ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Conſonat ſibi CHRISTVS, cùm de ſe apud Birgittam teſtatur, *Ego autem me veſtiui & inuolui iſtis veſtibus legis.* Ad formam CHRISTI MARIA veſtibus legis induta & inuoluta egreditur de vtero Annæ, egreditur pannis & pennis Spiritus ſancti ornata, *eſt enim in illa Spiritus intelligentiæ ſanctus*, virtute cuius gratia plena, ſtatim ab ortu ſuo comparet. Iuditha, quæ caput Holofernis abſtulit, *erat diebus feſtis procedens cum magna gloria.* Procedit & infantula MARIA, quæ caput ſerpentis contriuit, tota glorioſa & gratioſa. Quæ eſt iſta quæ progreditur? Iſta eſt cui dixerat Filius Dei: *Tu fuiſti ſic dulcis Patri meo, quòd ipſe recepit te totam in Spiritum ſuum.* Iſta eſt, de qua Spiritus ſanctus affirmat: *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Ita proles Annæ, filia gratiæ, GRATIA PLENA, Primogenita Redemptoris, forma noſtræ regenerationis, *tu honorificentia populi noſtri.*

Sap. 7, 22. Iudith 16, 27. Cant. 6, 8. Iudith 15, 10.

ADO-

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan.4,24.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſal.94,6.

Nos autem populus eius,

in ſimilitudinem immaculatæ Natiuitatis.

SAncta & immaculata MARIA pennis Spiritus ſancti ornata, comparet in mundo nata, in cuius elogium lib.3. Hæreſi 78. aſſerit Epiphanius: *Euæ datum eſt operire corpus ſenſibile, propter nuditatem ſenſibilem;* MARIAE *verò datum eſt à Deo, vt pareret nobis Agnum, & ex gloria ipſius Agni fieret nobis, velut à vellere ſapientiæ, per virtutem ipſius, indumentum incorruptibilitatis.* Hæc eſt, quæ lib.1. Reuelationum cap.7. docet Birgittam ſuam, quibus veſtibus Euæ nuditatem tegat & operiat. *Tu debes eſſe ornata honeſtiſſimis veſtibus, quæ & quales eſſe debeant monſtrabo. Voluntas ſcilicet euitandi commiſſa, & voluntas faciendi bona, calcei duo ſunt. Tunica tua, eſt ſpes ad Deum; quia ſicut tunica habet duas manicas, ſic in te ſit iuſtitia & miſericordia. Pallium eſt fides: hoc pallium debet eſſe reſperſum ſignis charitatis ſponſi tui; quomodo ſcilicet creauit te, quomo-*

Anima innouata beneficio ſacri Lauacri, triumphat à nuditate.

do redemit, quomodo enutriuit, & induxit te in Spiritum ſuum.

Qualis MARIA, talis & anima inducta in Spiritum ſanctum, tales & nos cùm tingimur aquâ luſtrali, & cæleſtis Adami induimur ſacram imaginem, quæ inducta in Spiritum ſanctum, liberatur à nuditate, quam primum crimen inuexit, induit gratiam & iuſtitiam, dicitq; apud Iſaiam cap.61,10. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me.* Pennæ Spiritus ſancti iuſtitia & gratia ſunt, & hoc ipſum indumentum, & pariter ornamentum, cupiebat in Chriſtianis
Epheſ.4, 23. Apoſtolus, cùm ſcriberet ad Epheſios: *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt.* Cæleſtis hic renaſcentium habitus eſt per veſtem candidam, quam in Baptiſmo induimus, deſignatus, cuius meminit Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſt. Hierarch. cap.2. Part.3. §.8. dicens: *Candidis deinde veſtimentis induunt initiatum: virili enim ac deiformi prauorum affectuum vacuitate, nec non intenta in vnum animi affectione, tam id quòd ornatu carebat, ornatur, quàm id quod deforme erat, pulchrum efficitur, dum illuſtri omnino vita ſplendeſcit.* Hic ſplendor
Ioan.1,13. filiorum Dei eſt, *qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate*

luntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Quàm ſint liberi à nuditate Adami, vel ex hoc perſpici poteſt, quod in hunc locum Ioannis aſſerit Cyrillus Alexandrinus: *Qui fide Chriſti in adoptionem filiorum vocati ſunt, humilitatem naturæ ſuæ depoſuerunt, & honorantis Chriſti gratia, quaſi ſplendida induti purpura, ad ſupernaturalem dignitatem aſcendunt: non enim carnis, ſed Filij Dei adoptione facti ſunt.*

Rurſus Cyrillus lib.11. in Ioannem cap.25. *Renouari ergo, ac reformari quodammodò ad imaginem primam, participatione Spiritus, naturam hominis, rogat Chriſtus, vt primam illam gratiam induti, peccatum, quod in mundo regnat, ſuperare poſſimus, charitati diuinæ inhærentes, & virtuti toto animo ſtudentes: vt, carnis lege ſuperata, pulchritudinem immiſſæ nobis imaginis inuiolatam ſeruemus. Hæc eſt Chriſtianæ religionis virtus.* Faceſſat igitur, faceſſat è renatis pœna antiquæ nuditatis, cùm firmum & ſtabile ſit decretum Concilij Tridentini: *In renatis nihil odit Deus, quia nihil damnationis iis qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in mortem, qui non ſecundùm carnem ambulant, ſed veterem hominem exuentes, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, & Deo dilecti effecti ſunt.* Dilecti Deo effecti ſunt per gratiam ſacri Baptiſmi, qua plena MARIA eſt, & de eius ple-

nitudine omnes accepimus. Huc pertinet oratio Anſelmi de Excellentia Virginis cap.12. *Rogamus te, Domina, per ipſam gratiam qua te pius & omnipotens Deus exaltauit, & omnia tibi ſecum poſſibilia eſſe donauit, quatenus id apud ipſum nobis impetres & obtineas, vt plenitudo gratiæ, quam meruiſti, in nobis ſic operetur, quò participium beati præmij nobis miſericorditer quandoque donetur.*

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3. de Viduis, p.3.*

PRimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Paulus 1.Corinth.15, 47.

Cùm natus in mundo fuiſti, Adami nudi, & ſpoliati veſtibus iuſtitiæ & gratiæ, portans imaginem, ex vtero matris tuæ totus nudus prodiiſti; renatus verò ex Spiritu ſancto, Chriſti imaginem accepiſti, veſtitam & ornatam gratiis & donis ipſius Spiritus ſancti.

ſancti. Sic ornatus, ſic indutus, mundum ingreſſus eſt Chriſtus, iuxta oraculum Iſaiæ: *Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini; ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini.* Horum autem donorum Chriſtus per Baptiſmum nos participes effecit, vti S. Dionyſius Eccleſiaſt. Hierarch. cap.2. Part.3. §.2. tradit. *Nam mentis quidem noſtræ*, inquit, *obſcuritatem beato diuinoque lumine repleuit, deformitatemque noſtram deiformibus ornamentis illuſtrauit; animi autem domicilium cum perfectâ ſalute eſſentiæ naturæque noſtræ, quæ fermè collapſa erat & conciderat, fœdiſſimis quibuſque paſſionibus atque inquinamentis noxiis liberauit, commonſtratâ nobis ſupermundialis anagogæ ac diuinæ vitæ normâ, per quam ad ſacras eius ſimilitudines, quoad eius fieri poteſt, euehamur.* Iſai.11,2.

Hoc ornamentum, hoc indumentum, Chriſtianum ſimul ac Marianum eſt, quod veteris Adami nuditatem tegit & operit. Ac proinde Nazianzenus, cùm Orat. in ſanctum Baptiſma variis ac diuerſis titulis illud exornaſſet; Baptiſmum appellat *indumentum*, ex eo maximè, *quia ignominiæ noſtræ velamen eſt.* Velat & tollit ſimul ignominiam Adami, qui cùm ſe nudum deprehendiſſet, ad folia ficus recurrit, nec ſuæ nuditati ſuccurrit. Acceſſit Deus, & pro foliis

pelles

pelles dedit, quibus Adamus indutus, ſimilis Chriſto comparuit. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt,* Deus ait. Qui renaſcitur ex Spiritu ſancto, Chriſtum induit, & ornamento gratiæ ſimilis ei efficitur. Similis quoque operibus reddatur & efficiatur, vt voto & officio nouæ ſuæ natiuitatis reſpondeat.

Gen. 3, 22.

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

Sit in ſingulis renatis animæ naſcentis immaculatæ MARIAE, vt magnificet Dominum: ſit in ſingulis ſpiritus Marianus, vt exultet in Deo. Magnificet itaque Dominum, qui ad ſacri Baptiſmatis gratiam eam vocauit, indumentiſque iuſtitiæ eam ornauit: exultet in Deo, procedens cum magna gloria, de prima nuditate agens ſolemnem triumphum.

Luc. 1, 28.

DOMINVS TECVM.

Sit in Tabula cordis imago Præſentationis immaculatæ MARIAE, de prima fuga triumphantis, exemplar nouæ creaturæ ad Deum per Baptiſmum accedentis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar tertij Feſti & triumphi Mariani.

IMA-



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

M

Google

IMAGO DECIMA EXPLICATA.

PRIMVS Adamus & pudibunda Eua, cùm primùm nudos eſſe ſe deprehenderunt, commiſerunt ſe fugæ ſtatim, ne in manus Dei inciderent. Fatetur Adamus. *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei* ***ambulantis in paradiſo*** *ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe* ***Adam & vxor*** *eius à facie Domini Dei in medio ligni* ***paradiſi. Vocauitque*** *Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi* ***es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me.*** Fugauit culpa parentes; nec culpa ſine fuga eſt, cùm à Deo auertat reum. Cùm totum genus humanum arriperet turpem fugam, ſola MARIA perſtitit iuncta & fixa Deo, quoniam ſola immunis à culpa fuit, idcircò de ſe dicit lib. I. Reuelationum S. Birgittæ, cap. 42. *Deitas concluſit me in ſe cum anima & corpore, & impleuit me virtute, vt non ſit virtus in Deo, quæ non ſplendeat in me.*

Prima Maria de fuga Adami ſolemnem in Præſentatione triumphum agit.

Gen. 3, 8.

Concluſa eſt Deitate Spiritus ſancti MARIA, nec datus eſt locus fugæ. Longè ab illa eſt, quæ cùm eſſet adhuc trima, venit in templum, euecta Spiritus ſancti pennis; & prætergreſſa infantilis ſuæ ætatis

tis conditionem, inſtituit religioſam vitam, quæ parentibus Deum præfert, & ipſa prætulit. Felices Ioachimus & Anna, qui chariſſimam filiam Deo opt. max. vouent: felix proles, quæ oſtendit non eſſe ſe de numero filiarum Euæ, quæ poſt primum peccatum fugam in paradiſo arripuerunt. Non arripuit illa fugam, quæ firma Deo adhæſit, & ita adhæſit, vt dixerit ipſa de ſe lib.3.Reuelationum S.Birgittæ cap.8. *Ego ſum illa, quæ ab æterno in charitate fui, & ab infantia mea Spiritus ſanctus perfectè erat*, mecum,
Luc.1,28. inquam, cui Angelus Gabriel ait, DOMINVS TECVM. Hæc prima Spiritus ſancti ſponſa, forma no-
Iudith 15, 10. ſtræ regenerationis, *honorificentia populi noſtri.*

ADORATIO.

Ioan.4,24. *Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.*

Pſ.94,6. *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.*

Nos autem populus eius,

in ſimilitudinem immaculatæ Præſentationis.

Anima in ſacro Baptiſmatis fonte de fuga triumphat.

DVcitur in templum immaculata MARIA, cuius ſanctam oblationem Ioachimus ſimul & Anna Deo faciunt, & præſentant. Non tam iſta à

ſanctis

ſanctis parentibus ducitur, quàm ab ipſo Spiritu ſancto, cuius chara ſponſa eſt, & cui dicit Cantic.2. *Surge amica mea, ſponſa mea, & veni, columba mea, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Sacramentum hoc magnum & mirabile eſt; ego autem dico in Spiritu ſancto, & immaculata MARIA, *Venite adoremus, & procidamus ante eam,* quæ fert & præfert in ſe Chriſtianæ profeſſionis normam & formam, cuius dat Baptiſma principium.

Sanctus Dionyſius Eccleſiaſt. Hierarch. cap.2. Parte 2. pulchrè deſcribit ritum quo baptizandus, per patrinum, non ſecùs ac B.VIRGO à parentibus in templo præſentetur, interprete Corderio noſtro ſic dicens: *Quiſquis autem horum munerum verè ſupermundialium ſanctè particeps eſſe cupit, accedens quemdam ſacris initiatum, flagitat ab eo ad ſacrorum præſidem manuduci, nec non integrè cunctis ſanctionibus obſequi pollicetur, rogatque, ſuæ cùm admiſſionis, tum totius exinde vitæ curam ſuſcipere ne recuſet*, &c. Quibus Parte 3. §.4. hæc adiungit: *Sic adductum, diuina beatitudo ad ſui admittit communicationem, propriæque lucis, inſtar ſigni cuiuſdam, ipſum participat, Deo intimum reddens, ac conſortem munerum diuinorum, atque ordinis ſacri, quorum ſacra teſſera eſt ſummi Sacerdotis accedenti datum ſignaculum, nec non ſalutaris deſcriptio Sacerdotum, ſaluandis eum aggregans,*

atque ſacris inſerens monumentis vnà cum ſuſceptore, tamquam ſalutiferæ ad veritatem viæ; illum quidem amatorem ſincerum ac comitem ductoris diuini; hunc verò, minimè errabundum diuinitus traditis inſtitutionibus ſequendis manuductorem.

Quapropter Ambroſius libro de Iis qui myſteriis initiantur, prope initium, myſticam quamdam eſſe præſentationem in ſuſceptione Baptiſmi, hominem renatum ex aqua & Spiritu ſancto monet iis verbis: *Reſerata ſunt tibi Sancta ſanctorum, ingreſſus es regenerationis ſacrarium. Repete quid interrogatus ſis, recognoſce quid reſponderis. Renuntiaſti diabolo & operibus eius, mundo & luxuriæ, & eius voluptatibus. Tenetur vox tua non in tumulo mortuorum, ſed in libro viuentium: vidiſti illic Leuitam, vidiſti Sacerdotem, vidiſti ſummum Sacerdotem. Noli conſiderare corporum figuras, ſed myſteriorum gratiam.*

Adiungo & aliud luculentum eiuſdem Ambroſij teſtimonium lib. 4. de Sacram. cap. 1. *Erat in ſecundo tabernaculo manna, erat etiam virga Aaron, quæ aruit, & poſteà refloruit. Quò ſpectat hoc? Vt intelligatis, quod ſit ſecundum tabernaculum, quò nos introduxit Sacerdos, in quo ſemel in anno ſummus Sacerdos intrare conſueuit, hoc eſt, ad Baptiſterium, vbi virga Aaron floruit. Anteà arida erat, poſteà refloruit. Et tu aridus eras, & cœpiſti in*

in fonte irriguo refloreſcere. Arueras peccatis, arueras erroribus atque delictis, ſed fructum iam ferre cœpiſti, plantatus ſecus decurſus aquarum. Sed fortè dicas: Quid hoc ad populum, ſi virga Sacerdotis aruerat, & refloruit? Populus ipſe, quis eſt niſi ſacerdotalis? quibus dictum eſt, Vos 1.Pet.2,9. *autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, ait Apoſtolus Petrus. Vnuſquiſque vngitur in ſacerdotium, vngitur in regnum, ſed ſpiritale regnum, & ſacerdotium ſpiritale.* Conueniunt igitur inter ſe profeſſio Chriſtiana, & Præſentatio Mariana, in quibus tam immaculatam MARIAM, quàm animam aqua luſtratam in ſe ſuſcipit Spiritus ſanctus, vtriuſque factus ſponſus, in cuius templum, domum, & familiam tranſit.

Non agitur hîc de fuga quam ſuaſit prima culpa, agitur de regreſſu noſtro ad Deum, vt qui fugam didicimus ab Adamo, in MARIA dediſcamus. Memento filij prodigi, qui miſeræ fugæ ſuæ pœnas luit, nec vitauit, donec in paternam domum reuerteretur. *Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ip-* Luc.15,21 *ſius, & miſericordia motus eſt. Et accurrens, cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Quid plura? dixit pater ſeruis ſuis: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius.* Proferte primam ſtolam innocentiæ iam amiſſæ,

amiſſæ, nouum hominem induat, accipiat annulum nuptialem, aſſumat ſibi paratos Euangelij calceos, quibus ornatus in Eccleſiam ingrediatur, vbi nullum ſit de priore fuga periculum. Dicant ergo renati de ſe, cùm ſe Deo in templo præſentant: *Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob*, & ſeipſos in MARIA ſpeculantes, adorantes, procedenteſque ante eam dicent: DOMINVS TECVM, qui tecum nuptias in ſancto ſuo templo celebrauit, & nos tibi aſſimilauit. *Sancto ſpiritu accepto*, vt ait Cyrillus lib.3. contra Hæretic. cap.2. *domus & templum Dei efficimur, & Deum habemus habitantem, & ambulantem.*

Pſ.45,11.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3.de Viduis, p.3.*

P*Rimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Paulus 1.Corinth.15,47.

Cùm

Cùm geſtares fœdam hominis terreni imaginem, comparere coram Deo non audebas, ſed diuinos eius oculos formidabas: depoſuiſti effigiem, accepiſti formam Chriſti, quæ ſemper apud Deum eſt, & dicis, *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Reus tribunal iudicis vitat & fugit, quia ſupplicium timet: qui autem in Spiritu ſancto renaſcuntur, & in Chriſto baptizantur, omni prorſus reatu liberi & immunes ſunt. Mirabile ſacrarium hoc ſancti Baptiſmi eſt, quòd ad ſe reos fugientes reddat omnino innocentes. Ita decernit Concilium Trident. ſeſſ.5. *In renatis nihil odit Deus, quia nihil damnationis iis qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in mortem, qui non ſecundùm carnem ambulant, ſed veterem hominem exuentes, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, & Deo dilecti effecti ſunt.* Pſ.72,28.

Quanta vis in ſacro Baptiſmate exiſtat, vel ex hoc intelligi poteſt, quòd cùm tanta ſit religio in oculis Dei, vt & in Angelis ſuis prauitatem deprehenderit, & ſtellæ mundæ non ſint in eius conſpectu, nihilominùs renati in Spiritu ſancto, innocentes, immaculati, puri, & innoxij, vel ab ipſo Deo cenſeantur, & iudicentur. Non eſt cur vultum Dei ſubterfugiant, ſed feſtinatò eum quærant, & in templo cæleſtis gloriæ ſe ſiſtere affectent, vanis mundi pompis re-

nuntiantes, iuxta votum ſanctæ Eccleſiæ, quod in Oratione habita pro renatis ipſa exponit, ac proponit in Vigilia Pentecoſtes: *Deus, qui nobis per Prophetarum ora præcepiſti temporalia relinquere, atque ad æterna feſtinare: da famulis tuis, vt quæ à te iuſſa cognouimus, implere cæleſti inſpiratione valeamus.*

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

SIt in ſingulis renatis anima immaculatæ MARIAE, vt magnificet Dominum, qui ad ſe inſpirat regreſſum, & noua creaturæ ſuadet, vt virtute ſacri Baptiſmi, diuinis oculis ſe ſiſtat, & præſentet. Sit in ſingulis Chriſtianis ſpiritus Marianus, vt exultet in Deo, de ignominioſa parentum fuga triumphans.

Luc.1,28. BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS.

Sit in Tabula cordis imago Annuntiationis immaculatæ MARIAE Matris Dei, de maledictione terræ triumphantis, exemplar nouæ creaturæ, de eadem maledictione triumphum agentis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar quarti Feſti & triumphi Mariani.

IMA-



BIBLIOTECA NAZ.
VITTORIO EMANUELE

N2

Digitized by Google

IMAGO VNDECIMA EXPLICATA.

Prima in ſancta Annuntiatione de terra maledictione ſolemnem agit Maria triumphũ.

ADDVXIT & induxit in terram vniuerſam prima culpa maledictionis ſupplicium, cùm Deus Adamo dixerit. *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo, præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi.* (Gen. 3, 17.) Deus, qui terram totam maledictione puniuit, benedictione ſua terram Marianam locupletauit, iuxta illud: *Benedixiſti Domine terram tuam.* (Pſ. 84, 2.) tùnc nimirum, cùm Deus ei per Archãgelum Gabrielem Verbi diuini incarnationem annuntiauit, &, vt S. Dionyſius Cæleſt. Hierarch. cap. 4. §. 4. ait, MARIAM *erudiuit, quomodo in ipſa diuinum illud ineffabilis Deiformationis myſterium conſummaretur*; tunc (vt Epiſt. v. dicit) *Dei Filius præcipuo quodam hominum amore captus, ſupra homines, & ſecundùm homines, ex hominum ſubſtantia, cùm ſupra ſubſtantiam exiſteret, ſubſtantiam aſſumpſit.* Hæc vtique benedicta terra, quoniam originali labe infecta non eſt. Benè Auguſtinus Serm. 1. de Annuntiat. *Maledictio Euæ in benedictionem mutatur* MARIAE. Accedit

IMAGO VNDECIMA EXPLICATA.

ADDVXIT & induxit in terram vniuerſam prima culpa maledictionis ſupplicium, cùm Deus Adamo dixerit. *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo, præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi.* Deus, qui terram totam maledictione puniuit, benedictione ſua terram Marianam locupletauit, iuxta illud: *Benedixiſti Domine terram tuam.* tunc nimirum, cùm Deus ei per Archãgelum Gabrielem Verbi diuini incarnationem annuntiauit, &, vt S. Dionyſius Cæleſt. Hierarch. cap. 4. §. 4. ait, MARIAM *erudiuit, quomodo in ipſa diuinum illud ineffabilis Deiformationis myſterium conſummaretur;* tunc (vt Epiſt. v. dicit) *Dei Filius præcipuo quodam hominum amore captus, ſupra homines, & ſecundùm homines, ex hominum ſubſtantia, cùm ſupra ſubſtantiam exiſteret, ſubſtantiam aſſumpſit.* Hæc vtique benedicta terra, quoniam originali labe infecta non eſt. Benè Auguſtinus Serm. 1. de Annuntiat. *Maledictio Euæ in benedictionem mutatur* MARIAE. Accedit

Prima in ſancta Annuntiatione de terra maledictione ſolemnem agit Maria triumphũ.

Gen. 3, 17.

Pſ. 84. 2.

Digitized by Google

dit Auguſtino Hieronymus Serm.de Aſſumpt. *At per hoc quidquid maledictionis infuſum eſt per Euam, totum abſtulit benedictio* MARIAE. Accedit Hieronymo Ildephonſus Serm.1. de Aſſumptione: *Hæc eſt illa, per quam omnis maledictio ſoluta eſt primorum parentum, & cæleſtis benedictio in toto venit mundo.*

Idem ipſe Ildephonſus lib.de Parturit. & virginit. B. MARIAE, improbans & damnans aſſertionem hæreticorum, qui ore blaſphemo dictitabant & iactabant communi naturæ iure prolem ſuam concepiſſe & effudiſſe, concludit: *Quod ſi ita eſt vt adſtruunt & affirmant, ergo illa quæ benedicta ab Angelo prædicatur, in maledictione adhuc permanens, ſub maledicto peperit: alioquin quid eſt quòd legem naturæ requirunt in* MARIA, *vbi totum quidquid in ea fuit, poſſidet Spiritus ſanctus?* Benedicta Virgo eſt, quæ tota poſſidetur, tota tenetur Spiritu ſancto. Confirmat apud S.Birgittam lib.4.cap.11. puriſſima Agnes, dum beatæ MARIAE dicit: *Spiritus ſanctus in te fuit, & extra te, & circumquaque tecum, qui te fecundauit conſentientem nuntio Dei.* Hoc nuntium attulit Gabriel, qui
Luc.1,34. cùm rogaretur à Virgine; *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* reſpondit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Quòd ſi Iuditha, poſtquam Holofemi
Iudith 13, 28. caput abſtulit, acclamatur benedicta. (*Benedicta es tu filia*

filia à Domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram.) acclametur & Virgo, quæ caput ſerpentis contriuit. Acclamatur ab Angelo, cui nos ſupplices quoque accedamus, & exclamemus, BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS, ſancta Dei genitrix, forma noſtræ regenerationis, *tu honorificentia populi noſtri.* Luc. 1, 24. Iudith 15, 10.

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan. 4, 24.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſal. 94, 6.

Nos autem populus eius,

in ſimilitudinem immaculatæ Annuntiationis.

ADoramus, & procidimus, cùm in ſancto Miſſæ Sacrificio recitamus, *Homo factus eſt*, & ...nuntiamus, *Verbum caro factum eſt.* Summum eſt Incarnationis myſterium, & ſummum cultum & adorationem exigit, vnde & in genua prouoluimur adorantes Deum, & ſimul colentes immaculatam MARIAM, ex qua Verbum caro factum eſt, & in qua natura ſancti Baptiſmi refulgeſcit. Forma noſtræ

Anima dum aqua luſtrali tingitur, triumphat à maledictione terra.

ſtræ regenerationis, generatio Chriſti eſt, teſte Ambroſio lib. de Iis qui myſteriis initiantur, cap.9. *Ne dicamus, Quomodo regenerati ſumus? Non agnoſco vſum naturæ. Sed nullus hic naturæ ordo, vbi excellentia eſt gratiæ. Denique non ſemper vſus naturæ generationem facit. Generatum ex Virgine Chriſtum donum confitemur, & naturæ ordinem denegamus: non enim ex viro* MARIA *concepit, ſed de Spiritu ſancto in vtero accepit, vt dicit*
Mat.1,18. *Matthæus, quia inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Si ergo ſuperueniens Spiritus ſanctus in Virginem conceptionem operatus eſt, & generationis munus impleuit; non eſt vtique dubitandum, quòd ſuperueniens in fontem, vel ſuper eum qui Baptiſmum conſequitur, veritatem regenerationis operetur.* Huc etiam pertinet, quod Sermone 1. de Epiphania affirmat idem Ambroſius, agens de Chriſti Baptiſmo, vnde & noſtrum ſuam originem habuit. *Spiritus ſanctus, qui tunc in vtero apparuit, modò in gurgite circumfulſit. Qui tunc* MARIAM *caſtificauit, nunc ſanctificauit, & quaſi maturiore conſilio, qui tunc vmbram præſtitit natiuitati, modò teſtimonium perhibet veritati.* Cùm foret in Adamo
Pſ.7,15. caro humana, Eua *concepit dolorem, & peperit iniquitatem*, & quidem ex ſerpente concepit; venit ad ſacrum Baptiſma, venit ad Catholicam Eccleſiam, & referens in ſe immaculatam MARIAM, concipit Chriſtum,

Chriſtum, qui beneficio gratiæ in renatis efficitur & formatur. Vnde & Paulus tinctus iam aqua luſtrali dicit: *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*: Chriſtus ſcilicet, qui non ſolùm immaculatæ MARIAE, ſed etiam aquis & fluentis Iordanis ſuum ortum habere profitetur. *Viuit verò in me Chriſtus*, cuius incarnatio virginalis myſticum Baptiſma eſt, cùm exclamet Iſaias: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Ros & nubes indices Incarnationis, ſunt etiam indicia Baptiſmalis ablutionis. *Viuit* ergo *in me Chriſtus*, qui ſoluens maledictionem, dedit benedictionem, cuius meminit Dauid Pſalmo 84. *Benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob: remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum.* Benedicta terra Mariana, benedicta & anima Chriſtiana, quæ myſtica MARIA eſt: teſte enim Cyrillo lib.3.contra Hæreticos, cap.3. *Formatur Chriſtus in nobis per operationem Spiritus ſancti, renouatis nobis in ſimilitudinem ſuam.* Et quidem ſimilitudo Chriſti, Spiritus ſanctus eſt. Hinc (vt diuinus Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarch. cap.2. Parte 3. §.8. de Baptiſmo agens ait) *ſacra diuinæ generationis initiatio ea quæ initiata ſunt, diuino ſpiritui coniungit.* Accedit Baſilius agens de Sacramento Baptiſmi: *Nunc quidem ſecundùm*

Galat.2. 20.

Iſai.45.8.

O men-

menſuram Incarnationis interno homine in nouitate vitæ Chriſto configurato obedientiam illi præſtamus.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3.de Viduis,p.3.*

PRimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Paulus 1.Corinth.15,47.

Miſit cæleſtis Pater, vt lib.2. in Ioan. cap.3. expendit Cyrillus, *immutabilem naturâ Filium ſuum, & procul ab omni peccato remotum, ad carnem noſtram aſſumendam, vt quemadmodum præuaricatione primi Adæ maledictioni ſubiecti fuimus, ſic obedientia virtuteque ſecundi, & maledictionem fugiamus, & quæ ab ea ſunt ſecuta detrimenta ne timeamus.* Prætuliſti imaginem terreni Adami, vocem ſerpentis audiſti, & maledictionem Dei in te ipſum deriuaſti: veniſti ad ſacrum Baptiſma, in quo ſerpentis dolis renuntians, filius hominis eſſe deſiiſti, & in filium Dei tranſlatus, appares

pares ſimilis Chriſto, & Matri, quæ ſerpentem non auſcultauit, ſed miſſum à Deo Angelum excepit, iuſſis diuinis obtemperauit, de quo I rinæus apud Auguſtinum lib.1. contra Iulianum, cap.2. *Quemadmodum adſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſoluatur per virginem, æqua lance diſpoſita virginalis inobedientia per virginalem obedientiam: adhuc enim protoplaſti peccato per primogenitum emendationem accipient, ſerpentis verò prudentia deuicta per ſimplicitatem columbæ, vinculis illis reſoluti ſumus, per quæ alligati mortui eramus.* Soluit Chriſtus veteris Adami execrabilem maledictionem, & dedit benedictionem, qua benedicta anima fiat ſimilis immaculatæ MARIAE, quæ ceteris feminis benedictionem præripuit: præripuit & ipſa benedictionem infinitæ multitudini animarum, quæ expertes aquæ luſtralis ſub maledictione vixerunt, & adhuc ſub maledictione degunt. Benedicta anima cuius Deus Dominus eius. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Ps.147,11 Manifeſtauit Deus per Angelum myſterium generationis Chriſti MARIAE: Chriſtianæ regenerationis Sacramentum declarat per Sacerdotem ſuum, qui nomine Eccleſiæ ſolemni Sabbati ſancti die rogat: *Omnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuæ myſteriis, adeſto Sacramentis, & ad recreandos nouos*

Digitized by Google

populos, quos tibi fons Baptiſmatis parturit, Spiritum adoptionis emitte, vt quod noſtræ humilitatis gerendum eſt miniſterio, virtutis tuæ impleatur effectu.

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

SIt in ſingulis Chriſtianis anima immaculatæ MARIAE, vt magnificet Dominum, qui ſoluens maledictionem, dedit benedictionem, vt virtute Sacramenti Baptiſmi, terra noſtra priori maledicto liberaretur. Sit in ſingulis renatis ex aqua & Spiritu ſancto ſpiritus MARIAE Virginis, vt exultet in Deo, de prima maledictione celebrans glorioſam victoriam.

Luc.1,43. ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI.

Sit in Tabula cordis imago Viſitationis immaculatæ MARIAE Matris Dei, de fructu terræ maledictione triumphantis, exemplar nouæ creaturæ, hunc eumdem triumphum celebrantis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar quinti Feſti & triumphi Mariani.

IMA-

103



BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO DVODECIMA EXPLICATA.

CVM dixerit Adamo Deus, *Maledicta terra* Gen.3,17.
in opere tuo, non in terra ſolùm, ſed in eius *Prima in Viſitatione*
etiam fetu impoſita maledictio locum te- *Maria de maledictio-*
nuit. Adumbratum eſt in terra, & eius *ne fructus ſolemnem*
fetu, quod Euæ & prolibus eius accidit. Criminis *triumphum*
prioris ergo maledictum Eua ſubiit, ſubierunt & *agit.*
eius proles, quæ omnes ſub maledicto formantur
& concipiuntur. Fructus ventris generoſi Chriſtus,
de quo dictum eſt Dauidi: *De fructu ventris tui po-* Pſ.131,11
nam ſuper ſedem tuam. & de quo iam dictum fuerat
Abrahamo: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes.* Gen.22,18
Conſonat ſibi Dauid, cùm terræ ſimul ac fructui
benedicens modulatur: *Confiteantur tibi populi Deus,* Pſ.68,7.
confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.
Tulit MARIA fructum, qui tollens maledictio-
nem, dedit benedictionem, & confundens mortem,
donauit nobis vitam ſempiternam. Terra ergo be-
nedicta ſuo benedicto fructu, tota illuſtris & deco-
ra apparet in Viſitatione, procedens inſtar Iudithæ
cum magna gloria, vt virtute Viſitationis ſuæ Ioan-
nem à culpa originis liberet. Proceſſit in montana
cum

Digitized by Google

cum tanta tamque excelſa gloria Spiritus, vt ex eius plenitudine Eliſabetha acceperit, & repleta Spiritu ſancto fuerit.

Ad ſtuporem Eliſabethæ plena diuino Spiritu MARIA comparebat, & ad ſtuporem MARIAE apparebat Eliſabetha venuſta decore gratiæ, quemadmodum apud Birgittam lib. 6. cap. 59. teſtatur in hæc verba ipſa Virgo: *Cùm Eliſabeth miraretur feruorem Spiritus qui loquebatur in me, & ego non diſſimiliter mirabar in ea gratiam Dei: ambæ benedicentes Deum, ſtetimus ſimul aliquibus diebus.* Poſtquam caput Holofernis ablatum eſt, Deus ipſe benedicitur. *Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis, principis inimicorum noſtrorum.* Conſequens ergo fuit, vt cùm caput ſerpentis contriuiſſet MARIA, non ipſa ſolùm, ſed etiam Deus quem geſtabat in vtero, laudaretur, ac diceretur, BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI, ſicut & tu benedicta es, forma regenerationis Chriſtianæ, *tu honorificentia populi noſtri.*

Iudith 13. 24. — Luc. 1, 42. — Iudith 15. 10.

ADO-

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan.4,24.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſ.94.6.

Nos autem populus eius,
in ſimilitudinem immaculatæ Viſitationis.

IOannes mundatus à labe & lue originalis peccati, repletuſque Spiritu ſancto, in vtero matris exultauit. Deus virgineo incluſus ergaſtulo, geſſit ſe cum Ioanne, more domeſtico & familiari, quem apud S. Birgittam lib.4. Reuelat. cap.16. deſcribit eadem glorioſa Virgo: *Deus quippe eſt quaſi gallina calefaciens oua, de quibus fiunt viuentes pulli. Omnia itaque oua quæ ſubtus gallinam ſunt, recipiunt calorem eius, non autem oua circumſtantia: nec mater frangit teſtam oui in qua pullus concipitur, ſed ipſe pullus roſtro ſuo tentans frangere; quod videns mater, illi pullo calidum locum præparat, vbi ſubſiſtat. Sic Deus omnes cum gratia ſua viſitat, eos verò qui ſic cogitant, Nos, inquiunt, abſtinere volumus à peccando, &, in quantum poſſumus, conari volumus ad perfectionem, hos viſitat Spiritus ſanctus frequentiùs, vt perfectiùs poſſint.* Hactenus immaculata MARIA genitrix

Anima dum Sacramento lauatur, triumphat de maledictione fructus.

cum tanta tamque excelſa gloria Spiritus, vt ex eius plenitudine Eliſabetha acceperit, & repleta Spiritu ſancto fuerit.

Ad ſtuporem Eliſabethæ plena diuino Spiritu MARIA comparebat, & ad ſtuporem MARIAE apparebat Eliſabetha venuſta decore gratiæ, quemadmodum apud Birgittam lib.6. cap.59. teſtatur in hæc verba ipſa Virgo: *Cùm Eliſabeth miraretur feruorem Spiritus qui loquebatur in me, & ego non diſſimiliter mirabar in ea gratiam Dei: ambæ benedicentes Deum, ſtetimus ſimul aliquibus diebus.* Poſtquam caput Holo-

Iudith 13. 24. fernis ablatum eſt, Deus ipſe benedicitur. *Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis, principis inimicorum noſtrorum.* Conſequens ergo fuit, vt cùm caput ſerpentis contriuiſſet MARIA, non ipſa ſolùm, ſed etiam Deus quem

Luc.1,42. geſtabat in vtero, laudaretur, ac diceretur, BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI, ſicut & tu benedicta es, forma regenerationis Chriſtianæ,

Iudith 15. 10. *tu honorificentia populi noſtri.*

ADO-

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan.4,24.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſ.94.6.

Nos autem populus eius,
in ſimilitudinem immaculatæ Viſitationis.

IOannes mundatus à labe & lue originalis peccati, repletuſque Spiritu ſancto, in vtero matris exultauit. Deus virgineo incluſus ergaſtulo, geſſit ſe cum Ioanne, more domeſtico & familiari, quem apud S.Birgittam lib.4. Reuelat. cap.16. deſcribit eadem glorioſa Virgo: *Deus quippe eſt quaſi gallina calefaciens oua, de quibus fiunt viuentes pulli. Omnia itaque oua quæ ſubtus gallinam ſunt, recipiunt calorem eius, non autem oua circumſtantia: nec mater frangit teſtam oui in qua pullus concipitur, ſed ipſe pullus roſtro ſuo tentans frangere; quod videns mater, illi pullo calidum locum præparat, vbi ſubſiſtat. Sic Deus omnes cum gratia ſua viſitat, eos verò qui ſic cogitant, Nos, inquiunt, abſtinere volumus à peccando, &, in quantum poſſumus, conari volumus ad perfectionem, hos viſitat Spiritus ſanctus frequentiùs, vt perfectiùs poſſint.* Hactenus immaculata MARIA geni-

Anima dum Sacramento lauatur, triumphat de maledictione fructus.

Mat.23,37 trix Dei, qui dicit de ſe: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Nobilis pullus Ioannes, quem viſitat & inuiſit Spiritus ſanctus, vt ad formam Marianam, purum à macula originali illum reformet.

Qualis MARIA, talis anima Ioannis, talis anima Chriſtiana, quæ aſcendit de ſacro fonte, ſicut & illa conſcendit in montana. Hæc lex inuiolabilis ignis eſt, vt ſurſum adſpiret; & anima, quæ baptizatur in Spiritu ſancto & igne, profeſſione ſua anhelat, vt eius mens ducatur & feratur ad ſublimia.

Coloſ.3,1. vnde & Paulus aſcendentibus de lauacro dicit: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt, in dextera Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Quicumque emergit è ſacro Baptiſmatis fonte, conſurgit cum Chriſto, & eius anima ſimilis eſt MARIAE, cui in ſacra Viſitatione, quemadmodum Eccleſia canit, aſcendens in

Cant.2,10 altum Chriſtus adhuc in vtero dicit: *Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.* Repe-

ꝟ.13. tit verba, quia pulchra: *Surge, propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis.*

Surgit columba Mariana, ſurgit columba Chriſtiana,

ſtiana, in cuius elogium expendit Ambroſius in Pſal.118. litt.16. locum illum Canticorum: *Oculi eius* Cant.5,12.
ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Expendit autem in hæc verba: *Baptizat in lacte Dominus, id eſt, in ſinceritate, & iſti qui ſunt verè baptizantur in lacte, qui ſine dolo credunt, & puram fidem deferunt, immaculatam induunt gratiam, ideò candida ſponſa accedit ad Chriſtum, quia in lacte baptizata eſt. Ideò mirantur eam Virtutes & Poteſtates, dicentes: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata?* Cant.8,5.
Ante paululum dicebat, Nigra ſum; nunc autem dealbata Cant.1,5.
cernitur, & aſcendit in cælum, & innixa Dei Verbo, iam alta penetrat. Volat in altum MARIA, volat & anima renouata Spiritu ſancto, de qua Richardus Parte 2. in Canticorum cap.15. *Boni,* inquit, *Spiritus ſancti renouatione & ſubleuatione ad hunc volatum & libertatem naſcuntur. Iſti ſunt, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas, quia ad æterna deſideria ſubleuantur, & ad infirma nulla cupiditate feruntur. Quem volatum columbinum Spiritus ſanctus operatur in anima, quæ deſignatur per columbam.* Montana igitur penetrat innixa Verbo incarnato, cuius virginalis ventris benedictus fructus eſt; alta quoque penetrat anima eidem incumbens Verbo, de quo Dauid: *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Pſ.22,4.

Sis mihi tu virga, tu baculus; ſis mihi fructus benedictionis, cuius virtute tendam ad ſublimia. Et quidem, vt ait Cyrillus lib.11. in Ioan. cap.25. *Numquam ad ſupremæ naturæ imaginem humilitas noſtra conſcenderet, niſi Spiritu, voluntate videlicet Patris, confirmaretur.*

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3. de Viduis, p.3.*

PRimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Paulus 1.Corinth.15, 47.

Geſtaſti, homo, imaginem Adami terreni, qui te rebus terrenis affixit. Filius Adæ erat Dauid, &
Pſ.118,25. memor conditionis ſuæ, & tuæ, dicebat: *Adhæſit pa-*
Pſ.43,25. *uimento anima mea.* & rurſus: *Adhæſit in terra venter noſter.* Regeneratus in Spiritu ſancto & tranſlatus in
Ioan.8,23. Chriſtum fuiſti, qui dicit de ſe: *Ego non ſum de hoc*
Ioan.15, 19. *mundo*, quia cæleſtis; & Chriſtianis ſuis ait: *De mun-*

do

do non eſtis, quia mecum cæleſtes eſtis, & in vobis imaginem meam præfertis. Chriſtus hoſpitatus in vtero matris, venit hoſpes in montana, vt ſurſum Ioannem attolleret, quem in ventre matris iacentem culpa communis tenebat. Mundo, & mundialibus pompis, cùm aqua ſacra luſtrareris, renuntiaſti, vt more Chriſti & MARIAE, hoſpes in mundo eſſes. Ergo ne agas in terra ciuem, ſed peregrinum, qui terrena non curat, ſed cæleſtia meditatur. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,* Epheſ. 1, 3. *qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtibus, in Chriſto.*

Benedixit nos in cæleſtibus, tam in Chriſto quàm in Spiritu ſancto, quo repleta Eliſabetha, cælo potiùs quàm terræ prolem ſuam conſecrauit. Erat in vtero Ioannes, erat palmes in ſua vite, & quidem omnino incultus; coluit Deum, & ipſe cultus & excultus eſt. Vitis inſtar Eccleſia eſt (*vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*) Pſ. 127, 3. palmites Chriſtiani ſunt. Deus illos colit & excolit, vt fructus benedictionis exiſtant. Hùc pertinet ſacra Oratio quæ pro renatis Sabbato ſancto ab Eccleſia recitatur: *Deus, qui in omnibus Eccleſiæ tuæ filiis ſanctorum Prophetarum voce manifeſtaſti, in omni loco dominationis tuæ ſatorem te bonorum ſeminum, & electorum palmitum eſſe cultorem:*

tribue quæſumus populis tuis, qui & vinearum apud te nomine cenſentur, & ſegetum, vt ſpinarum & tribulorum ſqualore reſecato, digna efficiantur fruge fecundi.

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

SIt in ſingulis renatis anima immaculatæ MARIAE, vt magnificet Dominum, qui ſpinarum & tribulorum ſqualore reſecato, fructibus benedictionis Eccleſiam tuam fecundet. Sit in ſingulis renatis ſpiritus Marianus, vt exultet in Deo, cuius ſacri Baptiſmi virtute benedicta creatura floret, fructificat, & triumphat.

SANCTA MARIA.

Sit in Tabula cordis imago Expectationis immaculatæ MARIAE Matris Dei; de doloribus partus triumphantis, exemplar Eccleſiæ cum exultatione fœtus ſuos enitentis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar ſexti Feſti & triumphi Mariani.

IMA-



Digitized by Google

IMAGO DECIMATERTIA EXPLICATA.

Prima de doloribus partus ſolemnem in Expectatione agit Maria triumphum.

ANTE puerperium ſuum timent ac trepidant feminæ, nec ſine cauſa: Euæ enim & eius ſexui dicta ſententia eſt: *In dolore paries filios.* Gen.3,16. Dignas luit pro commiſſo pœnas Eua, & rea in ipſo partu punitur. Timet ſupplicium reus, non ſperat. Expectat MARIA partum ſine dolore futurum. Præuenerat Gabriel Virginem, ne timeret: *Ne timeas* MARIA: *inueniſti enim* Luc.1,30. *gratiam apud Deum.* Quæ verba ſapienter verſat Idiota. *Inueniſti*, inquit, MARIA, *gratiam cæleſtem, quia fuerunt in te ab originali labe præſeruatio, Angelica ſalutatio, Spiritus ſancti ſuperuentio, & Filij Dei conceptio. Sed qualiter, ô feliciſſima Virgo, has gratias inueniſti? Certè, ô ſuperbenedicta Virgo, ſicut Eua gratiam amiſit per ſuperbiam, & inobedientiam, & curioſitatem vanam; ſic tu è diuerſo gratiam inueniſti, quam numquam amiſiſti, quæ futura eras omnium humillima, obedientiſſima, & in Dei ſcientia ſolidiſſima.* Idem cæleſtis Angelus, qui timorem eliminauit ex Virgine, in bonam ſpem & exſpectationem illam induxit, dum ait, *Ecce concipies in* Luc.1,31. *vtero, & paries filium.* addit deinde, *Spiritus ſanctus*

ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq́ue quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.

Deus promiſſis ſtetit, & ſuperuenit Spiritus ſanctus, cuius virtute MARIA concepit Filium, exſpectationem vnam & vnicam Iſraëlis, deſiderium collium æternorum. Sacrum MARIAE nomen ſonat ſpem & expectationem, cuius virgo mater eſt. Illam Matrem ſanctæ ſpei Patres omnes recognoſcunt, inuocant, & implorant, cuius auidè partum optantes exclamant: *O ſapientia, quæ ex ore Altiſſimi produſti, attingens à fine vſque ad finem fortiter, ſuauiterq́ue diſponens omnia, veni ad docendum nos viam prudentiæ.* Benè ſperauit, & benè ſperare docuit Iuditha, quæ Holofernem decollauit. Hæc ſpes magis ſplendet in MARIA, magis fulget: caput ſerpentis contriuit, & præferens nomen ſpei, procedit cum magna gloria, digna quæ vocetur & inuocetur, SANCTA MARIA, ſpes noſtra ſalue, forma no-
Iudith 15, 10. ſtræ regenerationis, *honorificentia populi noſtri.*

ADO-

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan.4,24.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſal.94,6.

Nos autem populus eius,

in ſimilitudinem immaculatæ Expectationis.

Anima, cùm vtitur Sacramentali ablutione, triũphat de timore, ſimilis Matri ſpei.

O Sapientia, & Sapientiæ parens immaculata MARIA, in cuius partu totam ſuam ſpem collocarunt Patres omnes, & filij omnes qui ortus ſui originem ex ipſis traxerunt & habuerunt. Tecum, ô Virgo, loquitur Angelus ille cæleſtis, qui ſermonem tuæ Birgittæ dictauit: *Dolebant vehementer Prophetæ, videntes filios Iſraël pro ſuperbia & carnis petulantia legem Moyſis deſerere, & elongata ab eis diuina charitate, iram Dei ſuper eos venire. Exultabant, antè prænoſcentes, quòd ipſe legis dictator, & Dominus, ex tua humilitate, & tuæ vitæ puritate, ô* MARIA, *ſtella præfulgida placaretur, & quòd reciperet eos in ſuam gratiam, qui ipſum ad iram prouocàuerant, & ſuam indignationem miſerabiliter incurrerant. Dolebant etiam, quia deſtructis muris & portis Ieruſalem, inimici Dei fuerant ingreſſi, expugnantes corporaliter, ſatanas autem ſpiritua-*

tualiter. Sed exultabant de te, ô MARIA, *porta digniſſima, præſcientes in te Deum fortiſſimum gigantem aſſumpturum arma, quibus diabolum & omnes inimicos deuincere debebat, & ſic verè Prophetæ, ſicut Patriarchæ, de te, ô digniſſima Mater, permaximè conſolati fuerunt.*

Expectatio virginalis, quàm conueniat myſterio ſacri Baptiſmi, vel ex hoc percipi poteſt, quòd cùm
Iſai.45,8. ſancti Patriarchæ clament & exclament, *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant Iuſtum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem*: exclamatione ſua rorem & pluuiam, luſtralem aquam nimirum, videantur poſtulare, non ſemel tantùm, ſed etiam iterùm, apud
Iſai.64,2. eumdem Iſaiam. *Vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes, à facie tua montes diffluerent, ſicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni: vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur.* Nec
Ioan.5. dubium, quin probatica piſcina, quæ erat antè Ieroſolymis, vbi erat multitudo languentium, expectantium aquæ motum, adumbraret expectationem eorum, qui aduentum Chriſti ſperarent. Hæc etiam vmbra ſacri Baptiſmi erat, quemadmodum monet Ambroſius lib. de Iis qui myſticis initiantur cap.4. *Crede, quia non ſunt vacuæ aquæ. Ideò tibi dictum eſt, quia Angelus Domini deſcendebat ſecundùm tempus in natatoriam, & mouebatur aqua.* Concludit tandem: *Itaque*

que ille paralyticus expectabat hominem. Quem, niſi illum Dominum Ieſum natum ex MARIA *Virgine, cuius aduentu non vmbra ſanaret ſingulos, ſed veritas vniuerſos? Iſte eſt, qui expectabatur vt deſcenderet, de quo dixit Deus Pater ad Ioannem Baptiſtam: Super quem videris* Ioan.1,33. *Spiritum deſcendentem de cælo, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.*

Expectet igitur anima, quæ in Spiritu ſancto mundata eſt, & euadens immaculatæ MARIAE ſimilis, exclamet, prorumpatque in illas voces: *O Sapientia, ô Adonai, ô radix Ieſſe, ô Oriens, & ſplendor lucis æternæ, ô Rex gentium, ô Emmanuel, ô clauis Dauid, & ſceptrum domus Iſraël, qui aperis, & nemo claudit; claudis, & nemo aperit: veni, & educ vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris, & vmbra mortis.* Ne timeas, Virgo, ſed ſperes: ne timeas Chriſtiana anima. vbi Spiritus Domini, ibi libertas eſt. Ideò Chriſtus venit, vt dixerat antè Cyrillus, ne culpæ illius prioris timeamus detrimenta. *Ergo Chriſtum non ſecundùm carnem, ſed in ſpiritu concipe in te, vt parturias ex te,* quemadmodum Sermone de Natiuitate monet Iuſtinianus.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3. de Viduis, p.3.*

P*Rimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Paulus 1.Corinth.15, 47.

S.Auguſtinus lib.3.de Symbolo ad Catechumenos cap.10. poſtquam terreni Adami imaginem depoſuiſſet, ac Chriſti effigiem recepiſſet, exclamat: *Omnia prorſus delet ſanctum Baptiſma, & originalia & propria; dicta, facta, cogitata, cognita, incognita omnia dimittuntur. Innouat hominem, qui fecit hominem: donat delicta, qui non quærit merita: præuenit gratia etiam ipſam infantiam, vt ſint liberi per Chriſtum liberati, qui in Adam à diabolo tenebantur antè captiui.* Innouatus es, veterem hominem exuens cum actibus ſuis, & induens nouum, qui ſecundùm Deus creatus eſt, & te creauit. Accepiſti Spiritum ſanctum, qui eſt remiſſio & indulgentia omnium peccatorum. Præuentus es gratia

Bâptiſmi,

Baptiſmi, vt liber per Chriſtum ſis, qui eras antè captiuus, & pro libertate tua gemebas, & ſuſpirabas, compos factus voti tui, poteris Chriſtiane exclamare: *O miſericordia!* & ſemel acclamare cum Apoſtolo: *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.* Tit.3,4.

Excitamur in ſpem altam & ſublimem æternæ vitæ, renati in Spiritu ſancto. Eapropter dicit renaſcens: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Accedit & orans Eccleſia, quæ corda renatorum ſuorum inſpiciens & introſpiciens, Deum cæleſtem precatur: *Omnipotens ſempiterne Deus, reſpice propitius ad deuotionem populi renaſcentis, qui ſicut ceruus aquarum tuarum expetit fontem: & concede propitius, vt fidei ipſius ſitis, Baptiſmatis myſterio animam corpuſque ſanctificet.* Pſ.41,1.

Im-

Digitized by Google

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

SIt in ſingulis renatis ex aqua & Spiritu ſancto anima immaculatæ MARIAE, vt magnificet Dominum, in quo ſita eſt ſpes & expectatio omnium Chriſtianorum. Sit in anima ſpiritus Marianus, vt dum Chriſtum concipit, & effudit virtute ſacri Baptiſmi, nihil timens, ſed in Deo ſuo exultans, & ſimul triumphans de doloribus partus, illum parturiat.

MATER DEI.

Sit in Tabula cordis imago Purificationis immaculatæ MARIAE Matris Dei, de multiplicatione fetuum triumphantis, exemplar Eccleſiæ, & animæ fetum vnum enitentis virtute ſacri Baptiſmi.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar ſeptimi Feſti & triumphi Mariani.

IMA-



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

R

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO DECIMAQVARTA EXPLICATA.

DIVES & opulenta Eua, redacta ad inopiam eſt. Vbi primùm lapſum fecit, eò inopiæ, eò paupertatis deuenit, vt veſtes quas indueret non haberet, & neceſſitate compulſa, laceris ſe foliis contegeret. Cùm eſſet in ſtatu indigentiæ, dixit Dominus Deus Euæ: *Multiplicabo ærumnas tuas, & fetus tuos.* Hinc profectum eſt, vt pauperculæ feminæ plurimas edant proles, quas vnde alant non habent, & multiplicatis fetibus, ærumnæ parentum magis & magis augeantur. Soluunt itaque filiæ Euæ meritas violatæ legis pœnas. Legem non infregit, non violauit immaculata MARIA, quæ cùm pauper ita eſſet, vnum ſolum peperit filium, vnicum Filium Dei enixa eſt.

Prima in ſua Purificatione Maria ſolemnem triumphum agit de multiplici miſeria prolium.

Gen. 3, 16.

Mater Dei eſt, quæ poſt partum venit ad templum, vt immaculatam ſe oſtenderet, oſtenderetque ſe legi ſupra id quod lex petebat, obſequi velle, ſicut & ipſa Birgittæ expoſuit lib. 6. cap. 57. *Filia mea, ſcias quòd ego non indigebam purificatione ſicut aliæ feminæ, quia filius meus, qui natus eſt ex me, ipſe mundauit me, nec ego aliquam quantumcumque minimam maculam*

Digitized by Google

contraxi, quæ filium mundiſſimum ſine aliqua immunditia generaui. Addit deinde: *Tali etiam die, ſicut hodie, dolor meus augmentatus fuit. Nam licet ſciebam filium meum*
Luc.2,35. *ex inſpiratione diuina paſſurum, tamen ex verbis Simeonis, quibus dixit, gladium pertranſiturum animam meam, & filium meum poſitum in ſignum, vt contradiceretur, grauiùs perforabat cor meum dolor iſte, qui vſque dum aſſumpta fui corpore & anima in cælum, numquam deſiuit à corde meo, quamquam ex conſolatione Spiritus Dei temperaretur.* Hoc diuini Spiritus munimento, & pariter ornamento procedit MARIA in templum, ſiſtit filium coram Patre, vnicam Dei Patris vnicam ſui-
Mat.1,16. met ipſius prolem. *De qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus:* ipſa Virgo eſt, & MATER DEI, typus ſanctæ Matris Eccleſiæ, forma noſtræ regeneratio-
Iudith 15, 10. nis, *honorificentia populi noſtri.* Rectè igitur purificatio Baptiſmum repræſentat, cùm hic (vt S. Dionyſius Eccleſiaſt. Hierarch. cap.2. Parte 3. §.1. teſtatur) *diuina inſtitutione ſatis probet accedentis, quam ſanctè operatur, vitæ integritatem, & per vitam probam ac diuinam, vniuerſæ ſimul malitiæ perpurgationem, naturali emundatione aquæ, corporalius ipſi denuntiet.*

ADO-

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan.4,24.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſ.94,6.

Nos autem populus eius, in ſimilitudinem immaculatæ Purificationis.

Myſtica Maria Eccleſia dum abluit & abluitur, triumphat de numero prolium.

QValis Dei Mater, talis & Eccleſia Dei, quam lib. de Symbolo tract. 2. deſcribens Auguſtinus ait: *Sancta Eccleſia, in qua omnis Sacramenti fetuum triumphat auctoritas, mater & virgo, prole fecunda, ſponſa Chriſti, piè nutrit filios, quos Deo Patri dignos aſſignare contendit.* Format & conformat filios in ſimilitudinem immaculatæ MARIAE, quæ propterea in templum venit, *de vnici Filij ſui manifeſtatione iucunda, atque de gentium vocatione deuota,* ſicuti adſtruit Iuſtinianus Sermone de Purificat. Coniunguntur in feſto Purificationis MARIAE vnici Filij Dei manifeſtatio, & vocatio populi Gentium. *Nos autem populus eius.* Nobiſcum igitur illuminatis, purificatis, & baptizatis agit Apoſtolus cap.8. ad Romanos verſ.9. *Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non*

 habet,

habet, hic non eſt eius. Chriſtianus non eſt, quem non mundauerit priùs & purgauerit luſtrali aqua Spiritus Chriſti.

Benè Ambroſius lib. de Iis qui myſteriis initiantur, cap.4. *Hoc eſt illud magnum myſterium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Aquas video, quas quotidie videbam, iſtæ me habent mundare. In aquas ſæpè deſcendi, & numquam mundatus ſum: hinc cognoſco, quòd aqua non mundat ſine ſpiritu.* Hoc illud magnum myſterium, in quo Dei Mater & mater Eccleſia conueniunt, ſicut adſtruit Auguſtinus
Apoc.12,4 lib.4. de Symbol. cap.1. *In Apocalypſi Ioannis Apoſtoli ſcriptum eſt hoc, quòd ſtaret draco in conſpectu mulieris quæ paritura erat, vt dum peperiſſet, natum eius comederet. Draconem diabolum eſſe, nullus veſtrûm ignorat: mulierem illam virginem* MARIAM *ſignificaſſe, quæ caput noſtrum integra integrum peperit; quæ etiam ipſa figuram in ſe ſanctæ Eccleſiæ demonſtrauit: vt quomodo filium pariens virgo permanſit, ita & hæc omni tempore membra eius pariat, & virginitatem non amittat.* Multa ſunt membra fidelium, quæ vnum Chriſtum componunt, ac proinde nec in Eccleſiam prima illa cadit
Gen.3,16. ſententia, *Multiplicabo ærumnas tuas, & fetus tuos.*

Magnum hoc myſterium eſt, in quo ſibi conſonat Mater Dei, & aqua ſancta luſtralis, quam Spiritus

ritus ſanctus fecundat. Confirmat diuus Ambroſius Serm.1.de Epiphan. *Sicut poſt partum glorificata eſt* MARIAE *caſtificatio, ita poſt Baptiſmum aquæ eſt comprobata purificatio, niſi quòd pænè maiore munere, quàm* MARIA, *vnda ditata eſt: illa enim tantùm ſibi meruit caſtitatem, iſta ſanctificationem nobis contulit. Illa meruit ne peccaret, iſta vt peccata purgaret.* Benè clamat & exclamat Bonauentura de Stimulo amoris, p.3. *O beatus, qui de tam nobili matre lætatur, ipſam corde amplectitur, opere imitatur! O felix, qui Matri Dei ſecundùm poſſe ſuum nititur conformari. Hic eſt certè, qui omni treatura contempta, ſoli Deo ſingulari amore inhæret.*

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S.Ambroſius lib.3.de Viduis, p.3.*

P*Rimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Paulus 1.Corinth.15,47.

Portaſti imaginem terreni Adami, hominis quidem

dem impuri & perditi, quam in Chriſto baptizatus reiecifti, & ſimilis purificatæ MARIAE comparuiſti. Hoc ipſum exigebat Apoſtolus, vt monet Ambroſius de Myſterio Paſch. cap.4. *Sicut portauimus imaginem terreni, id eſt vetuſti hominis in crimine, ſic portemus imaginem cæleſtis, id eſt ſuſcepti, redempti, reparati, ac purificati hominis, teneamus in Chriſto.* Et quidem vetus homo per totum hominem pertinebat, vt illum inficeret; pertineat & Chriſtus, vt totum hominem abſtergat & mundet. Quò pertinet ſententia illa Bernardi Serm. 6. de Aduentu Domini: *Sicut fuit vetus Adam effuſus per totum hominem, & totum occupauit; ita totum obtineat Chriſtus, qui totum creauit, totum redemit & glorificauit, quique totum hominem ſaluum fecit in Sabbato.*

Idem ipſe eſt, qui ſeruum ſuum Simeonem, cùm totus ſenex eſſet, purificauit, innouauit ac renouauit, qui illuminationem Gentium, & illuſtrationem Sacramenti Baptiſmi prædixit, dum cecinit: Luc.2,19. *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël.* Lumen Gentium nunc temporis Chriſtus eſt, cùm aquam luſtralem impertit, vt animam corpuſque purificet,

cet, vnde & Baptiſmus *illuminatio* appellatur, *eò quòd* (vt S.Dionyſius Eccleſiaſt.Hierarch.cap.3.Parte 1. ait) *primam lucem conferat, omniumque diuinarum illuſtrationum principium exiſtat.* Congruenter igitur pro illuminatis, ac ſimul purificatis, in peruigilio Paſchatis Oratio illa recitanda proponitur ac recitatur: *Deus, qui Eccleſiam tuam ſemper Gentium vocatione multiplicas: concede propitius, vt quos aqua Baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis.*

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

SIt in ſingulis renatis anima immaculatæ MARIAE, vt magnificet Dominum, qui tantam contulit vim ſacroſancto ſuo Baptiſmo, vt omnium animas & corpora purificaret, & congregaret, vt myſticum Chriſtum vnum componant, in vnum Chriſtum confluant & conueniant. Sit in ſingulis ſpiritus purus ſacratiſſimæMARIAE, vt exultet in Deo, & in ſancta Matre Eccleſia, cuius fetus Chriſtus myſticus, ſolus & vnus eſt, & in eo de ærumnoſa prolium multiplicatione triumphat. Vnus Deus eſt, & vnam generat prolem: vna Virgo eſt, & vnum producit filium: vnum Baptiſma eſt, &

vnum gignit & edit fetum. Hic autem fetus Chriſtus eſt, vnus inſtar omnium prolium, quem ditata Spiritu & eius donis anima Chriſtiana, profert in ſe, & ex ſe effert, cùm tota mundata & purificata, deriuat in ſe MARIAM immaculatam, virginaliſque eius Purificationis particeps beneficio diuinæ gratiæ redditur & efficitur.

ORA PRO NOBIS PECCATORIBVS.

Sit in Tabula cordis imago Aſſumptionis immaculatæ MARIAE Matris Dei, de exilio Adæ triumphantis, exemplar nouæ creaturæ, ex exilio reuocatæ, atque triumphantis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar octaui Feſti & triumphi Mariani.

IMA-



ORA PRO NOBIS PECCATORIBVS.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

S2

Digitized by Google

IMAGO DECIMAQVINTA EXPLICATA.

Prima in ſua Aſſumptione Maria agit ſolemnem de exilio primo triumphum.

Gen. 3, 23.

SIMILIS mortuo eſt, qui in exilium relegatur. Et quidem Adam relegatus eſt. *Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt. Eiecitque Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Pulchrè hoc deſcribit S. Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarchia cap. 3. Parte 3. §. 11. dicens: *Naturam humanum, ab initio diuinis bonis imprudentia ſua ſpoliatam, vita paſſionibus obnoxia, & tetra mortis exitus excepit; quippe pernicioſa iſta veri boni deſertio, ſacræque in paradiſo legis præuaricatio, eum qui blandè mulcentibus, & infeſtis aduerſarij fraudibus illectus, vitale iugum excuſſerat, propenſionibus ſuis, quæ diuinis bonis aduerſantur, dimiſit, vnde miſerè æternitatem cum mortalitate commutauit: & qui originem à corruptibili generatione acceperat, ad interitum origini ſuæ conſentaneum iure merito properauit; nec non à vita diuina, quæ ipſum ad ſupera erigebat, dilapſus, & ad extrema contraria iam præceps datus, variis perturbationibus obnoxiam nactus eſt immutationem.* Communis

hæc culpa attulit exilij pœnam, quam patimur proles Euæ. Immunis ab vtraque ſit immaculata MARIA, cui fores cæleſtes patent, cùm aſſumitur in cælum, vt triumphum victrix agat. Aſſumitur in paradiſum voluptatis, vbi deliciis affluat. Aſſumit eam columba diuini Spiritus ſibi ſimilem, ſimilem puritate, ſimilem virginitate, quam prouocat ſecum ad volandum, cùm dicit: *Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

Cant.2,15.

Clauſæ portæ erant in ciuitate Bethuliæ, donec Iuditha caput Holofernis abſcinderet: abſcidit, & ſimul portas ciuitatis aperuit. Accidit hoc cæleſti Ieruſalem, cuius ianuæ omnes obſeratæ erant, donec immaculata MARIA ſerpentem capite truncum redderet, in cælum aſſumeretur, & eius portas reſeraret. Factum puta, cùm in eius Aſſumptione Eccleſia canat, & plaudat: *Paradiſi portæ per te nobis apertæ ſunt, quæ hodie glorioſa cum Angelis triumphas.* Triumphat cum Angelis Dei MARIA, procedens cum magna gloria, de qua Serm. 6. huius diei aſſerit Auguſtinus: *Mulier puritate tranſſcendit naturam cælorum, & quæ ſupra cælos ſunt. Hodie penetrat Sancta ſanctorum.*

ſanctorum. Iô triumphe, MARIA, cui fores cælorum patent, & per quam nobis portæ paradiſi apertæ ſunt!

O glorioſa Virginum,
Sublimis inter ſidera,
Qui te creauit paruulum,
Lactante nutris vbere:
Quod Eua triſtis abſtulit,
Tu reddis almo germine,
Intrent vt aſtra flebiles,
Cæli recludis cardines.

ORA PRO NOBIS PECCATORIBVS, forma noſtræ redemptionis & regenerationis, *honorificentia* *populi noſtri.* Iudith 15, 10.

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan. 4, 24.
Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſal. 94, 6.
Nos autem populus eius,
in ſimilitudinem immaculatæ Aſſumptionis.

REgina cæli glorioſa, quæ virtute Spiritus ſancti in cælum euehitur, aperit & oſtendis viam, per *Anima per gratiā ſacri Baptiſmi de exilio triumphat.*

per quam renati ex Spiritu ſancto in cæleſtem requiem veniunt. Regrediuntur in paradiſum, nec inueniunt Cherubinum, qui redeuntes ab ingreſſu iam deterreat: Angelos potiùs obuios ſibi inueniunt, ſibi ſumunt, in quorum manibus animas deferendas præſentandaſque Déo tradant. Nihil eſt quod poſſis timere, Chriſtiane, ſi poſt ſuſceptionem Baptiſmi è viuis diſcedas, cùm omnem pellat timorem, & ſecuritatem omnem afferat definitio Concilij Tridentini ſeſſ.5. *In renatis nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis iis, qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in mortem: qui non ſecundùm carnem ambulant, ſed veterem hominem exuentes, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, & Deo dilecti effecti ſunt, heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti, ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur.* Haud dubiè *iter cæli tutum* ſacrum Lauacrum eſt, vt agens de Baptiſmo Baſilius aſſeuerat. Hinc efficitur, vt quod Triſmegiſtus de Vnitatis imagine dixit, cadat in effi-
Cant.6,8. giem MARIAE, quæ *vna columba* eſt; & in for-
Epheſ.4,5. mam ſacri Lauacri, quod *vnum Baptiſma* creditur. *Hæc tibi pro viribus imago Dei ſubſcripta ſit: quam ſi diligenter conſideraueris, oculiſque internis prænoueris, crede mihi filia, aſcenſum ad excelſa comperies, quin etiam imago ipſa*

ipſa te perducet. Non habet cur timeat anima, quæ innocens, immaculata, pura, innoxia, Deo dilecta, &, vt vno verbo dicam, ſimilis MARIAE aſſumitur. *Propter peccatum primi hominis, de paradiſo eiecti ſumus, ſed per gratiam Dei ad paradiſum nos peruenire credimus.* Hæc Bernardus de Modo benè viuendi, Serm.3. Nihil hominem ab ingreſſu paradiſi remoratur, cùm fuerit baptizatus. Confirmat hoc ipſum Ambroſius in Pſalm.118. litt.3. v.1. *Eſt Baptiſmus in paradiſi veſtibulo, qui antè non erat; ſed poſtquam peccator excluſus eſt, cœpit eſſe rhomphæa ignea, quam poſuit Deus; quæ anteà non erat. Culpa cœpit, & Baptiſmus cœpit, quo purificantur qui in paradiſum redire cupiebant, vt regreſſi dicerent: Tranſiuimus per ignem & aquam.* Pſ.65,12. Facilè tranſit per ignem, qui ſacra tingitur aqua: tranſitus iſte mors eſt; & quæ ſequitur Baptiſmum, tota Mariana eſt, cui & reſurrectio debetur. Rurſus Ambroſius lib.2.de Sacramentis cap.6. *Remedium datum eſt, vt homo moreretur & reſurgeret. Quare? Vt illud quod anteà damnationis loco ceſſerat, loco cederet beneficij. Quid illud eſt, niſi mors?* Subiungit: *Quid eſt aqua, niſi de terra? Satisfit ergo ſententiæ cæleſti ſine mortis ſtupore. Quòd mergeris, ſoluitur ſententia illa, Terra es, & in terram ibis.* Gen.3,20. *Impleta ſententia, locus eſt beneficio, remedioque cæleſti. Ergo aqua de terra, poſſibilitas*

T *autem*

autem vitæ noſtræ non admittebat vt terra operiremur, & de terra reſurgeremus. Deinde non terra lauat, ſed aqua lauat: ideò fons quaſi ſepultura eſt.

Ex hoc fit, vt renati ex Spiritu ſancto, conſtituti in mortis agone, non vt criminis rei puniantur, ſed vt Chriſtiani milites excitentur ad pugnam, in qua cum morbo & morte pro gloria luctentur, & ipſum mortis auctorem more Chriſti & immaculatæ MARIAE proſternant ac vincant. Huc pertinet quod ait Auguſtinus lib. de Symbolo: *Redditur nouitas per Baptiſmum, vetuſtate decedente; deoneratur anima ſarcinis peccatorum, vt libertate noua vitæ induta, aduerſus diabolum cum adiutorio diuino valeat fortiter dimicare.* Dimicemus, vt regnemus, imitatores MARIAE, in morte, ſepultura, reſurrectione, & Aſſumptione; ſiquidem aqua tincti morimur, ſepelimur, reſurgimus, & in cælum aſſumimur. Baptiſmus enim eſt ianua per quam Eccleſiam ingredimur, & ab Eccleſia tranſimus ad regnum, & ad paradiſum regredimur. Eſt ars non ſolùm benè viuendi, ſed etiam moriendi, ſecundùm quam & MARIA & anima Chriſtiana in cælum euehuntur.

AT-

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3. de Viduis, p.3.*

PRimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Paulus 1.Corinth.15,47.

Dele imaginem terreni Adami, ſerua effigiem, quam renatus ex Spiritu ſancto in te efformaſti, & depinxiſti: illa terrena erat, hæc cæleſtis & ſublimis, quam ſecum Virgo in Ciuitatem Dei infert. Benè monet S. Ambroſius agens de ſecunda Interpellatione Dauid: *Si benè egerimus, manet in nobis iſta imago cæleſtis: ſi malè quis agit, deletur in illo hæc imago, illius vtique qui deſcendit de cælo; & eſt in eo imago terreni. vnde Apoſtolus dicit: Sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Bonorum ergo imagines perſeuerant, & in illa ciuitate reſplendent.* Benè agamus, vt præfatam imaginem introducamus: *Portemus & imaginem cæleſtis hominis, interim corde, &*

T 2 mori-

autem vitæ noſtræ non admittebat vt terra operiremur, & de terra reſurgeremus. Deinde non terra lauat, ſed aqua lauat: ideò fons quaſi ſepultura eſt.

Ex hoc fit, vt renati ex Spiritu ſanċto, conſtituti in mortis agone, non vt criminis rei puniantur, ſed vt Chriſtiani milites excitentur ad pugnam, in qua cum morbo & morte pro gloria luċtentur, & ipſum mortis auċtorem more Chriſti & immaculatæ MARIAE proſternant ac vincant. Huc pertinet quod ait Auguſtinus lib. de Symbolo: *Redditur nouitas per Baptiſmum, vetuſtate decedente; deoneratur anima ſarcinis peccatorum, vt libertate nouæ vitæ induta, aduerſus diabolum cum adiutorio diuino valeat fortiter dimicare.* Dimicemus, vt regnemus, imitatores MARIAE, in morte, ſepultura, reſurreċtione, & Aſſumptione; ſiquidem aqua tinċti morimur, ſepelimur, reſurgimus, & in cælum aſſumimur. Baptiſmus enim eſt ianua per quam Eccleſiam ingredimur, & ab Eccleſia tranſimus ad regnum, & ad paradiſum regredimur. Eſt ars non ſolùm benè viuendi, ſed etiam moriendi, ſecundùm quam & MARIA & anima Chriſtiana in cælum euehuntur.

AT-

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S. Ambroſius lib.3. de Viduis, p.3.*

P*Rimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Paulus 1.Corinth.15,47.

Dele imaginem terreni Adami, ſerua effigiem, quam renatus ex Spiritu ſancto in te efformaſti, & depinxiſti: illa terrena erat, hæc cæleſtis & ſublimis, quam ſecum Virgo in Ciuitatem Dei infert. Benè monet S. Ambroſius agens de ſecunda Interpellatione Dauid: *Si benè egerimus, manet in nobis iſta imago cæleſtis: ſi malè quis agit, deletur in illo hæc imago, illius vtique qui deſcendit de cælo; & eſt in eo imago terreni. vnde Apoſtolus dicit: Sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Bonorum ergo imagines perſeuerant, & in illa ciuitate reſplendent.* Benè agamus, vt præfatam imaginem introducamus: *Portemus & imaginem cæleſtis hominis, interim corde, &*

moribus atque digna operatione, poſteà verò in reſurrectione mortuorum. Hæc Anſelmus.

Cùm prima viuens & moriens hæc omnia præſtiterit immaculata MARIA, prima omnium Chriſtianorum reſurrexit, & imaginem Chriſti viuam in cælum induxit, & reduxit ad Deum, qui dixerat in creatione: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Rediit ad principium ſuum, vnde & orta eſt, imago immaculatæ MARIAE; redeat & noſtra innouata & reſtaurata virtute ſacri Baptiſmatis, cuius effectum in Vigilia Reſurrectionis declarat Oratio illa: *Deus incommutabilis virtus, & lumen æternum: reſpice propitius ad totius Eccleſiæ tuæ mirabile ſacramentum, & opus ſalutis humanæ, perpetuæ diſpoſitionis effectu tranquilliùs operare: totuſque mundus experiatur & videat, deiecta erigi, inueterata renouari, & per ipſum redire omnia in integrum, à quo ſumpſere principium.*

Gen. 1, 26.

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

SIt in ſingulis renatis ex aqua & Spiritu ſancto anima immaculatæ MARIAE, vt magnificet Dominum, qui virtute ſacri Baptiſmi ab exilio liberat

berat Euæ filios. Sit in ſingulis ſpiritus Marianus, vt exultet in Deo intra adyta cæleſtia, vbi ſolemnis immaculatæ Virginis noſtræ triumphus de pœna mortis vltima, quam inuexit prima culpa, abſoluitur & perficitur. Abſoluitur feſto S. MARIAE AD NIVES, perficitur EVCHARISTIA. Sacra Eucharistia eſt, in quam deſinit ſolemnis Chriſti triumphus, quem egit patiens, reſurgens, & in cælum adſcendens, de peccato, & eius pœnis; & eiuſdem ſanctæ Euchariſtiæ myſterio terminatur victoria Mariana atque Chriſtiana, ac proinde victrix iam anima vocatur & inuitatur ad epulum & conuiuium triumphale, vt adyta Eccleſiæ ingreſſus illud communicet atque participet.

Adyta & abdita Eccleſiæ omnino cæleſtia ſunt, quæ Dauid Chriſtianus, nitidus ac fulgidus candore niuium ingreditur, vt nuptiali veſte indutus poſt ſuſceptionem Baptiſmi, regali aſſiſtat conuiuio, conuiua glorioſi Regis, ſocius immaculatæ MARIAE. Huc pertinet quod ait S. Ambroſius cap. 7. de Iis qui myſteriis initiantur: *His abluta plebs diues inſignibus, ad Chriſti contendit altare, dicens: Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Depoſitis enim inueterati erroris exuuiis, renouata in aquilæ iuuentutem, cæleſte illud feſtinat adire conuiuium.* Et Pſ. 42, 4.

 qui-

quidem tinctus luſtrali aqua Auguſtinus, feſtiuus ad conuiuium venit, & inuenit ſacras in Euchariſtia niues. Exclamat ille lib. de Contemplat. Ieſu Chriſti, cap. 12. *O charitas Deus, mel dulce, & lac niueum! cibus es grandium, fac me creſcere in te ô dulcedo amoris, & amor dulcedinis! Comedat te venter meus, & nectare tui amoris repleantur viſcera mea, vt eructet mens mea verbum bonum.*

NVNC, ET IN HORA MORTIS NOSTRAE. AMEN.

Sit in Tabula cordis imago ſanctæ, immortalis, & glorioſæ MARIAE AD NIVES de morte & mortalitate triumphantis, exemplar nouæ creaturæ, æternam ſibi vitam acquirentis, & glorioſa immortalitate fruentis.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar noni Feſti & triumphi Mariani.



BIBLIOTECA N...
Digitized by Google

IMAGO DECIMASEXTA EXPLICATA.

Prima creatura quæ agit de morte & mortalitate triumphum ſolemnem in Feſto ad Niues, Maria eſt.

EXILIVM & mortem intulit prima culpa: ſub pœna capitis præceptum eſt, ne primus homo prohibitum fructum guſtaret. *Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Violauit ille mandatum, & violatorem Deus mortalitati ſimul & morti addixit, & dixit: *Puluis es, & in puluerem reuertêris.* Cùm ad graue mortis ſupplicium damnati iam eſſent Adamus & Eua, *fecit Dominus Deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos*, vt vel habitu ipſo monerentur, ſe ad locum mortis deduci: mortalis quippe vita certa via ad mortem eſt. Occurrit damnatis immaculata MARIA, occurrit cæleſtis Regina, & nos omnes vitâ donat. Benè Epiphanius lib. 3. contra Hæreſes: *Sed & illud de his cogitare mirabile eſt, de Eua inquam &* MARIA. *Eua mortis cauſa facta eſt hominibus, per illam ingreſſa eſt mors in mundum;* MARIA *verò cauſa vitæ, per quam genita eſt nobis vita.* Accedit & Damaſcenus: *O Deo digna filia, primigenæ matris Euæ cor-*

Gen. 2, 17.
Gen. 3, 19.
Gen. 3, 22.

correctio! Quamuis enim prima Eua à Dei mandato receſſerit, & per illam aduerſum primum parentem, ſerpenti operam nauantem, mors aditum inuenerit; MARIA *tamen diuinæ voluntati obſecuta, deceptorem ſerpentem in fraudem induxit, ac mundo immortalitatem inuexit.*

Hanc immortalitatem ſuis niuibus niuea Spiritus ſancti columba incluſa MARIA myſticè ſignat. *Nix*, teſte Auguſtino Sermone de Transfigurat. *& candorem niueum habet, & calorem omnino non recipit: ſic electi, cùm peruenerunt ad claritatem Dei, obtinebunt munditiæ candorem, & nullum ſentient aliquando de criminis corruptione calorem.* Erunt ſimiles intemeratæ MARIAE, cuius niueus candor nullum ſentit corruptionis calorem, nullum peccati æſtum, virtute diuinæ & niueæ Spiritus ſancti columbæ. Niuea & ipſa columba eſt, mater incorruptæ vitæ.

Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.

Plaude, & pete:

Virgo ſingularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac & caſtos.
Vitam præſta puram,
Iter para tutum

nunc

nunc & in hora mortis noſtræ, immaculata MARIA, forma noſtræ regenerationis & candoris: *tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri.* Iudith 15, 10.

ADORATIO.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan. 4, 24.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Pſ. 94, 6.

Nos autem populus eius,
in ſimilitudinem glorioſæ & immortalis
S. MARIÆ AD NIVES.

QVi ſumus candidati æternitatis, ſacro Baptiſmo dealbati, prouoluamur ad pedes Regis & Reginæ cælorum, more Regum & Paſtorum, qui cùm eſſent populi Chriſtiani primores, *inuenerunt puerum cum* MARIA *matre eius, & procidentes adorauerunt eum.* Cum Regibus & Paſtoribus vnus & idem populus ſumus: ſequamur & nos, & ſimilem cultum exhibentes, procidamus ante Deum & puriſſimam MARIAM, induti puro, candido & niueo habitu, quem in Baptiſmo ſuſcepimus. Occurrit Chriſtiano Dauidi, vitæ æternæ candidato, S. Cyrillus lib. 1. in Geneſ. prope finem: *Sicut primi hominis imago impreſſionem*

Anima renata ex ſpiritu ſancto, de morte & mortalitate triumphat.

ſionem in nobis fecit, adeò vt omnino nos mori oporteat, corruptioniſque laqueo capi; ita poſt eum ſecundum noſtrum principium, id eſt Chriſtus, & ad eum per Spiritum ſimilitudo, immortalitatem nobis imprimit. Occurrit quoque S. Ambroſius libro de Iis qui myſteriis initiantur, cap.7. *Accepiſti poſt hæc veſtimenta candida, vt eſſet indicium, quòd exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ caſtæ velamina, de quibus dicit Prophe-*
Pſ.50,9. *ta: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Vnde & per Iſaiam Do-*
Iſai.1,19. *minus ait: Si fuerint peccata veſtra ſicut phœnicum, vt niuem dealbabo. Hæc veſtimenta habens Eccleſia per la-*
Cant.8,3. *uacrum regenerationis aſſumpta, dicit in Canticis: Nigra ſum; & decora, filia Ieruſalem. Nigra per fragilitatem conditionis humanæ, decora per gratiam: nigra, quia ex peccatoribus; decora, fidei Sacramento. Hæc veſtimenta cernentes filiæ Ieruſalem, ſtupefactæ dicunt: Quæ eſt hæc quæ aſcendit dealbata? Hæc erat nigra, vnde nunc ſubitò dealbata?*

Affert ſecum niues niuea ſancti Spiritus columba, quæ à Patre Filioque procedit ac mittitur, vt legatione fungatur. Functus eſt legatione ſua, cùm lucis æternæ candorem ex niuea Virgine protulit, & illum ipſum per candorem Baptiſmi in anima regenerat, legati munus exercens. Vnde & dicere licet,

cet, quod dixit in Prouerbiis Salomon: *Sicut frigus* Prou.25,13.
niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit. Canat igitur Eccleſia, renata ex Spiritu ſancto, de diuina iſta columba: *Conſolator optime, dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium. In labore requies, in æſtu temperies.* Canat ſibi & tibi Dauid: *Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.* Pſ.120,6.
Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

NVNC, ET IN HORA MORTIS NOSTRAE.

AMEN.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Attende tibi, hoc eſt imagini quam à Chriſto accepiſti. *S.Ambroſius lib.3.de Viduis, p.3.*

PRimus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Paulus 1.Corinth.15,47.

Accepiſti ſacram eius imaginem, qui ſplendidus

Mat.17,2. ac niueus in monte ſancto comparuit. *Reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* Reſplenduit, qui nos illuminat in ſacro Baptiſmatis fonte: refulſit niuibus, qui nos virtute lauacri cæleſtis niueos & candidos reddit ad ſui exemplar, & ad exemplar Matris immaculatæ MARIAE, quæ & à niuibus nomen habet. Cùm Chriſtus Petrum, Iacobum & Ioannem aſſumpſiſſet, *transfiguratus eſt ante eos*, vt diſcerent qualis eſſet hominis cæleſtis imago, & illam in ſe ipſis efformarent, efformandamque in ceteris Chriſtianis curarent. Quod ſummi beneficij loco habentes; prociderunt in faciem ſuam. Audiendus Ambroſius lib.3. de Spiritu ſancto, cap.12. *Nempe hanc claritatem viderunt Apoſtoli, & in faciem prociderunt. Putáſne illos, vel cùm prociderunt adoraſſe, cùm fulgorem diuini luminis corporalibus oculis continere non poſſent, & ſplendor lucis æternæ aciem viſus mortalis obduceret? Aut quid*
Pſ.94,6. *aliud dixerunt illi videntes gloriam eius, niſi, Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.*

Idem Serm.14. in Pſalm.118. *Bona paſcua diuina Sacramenta ſunt. Carpis illic nouum florem, qui bonum odorem dedit reſurrectionis. Carpis lilium, in quo ſit ſplendor æternitatis. Carpis roſam, hoc eſt Dominici Corporis ſanguinem.*

Sanctus

Sanctus Auguſtinus Tract.4. ac Feria 6. *Tu anima Chriſtiana, quæ aſcenſura es ex ſacro fonte, rubore atque odore perfuſa, nimis ſpecioſa & nimis candida, ſerua decorem tuum. Agnoſce quid fueris, & quid eris. Vide ne deſeras menſam ſponſi tui. Vt pulchra permaneas, carnem eius quotidie manducabis: vt vitam æternam habeas, Sanguinem eius potabis. Vide ne deſeras hanc menſam.* Prouidit Deus pro terreno Adamo de Chriſto, pro ſerpente de columba, pro Eua de immaculata MARIA, pro fructu arboris de EVCHARISTIA, quam intra auream Spiritus ſancti columbam noſtri maiores incluſerunt. Quærit itaque Auguſtinus lib. de Agone Chriſtiano cap.22. *Quare ergo Spiritus ſanctus non eſt natus de columba, quemadmodum Chriſtus de femina? Illa cauſa eſt, quia in columba liberare non venerat Spiritus ſanctus, ſed hominibus ſignificare innocentiam & amorem ſpiritualem, quod in columbæ ſpecie viſibiliter figuratum eſt. Chriſtus autem qui venerat ad homines liberandos, in quibus mares & feminæ pertinent ad ſalutem, nec mares faſtidiuit, quia marem ſuſcepit; nec feminas, quia de femina natus eſt.*

Cùm igitur columba Spiritus ſancti index innocentiæ fuerit hactenus in MARIA, eadem ipſa index eſt amoris in Euchariſtia, quam Chriſtus inſtituens, *cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem* Ioan.13,1. *dilexit*

dilexit eos. Tanti huius myſterij rationem reddit ſatis appoſitam & pulchram S. Cyrillus Alexandrinus lib.11. in Ioan. cap.26. *Sicut virtus ſacratiſſimæ Chriſti carnis, vnum corpus facit participantes; eodem arbitror pacto, in quibus inuiſibilis Dei Spiritus habitauit, eos omnes ad vnitatem ſpiritalem conducit. Ideò Paulus nobis*
Epheſ.4,3. *ſcribit: Supportantes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus Spiritus, ſicut & vocati eſtis, in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, qui ſuper omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Cùm enim vnus in nobis habitet Spiritus, vnus verus & Pater omnium per Filium ſuum in nobis habitat, ad inuicem, & ſecum ſui participes ſpiritus vniens. Quòd autem Spiritui ſancto ſic vniamur, etiam hac ratione modo quodam percipitur. Nam ſi animalem vitam contempſimus, & legi nos ſpiritali ſubiecimus, noſtri Dominum in omnibus Spiritum facientes; perſpicuum eſt, ad aliam quaſi naturam nos transformari, cùm viuendi animalitatis noſtræ modum fugientes, conformationem habitantis in nobis Spiritus mirabilem ſuſceperimus, non ſolùm homines, verùm etiam Dei filij, cæleſteſque homines, participatione diuinæ naturæ vnum effecti. Ergo in Patre, Filio, & Spiritu omnes ſumus vnum. Vnum autem dico habitudine atque affectu, vt incipientes dicebamus, vnum pietatis*

pietatis conſenſu, vnum ſanctæ Chriſti carnis communione, vnum ſancti Spiritus participatione.

Prima omnium cùm eſſet in paradiſo, communicauit immaculata MARIA, & quidem ſola; ſola enim ieiuna à prohibito cibo deprehenſa eſt: venit Chriſtus in mundum, induxit Baptiſmum, & inuexit ſimul ieiunium, vnde & Eccleſia vtrumque in ſolemnibus ſuis precibus iungit: *Per Baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum.* Induxit Baptiſmum, cuius virtute macula hereditaria tolleretur; intulit & ieiunium, cuius præparatione anima ad ſumendam Communionem aptaretur. *Quale* autem hoc debeat eſſe ieiunium, quod Baptiſmus ſecum ducit, declarat S. Auguſtinus Serm. 172. de Tempore: *Ieiunia Chriſtianorum ſpiritualiter, priuſquam carnaliter, exercenda ſunt: vnde à peccatis principaliter ieiunemus.* Hoc eſt primum & principale ieiunium immaculatæ MARIAE, Chriſtianique Dauidis, accedentis ad EVCHARISTIAM, cuius vox & aſſertio ſupplex eſto: *Et ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea.* Pſ. 17, 24.

Impreſſa animæ figura immaculatæ MARIÆ.

SIt in ſingulis MARIAE anima tota pura & immaculata, ſit in ſingulis ſpiritus Marianus, ne fulgidus vitæ cæleſtis candor vlla labe & lue in poſterum inficiatur, ſed ab omni potiùs illæſus iniquitate, niteſcat & effulgeſcat candidatus æternitatis, quam acquirat & poſſideat. Hæc eſt perfecta victoria cæleſtis & glorioſa, Mariana & Chriſtiana, hic triumphus.

Oratio Eccleſiæ.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus, vt claritatis tuæ ſuper nos ſplendor effulgeat, & lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati ſunt, ſancti Spiritus illuſtratione confirmet. Amen.

Gratiarum actio, ex ſancto Leone, Homilia de Natiuitate.

AGamus ergo, dilectiſſimi, gratias Deo Patri per Filium eius in Spiritu ſancto, qui propter multam charitatem ſuam, qua dilexit nos, miſertus eſt noſtri: & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, vt eſſemus in ipſo noua creatura, nouumque figmentum. Deponamus

namus ergo veterem hominem cum actibus ſuis; & adepti participationem generationis Chriſti, carnis renuntiemus operibus. Agnoſce ô Chriſtiane dignitatem tuam: & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire.

Hæc quoque gratiarum actio debetur immaculatæ MARIAE, de qua Cant. 6, 8. ſcriptum eſt: *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Hac ſacroſancta columba Deus eſt vſus, vt nos caperet & traheret in lumen ſacri Baptiſmi, in ſui poteſtatem & regnum. *Ars quædam eſt aucupandi columbas*, vt ait Baſilius Epiſt. 175. *videlicet talis: Vbi vnam ceperunt qui capiendis illis ſtudent, cicurem illam reddunt, & ad humanum conuictum aſſuefaciunt: deinde vnguento alas illius perungunt, ſinuntque coniungi agreſtibus. Illa verò per vnguenti fragrantiam agreſtem illum ac liberum paſtus gregem, ad poteſtatem transfert eius, cuius ipſa eſt domeſtica. Benè olentes namque ſequuntur & reliquæ, atque ita in poteſtatem columbarij veniunt.* Prima columba capta, prima vncta Spiritu ſancto, prima Chriſtiana proles, MARIA immaculata eſt, quæ ceteras alias traxit, & in poteſtatem Dei tranſtulit.

Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Cant. 1, 3.

ASSIDVITAS ET CONSTANTIA IN CVLTV ET VENERATIONE DEI ET IMMACVLATÆ MARIÆ.

I.

Conſtantia in diuino cultu. CVLTVS importat ſecum frequens & conſtans obſequium: proinde qui cultor eſt Creatoris, in eius ōbſequio ſit conſtans & perſeuerans. Prælucet nobis exemplo PRIMOGENITA Dei filia, quæ cùm ſit prima ac primaria creatura, prima ac primaria eſt in cultus Dei exhibitione, & eius frequentatione. Hæc eſt *Prou. 8, 22.* illa PRIMOGENITA, quæ dixit antè de ſe, *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*, & gloriatur, quòd poſt ſui ipſius electionem adſtiterit electori ac *Prou. 8, 30.* creatori, vt eum diebus ſingulis reuereretur. *Et delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Nullus ita affectus ludo, ac ſtudioſa erat cultus diuini MARIA: nullus ita intentus lucro, ac dedita diuino erat obſequio. Singulis illa diebus Deo ſuo obſequebatur & mirum in modum delectabatur, cùm grato animo reuolueret, ſe eſſe PRIMOGENITAM filiam Dei. Prælucebat illa exemplo, quæ nos imitatores ſui cupiens,

ſtatim nobiſcum loquitur: *Nunc ergo filij audite me.* Prou.8,32.
Filios Dei nos eſſe monet, & beatos nos eſſe ſtatuit, ſi veſtigia eius ſectemur, & quotidie, quod præſtitit ipſa, præſtemus. *Beati, qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes, & nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei.* Beatus igitur vir Chriſtianus, qui ad fores & poſtes ſacri Mariani Oratorij poſitus, quotidie recognoſcit ſe creaturam Dei, & Creatori ſuo debitum exhibet cultum, debitam præſtat reuerentiam.

II.

QVamuis filia Dei MARIA plurima beneficia recognoſcat diuinitus accepiſſe, in primis Deum ſuum honorat & adorat, quòd antiquam immaculatæ ſuæ Conceptionis curam & prouidentiam habuerit. *Ab æterno*, inquit, *ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole conſtiterant: ante colles ego parturiebar.* Quod Deus iam decernit fieri, factum puta: putauit & Virgo, quæ omnem tranſſcendens generationem humanam, in Deo ſe deprehendit, tutam quidem & ſecuram à labe, lue, & macula, quæ cunctis mortalibus communis futura erat. Hæc gra-

Primum & primarium collatum beneficium Mariæ.

Prou.8,23.

ti animi nobilis conditio eſt, vt non ſolùm collatum beneficium attendat, ſed & præuiam collatoris voluntatem, vt pro illa gratiarum actionem rependat. Pendit immaculata MARIA, dum concipitur ex Anna, grata non modò propter beneficium ſanctitatis acceptum, ſed etiam propter decretum quod præceſſerat, ne hereditaria culpa cum poſteris Adami inuolueretur. Hæc forma gratias agendi Deo tota Mariana eſt, & totus Marianus ille, qui tranſſcendens humanam generationem, nec in Adamo & eius progenie MARIAM frequenter quærit, ſed in Deo genitore, cuius PRIMOGENITA eſt, & cui firmiter ac fideliter adhæſit.

III.

Sympathia inter generationem Chriſti & Conceptionem Mariæ.

FOrma generationis immaculatæ MARIAE, generatio Filij Dei eſt; idcircò ſancta mater Eccleſia, cùm Feſtum immaculatæ Conceptionis agit, recitat Euangelium Matthæi: *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Habet hæc generatio Chriſti, vt Chriſtianus eius cultor non ſolùm in ſancta Incarnatione, ſed etiam in reliquis ſolemnitatibus Verbi incarnati, eius generationis œconomiam celebret, ac teneatur celebrare, vt dignus accepti beneficij æſtimator, & perpetuus collatoris Dei cultor exiſtat. Naſcitur Chriſtus ex genitrice MARIA; & vt Eccleſia ſancta

ſanctam

ſanctam eius colat Natiuitatem, canit: *Verbum caro* Ioan.1,14.
factum eſt, vt ſacra eius Natalitia commemoratione anteactæ generationis feſtiua reddantur. Natiuitati Chriſti accedit & ſuccedit Circumciſio, & in ea *vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab An-* Luc.2,21.
gelo, priuſquam in vtero conciperetur. Sacri nominis impoſitio allicit & vocat nos ad generationem Chriſti, cuius Paranymphus dixit Virgini: *Vocabis nomen eius Ieſum.* Circumciſionem Chriſti regalis ſecuta Epiphania eſt, in qua tres regionum Orientalium Principes *inuenerunt puerum cum* MARIA *matre eius*, ob- Mat.2,11.
tulerunt munera thuris, auri, & myrrhæ, quibus non ſolùm genitum ex Patre Deum, ſed etiam hominem generatum ex Virgine religiosè coluerunt. Agitur Feſtum glorioſæ Transfigurationis, & in eo *incarnati Verbi myſterium* in Præfatione ſua mater Eccleſia decantat, ſicut etiam in Corporis Chriſti Feſto, pro cuius maiori celebritate, & gloria ſuæ incarnationis Chriſtus ait: *Sicut miſit me viuens Pater,* Ioan.6,58.
& ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Solemnis Chriſti Reſurrectio, quid niſi triumphalis eius regeneratio eſt? *Aſſumptus* Marc.16,20.
eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei, vt in glorioſa Aſcenſione aſſumptæ priùs humanitatis noſtræ honorifica mentio fiat. Neſcit prorſus, neſcit cultor

eſſe

eſſe Chriſti generationis, quiſquis in omnibus eius Feſtis eam non religioſa veneratione proſequitur: nec cultor Marianus eſt, qui ſanctioribus MARIAE immaculatæ diebus puritatem eius Conceptionis non agnoſcit, ac ſimul recognoſcit.

IV.

Chriſtianus cultor Conceptionis immaculatæ.

CONceptio immaculatæ MARIAE adeò deuota eſt, vt ex ea tamquam ex perenni fonte deuotio per omnes eius ſolemnitates diffundatur. Confirmat hoc ipſum in ſuo Sermone Anſelmus: *Quæ enim eſt Feſtiuitas huic præponenda, per quam omnium feſtiuitatũ eſt exorta deuotio? Natiuitas* glorioſæ Virginis, *Præſentatio, Annuntiatio, Expectatio, Viſitatio, Purificatio, Aſſumptio,* & Feſtum eius *ad Niues*, ex immaculata Conceptione magna ex parte deuotionem ſibi deriuant. Renaſcimur ad gratiam in ſimilitudinem immaculatæ MARIAE, & cùm in eius formam regenerati ſimus, renaſcimur cum eo debito, vt eius ſanctæ ac puræ Conceptionis cultores perpetui ſimus.

V.

Cultor Natiuitatis immaculata.

CVltor Natiuitatis Marianæ, cultor eſt etiam immaculatæ Conceptionis, cùm dixerit S. Ildefonſus lib. de Virginit. & parturit. MARIAE: *Niſi in vtero ſanctificata eſſet, minimè eius Natiuitas colenda eſſet: nunc autem quia ex auctoritate totius Eccleſiæ veneratur,*

neratur, conſtat etiam ab originali peccato fuiſſe immunem. Rurſus: *Dies, quando inchoata eſt* MARIAE *Natiuitas beata, colitur, & religioſè ſatis. Quòd ſi in peccato eſſet, tunc maledicta diceretur, & gemebunda potiùs quàm benedicta, quando nuntiatum eſt patri eius, quòd nata eſſet in ſæculo.* Et quidem S. Laurentius Iuſtinianus Serm. de MARIAE Natiuit. ita coluit eius ortum, vt meminerit eius conceptus. *Quæ enim ſanctificata in vtero, ac ab omni culpæ originalis fuerat liberata contagio, gratiæ plenitudinem, quam mente perceperat, protendebat exteriùs. Illam profectò adhuc in materno vtero decubantem adamauit Verbum, ſibique in genitricem elegit, vtpote ſuperabundanti iam benedictione præuentam, iamque ſancti Spiritus magiſterio deputatam. Ipſam idem Spiritus cuſtodiuit à carnis colluuione immunem, à libidinis delectatione expertem, à ſæculi amore alienam, atque ab vniuerſorum criminum contagione immaculatam. Tota pulchra abſque delicto, ſine mentis & corporis deformitate, Deo & hominibus amabilis videbatur.* Tota amabilis hominibus eſt, renatis in Spiritu ſancto, qui in ſua regeneratione referunt immaculatam infantulam, cuius plenitudo gratiæ exteriùs refulgebat,& pulchris eam faſciis adornabat. Hæ ſunt Spiritus ſancti faſciæ,quibus anima Chriſtiana componitur & veſtitur, cùm aqua tingitur.

Digitized by Google

eſſe Chriſti generationis, quiſquis in omnibus eius Feſtis eam non religioſa veneratione proſequitur: nec cultor Marianus eſt, qui ſanctioribus MARIAE immaculatæ diebus puritatem eius Conceptionis non agnoſcit, ac ſimul recognoſcit.

IV.

Chriſtianus cultor Conceptionis immaculatæ.

CONceptio immaculatæ MARIAE adeò deuota eſt, vt ex ea tamquam ex perenni fonte deuotio per omnes eius ſolemnitates diffundatur. Confirmat hoc ipſum in ſuo Sermone Anſelmus: *Quæ enim eſt Feſtiuitas huic præponenda, per quam omnium feſtiuitatũ eſt exorta deuotio? Natiuitas* glorioſæ Virginis, *Præſentatio, Annuntiatio, Expectatio, Viſitatio, Purificatio, Aſſumptio,* & Feſtum eius *ad Niues*, ex immaculata Conceptione magna ex parte deuotionem ſibi deriuant. Renaſcimur ad gratiam in ſimilitudinem immaculatæ MARIAE, & cùm in eius formam regenerati ſimus, renaſcimur cum eo debito, vt eius ſanctæ ac puræ Conceptionis cultores perpetui ſimus.

V.

Cultor Natiuitatis immaculata.

CVltor Natiuitatis Marianæ, cultor eſt etiam immaculatæ Conceptionis, cùm dixerit S. Ildefonſus lib. de Virginit. & parturit. MARIAE: *Niſi in vtero ſanctificata eſſet, minimè eius Natiuitas colenda eſſet: nunc autem quia ex auctoritate totius Eccleſiæ veneratur,*

neratur, conſtat etiam ab originali peccato fuiſſe immunem. Rurſus: *Dies, quando inchoata eſt* MARIAE *Natiuitas beata, colitur, & religioſè ſatis. Quòd ſi in peccato eſſet, tunc maledicta diceretur, & gemebunda potiùs quàm benedicta, quando nuntiatum eſt patri eius, quòd nata eſſet in ſæculo.* Et quidem S. Laurentius Iuſtinianus Serm. de MARIAE Natiuit. ita coluit eius ortum, vt meminerit eius conceptus. *Quæ enim ſanctificata in vtero, ac ab omni culpæ originalis fuerat liberata contagio, gratiæ plenitudinem, quam mente perceperat, protendebat exteriùs. Illam profectò adhuc in materno vtero decubantem adamauit Verbum, ſibique in genitricem elegit, vtpote ſuperabundanti iam benedictione præuentam, iamque ſancti Spiritus magiſterio deputatam. Ipſam idem Spiritus cuſtodiuit à carnis colluuione immunem, à libidinis delectatione expertem, à ſæculi amore alienam, atque ab vniuerſorum criminum contagione immaculatam. Tota pulchra abſque delicto, ſine mentis & corporis deformitate, Deo & hominibus amabilis videbatur.* Tota amabilis hominibus eſt, renatis in Spiritu ſancto, qui in ſua regeneratione referunt immaculatam infantulam, cuius plenitudo gratiæ exteriùs refulgebat, & pulchris eam faſciis adornabat. Hæ ſunt Spiritus ſancti faſciæ, quibus anima Chriſtiana componitur & veſtitur, cùm aqua tingitur.

VI.

Cultor Præſentationis immaculatæ. CVltor Marianæ Præſentationis, cultor eſt etiam immaculatæ Conceptionis. Cùm ducitur MARIA in templum de fuga Adami triumphans, venit ad ſacram ædem tamquam ad Spiritus ſancti ſcholam: in hac quippe Feſtiuitate legitur caniturque Euangelium, in quo exclamat quædam mulier, Luc.11,27 *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti;* reclamauit verò Chriſtus, *Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Hæc Adami, hæc poſterorum eius felicitas & beatitudo fuiſſet, ſi quod verbum Dei audierant cuſtodiſſent. Seruauit illud MARIA, & ideò beata eſt. Conſonant itaque ſibi Virginalis Conceptio & Præſentatio, cuius cultor Iuſtinianus dixerat paulò antè: *Illam profectò adhuc in matris vtero decubantem adamauit Verbum, ſibique in genitricem elegit, vtpote ſuperabundanti iam benedictione præuentam, iamque ſancti Spiritus magiſterio deputatam. Ipſam idem Spiritus cuſtodiuit à carnis colluuione immunem, à libidinis delectatione expertem, à ſæculi amore alienam.* Edocta Spiritus ſancti magiſterio, mundanis pompis renuntiauit, vt eſſet anteſignana Chriſtianarum animarum, quæ poſt ipſam vitam religioſam profeſſæ, nomini, cultui, & deuotioni immaculatæ eius Conceptionis dicandæ ac conſecrandæ erant.

VII.

VII.

CVltor Angelicæ Annunciationis, cultor etiam eſt immaculatæ Conceptionis, cùm vel ipſe Archangelus Gabriel eam creatam & generatam ſine vlla labe, & ab omni macula immunem ſalutauerit. *Aue*, inquit, *gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*. Agnoſcit Eccleſia ſancta, omnis maledictionis expertem ſalutatam MARIAM fuiſſe, quæ nihil cum Eua commune haberet, oratque propterea, & canit: *Cultor Annuntiationis immaculata.* *Luc.1,28.*

Sumens illud Aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.

Cultor Annuntiationis Auguſtinus, extitit etiam venerator puriſſimæ Conceptionis, audienſque Angelicam Salutationem, Sermone 1. totus gaudens & exultans ait: *Audiuimus gaudij nuntia, libertatis indicia, lætitiæ vocem, exilij reuocationem, ſeruitutis redemptionem. Ecce Angelus cum Virgine loquitur, vt non deinceps mulieri ſerpens ſermocinetur*. Et expendens benedictionem præ ceteris MARIAE impertitam, Sermone de Aſſumpt. dicit: *Benedictæ per ipſam omnes mulieres: iam vltrà in maledictione femina non erit: curatur enim Eua*. Cùm idem prorſus aſſumptum mul-

tis firmaſſet ac confirmaſſet in ſua Concione S. Anſelmus, concludit: *Quid longius? Conceptionem Dominicæ matris colere, Chriſti generationem eſt commemorare. Celebremus ergo hodie dignis officiis vtramque Conceptionem eius, ſpiritualem ſcilicet & humanam, vt ipſius meritis & precibus à ſæcularibus curis, & à cunctis vitiis mereamur eripi, & ad æterna gaudia paradiſi perduci.* Celebramus tam Filij quàm Matris generationem, renati de Spiritu ſancto in vnum omnes Chriſti œconomiæ, & eius Matris cultum aſpirantes, vnde pendet tota religio Chriſtiana.

VIII.

Cultor Viſitationis immaculatæ. CVltor Viſitationis Marianæ, cultor eſt etiam immaculatæ Conceptionis. Comprobat hoc teſtimonio ſuo Eliſabetha, dum prolem cum matre, fructum cum arbore benedicit: *Luc. 1, 42.* *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Terra quæ talem producit fructum, diuerſa ſatis ab illa quæ ſpinas & tribulos gignit. Confirmat hoc ipſum Ioannes, qui virtute ſalutationis MARIAE totus liber à culpa originaria in materno ventre exultauit, & in ſacra Viſitatione puriſſimam MARIAE Conceptionem celebrauit, docuitque ab iis celebrandam, qui ſummis donis, beneficiis ac fauoribus vellent ab immaculata viſitari. Ioannes ipſe, qui

miſſus

miſſus à Deo eſt, vt generationem Chriſti teſtaretur, quemadmodum teſtatus eſt, *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes, vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Ioan. 1, 7. Teſtis quoque eſt puritatis Marianæ, & deuotus ſimul cultor Ioannes, manu ac lingua locutus, *Ecce Agnus Dei.* Indicans Agnum Dei immaculatum, idem ipſe indicat Agnam ab omni macula immunem. Ioan 1, 36. Hic idem ipſe primus Baptiſmi imaginem in Iordane contemplatus ſimilem MARIAE, nouit, quem in vtero matris incluſus iam prænouerat.

IX.

CVltor Expectationis partus, cultor immaculatæ Conceptionis. Recognoſcit nihil eſſe quod poſſit timere MARIA, cùm omni labe caruerit. *Cultor Expectationis immaculata.* Cultor tanti Feſti S. Auguſtinus eſt, qui expendens verba ſalutationis Angelicæ Serm. 11. de Natiuitate, *Facta eſt*, inquit, MARIA *reſtauratio feminarum, quia per eam à ruina primæ maledictionis probantur eſſe ſubtractæ. Tria denique mala Euæ à tribus* MARIAE *bonis probantur excluſa. Nam Euæ dictum eſt, In doloribus & triſtitia paries, & ad virum conuerſio tua erit, & ipſe dominabitur tibi.* Gen. 3, 16. *Tribus ergo iis malis ſubiugantur feminæ, quæ* MARIAM *non ſequuntur. Sed è contrario, quàm præclariſſimis tribus bonis ſublimetur, auſculta. Sic*

Luc.1,28. *enim Angelus eam legitur ſalutaſſe: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Cùm dixit,* AVE, *ſalutationem illi cæleſtem exhibuit. Cùm dixit,* GRATIA PLENA, *oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & primam benedictionis gratiam reſtitutam. Cùm dixit,* BENEDICTA TV INTER MVLIERES, *virginei benedictum fructum ventris expreſſit, vt ex eo benedicta dicatur inter omnes mulieres. Maledicta Eua fuerat, quam nunc per* MARIAM *ad benedictionis gratiam remeaſſe cognoſcimus. Venite ergo omnes mulieres ad* MARIAM, *& lætamini. Expellite triſtitiam concipientis, & gemitus parturientis abiicite, proiicite dolores, quos Eua per ſerpentem accepit, & quos per Angelum* MARIA *ſuſcepit honores, aſſumite.* Hoc decus, hic honor Expectationis Marianæ eſt: quique illum non exhibet, prorſus indignum ſe aduentu Seruatoris reddit. Ita ſenſit, & cenſuit in Concione ſua Anſelmus: *Quiſquis paruipendendum putat huius Virginis celebrare Conceptionem, nec meretur eſſe cum fidelibus, nec poſteà cognoſcere Saluatoris aduentum.* Chriſtianus procedit ex vtero matris Eccleſiæ, quæ fetus ſuos ſine doloribus parit, vt & ipſa referat in ſe MARIAM, & ſic renatus totus Chriſtianus, totuſque Marianus exiſtat.

X.

Digitized by Google

X.

CVltor Marianæ Purificationis, quantus cultor eſſe debeat immaculatæ Conceptionis, vel ex ipſo Euangelio ſatis innoteſcit. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis* MARIAE, *ſecundùm legem Moyſi, tulerunt Ieſum in Jeruſalem vt ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur. & vt darent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Suo declarat munere qualis MARIA ſit, cuius Purificationis cultor S. Laurentius Iuſtinianus in hodierna Concione ait: *Hoc immaculata Virgo perfecit. Venit illa ad templum, vt Purificationis myſteria celebraret. Nequaquam in hac parte tenebatur ſub lege, quippe quæ non ex virili ſemine, ſed de Spiritu ſancto conceperat prolem. Sic namque præceptum fuerat in lege. Si mulier ſuſcepto ſemine conceperit filiam, ſeptem diebus immunda erit. Nequaquam ſemen ſuſceperat Virgo, ſed Spiritu fecunda conceperat Redemptorem, ideò purificatione non eguit, quæ purificantem hominum ſordes genuit.* Hæc tota pura & munda, de vnica prole gaudens, in ea de numero prolium triumphans, *venit ad templum, & ſecum, quem genuit, geſtauit infantem, de vnici filij ſui manifeſtatione iucunda, atque de gentium vocatione deuota.* Qualis

Cultor Purificationis immaculata.

Luc. 2, 22.

Leuit. 12, 3

Leuit. 12, 2

Digitized by Google

lis illa in templo comparuit? *Erat profectò ipſa talis & tanta, vt illi minimè reperiretur ſimilis. Erat, inquam, corpore virgo, carne incorrupta, prole fecunda, virtute perfecta, moribus conſpicua, ſanctitate redimita, honeſtate conſpicua, mente pura, corde ignita, animo ſuſpenſa, gratia plena, ſapientia perfuſa, Deo coniuncta, Verbo propinqua, myſteriis diuinis imbuta, Angelorum conſortio cuſtodita, à Spiritu ſancto abſque temporis interuallo poſſeſſa. O honor feminæ! ô excellentia* MARIAE! Quam ſemper Spiritus ſanctus poſſedit, idem ille Spiritus, qui in ſacro Baptiſmatis fonte, lauat, mundat, ac purificat omnes, vt omnes ſimus Chriſtiani, omnes etiam Mariani.

XI.

Cultor Aſſumptionis immaculata.

CVltor Aſſumptionis Marianæ, cultor ac venerator eſt immaculatæ Conceptionis, & idcircò initio Concionis Aſſumptæ Virginis S. Auguſtinus hinc aſſumit exordium. *Hodierna feſtiuitas, de Dei genitricis* MARIAE *dormitione toto orbe venerabilis, & Angelorum & hominum communis eſt ſolemnitas. Cuius quis dignus ſufficiat tam venerabilia narrare miracula, quæ per eam mirabiliter ſunt patrata? Lex enim naturalis per eam abolita eſt. Amaræ mortis damnatio Euæ præuaricationi illatà, per eam ſoluta eſt.* In hac eadem Concione Chriſtum cum matre loquentem introducit, &

& ſimul ad cæleſtem requiem inuitantem, qui & concludit: *Veni igitur cum fiducia, aperiam tibi Paradiſi ianuam, quam Eua parens tua clauſerat.* Hinc Eccleſia tota clamat, & acclamat triumphanti de exilio Reginæ glorioſæ. *Per te paradiſi portæ nobis apertæ ſunt, quæ hodie glorioſa cum Angelis triumphas.* Apparuit libera à labe & lue culpæ hereditariæ, quæ obiit ſine dolore. Sic obeuntem, ſiue potiùs abeuntem conſiderat Iuſtinianus, & ait Serm. de Aſſumptione B.MARIAE: *Quamobrem reſolutionis carnis imminente articulo, ſicut ab omni mentis & corporis corruptione extitit libera, ita & à mortis dolore aliena. Nequaquam habuit quod metueret. Non adfuit, qui ſe illi opponeret, inimicus, nulluſque terreni amoris impulſus, qui Virginis egredientem animam retardaret.* Ex quo fit, vt cùm in ſingulis ſacro fonte luſtratis anima Mariana, & eadem immaculata exiſtat, & ſi tunc temporis mundanum exilium deſerat, nihil opponi, nihil obiici queat, quod eam ab ingreſſu cæli remoretur. Digna hæc pro celebritate Aſſumptionis conſideratio eſt, qua recreat animos Chriſtianorum ſancta mater Eccleſia, idcircò habitam in Aſſumptionis feſtiuitate concionem Iuſtinianus exorditur in hæc verba: *In hoc labenti diſcriminoſóque peregrinantes ſæculo Eccleſia ſancta materno nos ſemper fouet affectu, quippe quæ ſpon-*

ſo ſuo immortali per regenerationis nos genuit lauacrum, & acceptabilem fecit populum bonorum operum ſectatorem.

XII.

Cultor ſanctæ Mariæ ad Niues, cultor Conceptionis.

CVltor ſanctæ MARIAE ad Niues, cultor eſt immaculatæ Conceptionis. Recognoſcit, in Virgine intemerata tempore ſummi æſtus ſummam temperiem Spiritus ſancti fuiſſe. Summus æſtus eſt, cùm generat cumque generatur homo: & cùm gigneret ac gigneretur MARIA Spiritus ſanctus adfuit, vt omnem temperaret ardorem, ne offenderet immaculatam. Hæc Virgo glorioſa cùm genitrix

Luc. 1, 33. Dei annuntiaretur, ab æſtu ſe tutans, ait: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Spiritus ſanctus,* qui in æſtu temperies eſt, *ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, ideóque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Nec ſolùm dum Virgo generaret Filium Dei, ab ardore concupiſcentiæ carnis fuit omnino illæſa & libera, ſed etiam cùm ipſa gigneretur, afflauit in eius conceptu Spiritus ſancti aura, cuius causâ & plenam gratia, & ſimul

Luc. 1, 28. afflatam Spiritu ſancto eam ſalutat Angelus: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Neſcit æſtum, quæ Spiritu ſancto afflatur: afflatur & anima, quæ renata ex aqua & Spiritu ſancto, vel in ipſa morte, & eius præuiis ſudoribus magnum ſentit refrigerium, cuius

ius cupidus noſter Dauid dicit Deo: *Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, & ampliùs non ero.* Hoc eſt illud refrigerium, quod in morte iuſtus inuenit, de quo Sapiens: *Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Errarunt ergo, & turpiter errarunt impij. *Dixerunt enim cogitantes apud ſe non rectè: Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis.* Erit homini refrigerium, qui ſanctam MARIAM etiam in ſua puriſſima Conceptione vocauerit, & inuocauerit, dixeritque, *Sancta* MARIA, *Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen*

Pſ.38,14.
Sap.4,3.
Sap.2,1.

Ritè ac rectè Gabriel à temperie Spiritus ſancti, quam in puro ſui conceptu virgo MARIA habuit, gradum fecit ad ſuauem, mitem & dulcem auram quam experta eſt in Conceptione incarnati Verbi. præmiſit enim: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* ſubiunxit deinde: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Reſpondent ſibi puritas Conceptionis, & mundities virginitatis; hæc poſterior ab illa priore dependet. Experimento didicit & probauit glorioſiſſima MARIA, & experiuntur ij qui carnis ignes & æſtus cultu & deuotione immaculatæ Conceptionis non mitigant modò, ſed etiam illos extinguunt. Cùm Seraphicus Franciſcus

Flatus Spiritus ſancti in Conceptione Mariæ.
Luc.1,28.

Digitized by Google

VI.

Cultor Præſentationis immaculata. CVltor Marianæ Præſentationis, cultor eſt etiam immaculatæ Conceptionis. Cùm ducitur MARIA in templum de fuga Adami triumphans, venit ad ſacram ædem tamquam ad Spiritus ſancti ſcholam: in hac quippe Feſtiuitate legitur caniturque Euangelium, in quo exclamat quædam mulier,

Luc.11,27 *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti;* reclamauit verò Chriſtus, *Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Hæc Adami, hæc poſterorum eius felicitas & beatitudo fuiſſet, ſi quod verbum Dei audierant cuſtodiſſent. Seruauit illud MARIA, & ideò beata eſt. Conſonant itaque ſibi Virginalis Conceptio & Præſentatio, cuius cultor Iuſtinianus dixerat paulò antè: *Illam profectò adhuc in matris vtero decubantem adamauit Verbum, ſibique in genitricem elegit, vtpote ſuperabundanti iam benedictione præuentam, iamque ſancti Spiritus magiſterio deputatam. Ipſam idem Spiritus cuſtodiuit à carnis colluuione immunem, à libidinis delectatione expertem, à ſæculi amore alienam.* Edocta Spiritus ſancti magiſterio, mundanis pompis renuntiauit, vt eſſet anteſignana Chriſtianarum animarum, quæ poſt ipſam vitam religioſam profeſſæ, nomini, cultui, & deuotioni immaculatæ eius Conceptionis dicandæ ac conſecrandæ erant.

VII.

VII.

CVltor Angelicæ Annuntiationis, cultor etiam eſt immaculatæ Conceptionis, cùm vel ipſe Archangelus Gabriel eam creatam & generatam ſine vlla labe, & ab omni macula immunem ſalutauerit. *Aue*, inquit, *gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Agnoſcit Eccleſia ſancta, omnis maledictionis expertém ſalutatam MARIAM fuiſſe, quæ nihil cum Eua commune haberet, oratque propterea, & canit:

Cultor Annuntiationis immaculata.

Luc.1,28.

Sumens illud Aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.

Cultor Annuntiationis Auguſtinus, extitit etiam venerator puriſſimæ Conceptionis, audienſque Angelicam Salutationem, Sermone 1. totus gaudens & exultans ait: *Audiuimus gaudij nuntia, libertatis indicia, lætitiæ vocem, exilij reuocationem, ſeruitutis redemptionem. Ecce Angelus cum Virgine loquitur, vt non deinceps mulieri ſerpens ſermocinetur.* Et expendens benedictionem præ ceteris MARIAE impertitam, Sermone de Aſſumpt. dicit: *Benedictæ per ipſam omnes mulieres: iam vltrà in maledictione femina non erit: curatur enim Eua.* Cùm idem prorſus aſſumptum mul-

tis firmaſſet ac confirmaſſet in ſua Concione S. Anſelmus, concludit: *Quid longius? Conceptionem Dominicæ matris colere, Christi generationem eſt commemorare. Celebremus ergo hodie dignis officiis vtramque Conceptionem eius, ſpiritualem ſcilicet & humanam, vt ipſius meritis & precibus à ſæcularibus curis, & à cunctis vitiis mereamur eripi, & ad æterna gaudia paradiſi perduci.* Celebramus tam Filij quàm Matris generationem, renati de Spiritu ſancto in vnum omnes Christi œconomiæ, & eius Matris cultum aſpirantes, vnde pendet tota religio Chriſtiana.

VIII.

Cultor Viſitationis immaculata. CVltor Viſitationis Marianæ, cultor eſt etiam immaculatæ Conceptionis. Comprobat hoc teſtimonio ſuo Eliſabetha, dum prolem cum matre, fructum cum arbore benedicit: *Luc. 1, 42.* *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Terra quæ talem producit fructum, diuerſa ſatis ab illa quæ ſpinas & tribulos gignit. Confirmat hoc ipſum Ioannes, qui virtute ſalutationis MARIAE totus liber à culpa originaria in materno ventre exultauit, & in ſacra Viſitatione puriſſimam MARIAE Conceptionem celebrauit, docuitque ab iis celebrandam, qui ſummis donis, beneficiis ac fauoribus vellent ab immaculata viſitari. Ioannes ipſe, qui

miſſus

miſſus à Deo eſt, vt generationem Chriſti teſtaretur, quemadmodum teſtatus eſt, *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes, vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Ioan.1,7. Teſtis quoque eſt puritatis Marianæ, & deuotus ſimul cultor Ioannes, manu ac lingua locutus, *Ecce Agnus Dei.* Indicans Agnum Dei immaculatum, idem ipſe indicat Agnam ab omni macula immunem. Ioan 1,36. Hic idem ipſe primus Baptiſmi imaginem in Iordane contemplatus ſimilem MARIAE, nouit, quem in vtero matris incluſus iam prænouerat.

IX.

CVltor Expectationis partus, cultor immaculatæ Conceptionis. *Cultor Expectationis immaculata.* Recognoſcit nihil eſſe quod poſſit timere MARIA, cùm omni labe caruerit. Cultor tanti Feſti S.Auguſtinus eſt, qui expendens verba ſalutationis Angelicæ Serm.11. de Natiuitate, *Facta eſt*, inquit, MARIA *reſtauratio feminarum, quia per eam à ruina primæ maledictionis probantur eſſe ſubtractæ. Tria denique mala Euæ à tribus* MARIAE *bonis probantur excluſa. Nam Euæ dictum eſt, In doloribus & triſtitia paries; & ad virum conuerſio tua erit, & ipſe dominabitur tibi.* Gen.3,16. *Tribus ergo iis malis ſubiugantur feminæ, quæ* MARIAM *non ſequuntur. Sed è contrario, quàm præclariſſimis tribus bonis ſublimetur, auſculta. Sic*

 enim

Digitized by Google

Luc.1,28. *enim Angelus eam legitur ſalutaſſe : Aue gratiá plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Cùm dixit,* AVE, *ſalutationem illi cæleſtem exhibuit. Cùm dixit,* GRATIÂ PLENA, *oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & primam benedictionis gratiam reſtitutam. Cùm dixit,* BENEDICTA TV INTER MVLIERES, *virginei benedictum fructum ventris expreſſit, vt ex eo benedicta dicatur inter omnes mulieres. Maledicta Eua fuerat, quam nunc per* MARIAM *ad benedictionis gratiam remeaſſe cognoſcimus. Venite ergo omnes mulieres ad* MARIAM, *& lætamini. Expellite triſtitiam concipientis, & gemitus parturientis abiicite, proiicite dolores, quos Eua per ſerpentem accepit, & quos per Angelum* MARIA *ſuſcepit honores, aſſumite.* Hoc decus, hic honor Expectationis Marianæ eſt: quique illum non exhibet, prorſus indignum ſe aduentu Seruatoris reddit. Ita ſenſit, & cenſuit in Concione ſua Anſelmus : *Quiſquis paruipendendum putat huius Virginis celebrare Conceptionem, nec meretur eſſe cum fidelibus, nec poſteà cognoſcere Saluatoris aduentum.* Chriſtianus procedit ex vtero matris Eccleſiæ, quæ fetus ſuos ſine doloribus parit, vt & ipſa referat in ſe MARIAM, & ſic renatus totus Chriſtianus, totuſque Marianus exiſtat.

X.

X.

CVltor Marianæ Purificationis, quantus cultor eſſe debeat immaculatæ Conceptionis, vel ex ipſo Euangelio ſatis innoteſcit. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis* MARIAE, *ſecundùm legem Moyſi, tulerunt Ieſum in Ieruſalem vt ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur. & vt darent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Suo declarat munere qualis MARIA ſit, cuius Purificationis cultor S. Laurentius Iuſtinianus in hodierna Concione ait: *Hoc immaculata Virgo perfecit. Venit illa ad templum, vt Purificationis myſteria celebraret. Nequaquam in hac parte tenebatur ſub lege, quippe quæ non ex virili ſemine, ſed de Spiritu ſancto conceperat prolem. Sic namque præceptum fuerat in lege. Si mulier ſuſcepto ſemine conceperit filiam, ſeptem diebus immunda erit. Nequaquam ſemen ſuſceperat Virgo, ſed Spiritu fecunda conceperat Redemptorem, ideò purificatione non eguit, quæ purificantem hominum ſordes genuit.* Hæc tota pura & munda, de vnica prole gaudens, in ea de numero prolium triumphans, *venit ad templum, & ſecum, quem genuit, geſtauit infantem, de vnici filij ſui manifeſtatione iucunda, atque de gentium vocatione deuota.* Qualis

Cultor Purificationis immaculata.

Luc. 2, 22.

Leuit. 12, 3

Leuit. 12, 2

lis

Digitized by Google

lis illa in templo comparuit? *Erat profectò ipſa talis & tanta, vt illi minimè reperiretur ſimilis. Erat, inquam, corpore virgo, carne incorrupta, prole fecunda, virtute perfecta, moribus conſpicua, ſanctitate redimita, honeſtate conſpicua, mente pura, corde ignita, animo ſuſpenſa, gratia plena, ſapientia perfuſa, Deo coniuncta, Verbo propinqua, myſteriis diuinis imbuta, Angelorum conſortio cuſtodita, à Spiritu ſancto abſque temporis interuallo poſſeſſa. O honor feminæ! ô excellentia* MARIAE! Quam ſemper Spiritus ſanctus poſſedit, idem ille Spiritus, qui in ſacro Baptiſmatis fonte, lauat, mundat, ac purificat omnes, vt omnes ſimus Chriſtiani, omnes etiam Mariani.

XI.

Cultor Aſſumptionis immaculata.

CVltor Aſſumptionis Marianæ, cultor ac venerator eſt immaculatæ Conceptionis, & idcircò initio Concionis Aſſumptæ Virginis S. Auguſtinus hinc aſſumit exordium. *Hodierna feſtiuitas, de Dei genitricis* MARIAE *dormitione toto orbe venerabilis, & Angelorum & hominum communis eſt ſolemnitas. Cuius quis dignus ſufficiat tam venerabilia narrare miracula, quæ per eam mirabiliter ſunt patrata? Lex enim naturalis per eam abolita eſt. Amaræ mortis damnatio Eua præuaricationi illatà, per eam ſoluta eſt.* In hac eadem Concione Chriſtum cum matre loquentem introducit, &

& ſimul ad cæleſtem requiem inuitantem, qui & concludit: *Veni igitur cum fiducia, aperiam tibi Paradiſi ianuam, quam Eua parens tua clauſerat.* Hinc Eccleſia tota clamat, & acclamat triumphanti de exilio Reginæ glorioſæ. *Per te paradiſi portæ nobis apertæ ſunt, quæ hodie glorioſa cum Angelis triumphas.* Apparuit libera à labe & lue culpæ hereditariæ, quæ obiit ſine dolore. Sic obeuntem, ſiue potiùs abeuntem conſiderat Iuſtinianus, & ait Serm. de Aſſumptione B.MARIAE: *Quamobrem reſolutionis carnis imminente articulo, ſicut ab omni mentis & corporis corruptione extitit libera, ita & à mortis dolore aliena. Nequaquam habuit quod metueret. Non adfuit, qui ſe illi opponeret, inimicus, nulluſque terreni amoris impulſus, qui Virginis egredientem animam retardaret.* Ex quo fit, vt cùm in ſingulis ſacro fonte luſtratis anima Mariana, & eadem immaculata exiſtat, & ſi tunc temporis mundanum exilium deſerat, nihil opponi, nihil obiici queat, quod eam ab ingreſſu cæli remoretur. Digna hæc pro celebritate Aſſumptionis conſideratio eſt, qua recreat animos Chriſtianorum ſancta mater Eccleſia, idcircò habitam in Aſſumptionis feſtiuitate concionem Iuſtinianus exorditur in hæc verba: *In hoc labenti diſcriminoſóque peregrinantes ſæculo Eccleſia ſancta materno nos ſemper fouet affectu, quippe quæ ſpon-*

ſo ſuo immortali per regenerationis nos genuit lauacrum,& acceptabilem fecit populum bonorum operum ſectatorem.

XII.

Cultor ſancta Maria ad Niues, cultor Conceptionis.

CVltor ſanctæ MARIAE ad Niues, cultor eſt immaculatæ Conceptionis. Recognoſcit, in Virgine intemerata tempore ſummi æſtus ſummam temperiem Spiritus ſancti fuiſſe. Summus æſtus eſt, cùm generat cumque generatur homo : & cùm gigneret ac gigneretur MARIA Spiritus ſanctus adfuit, vt omnem temperaret ardorem, ne offenderet immaculatam. Hæc Virgo glorioſa cùm genitrix

Luc.1,33. Dei annunciaretur, ab æſtu ſe tutans, ait: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Spiritus ſanctus,* qui in æſtu temperies eſt, *ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, ideóque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Nec ſolùm dum Virgo generaret Filium Dei, ab ardore concupiſcentiæ carnis fuit omnino illæſa & libera, ſed etiam cùm ipſa gigneretur, afflauit in eius conceptu Spiritus ſancti aura, cuius causâ & plenam gratia, & ſimul

Luc.1,28. afflatam Spiritu ſancto eam ſalutat Angelus : *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Neſcit æſtum, quæ Spiritu ſancto afflatur: afflatur & anima, quæ renata ex aqua & Spiritu ſancto, vel in ipſa morte, & eius præuiis ſudoribus magnum ſentit refrigerium, cuius

ius cupidus noſter Dauid dicit Deo : *Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, & ampliùs non ero.* Hoc eſt illud refrigerium, quod in morte iuſtus inuenit, de quo Sapiens : *Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Errarunt ergò, & turpiter errarunt impij. *Dixerunt enim cogitantes apud ſe non rectè : Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis.* Erit homini refrigerium, qui ſanctam MARIAM etiam in ſua puriſſima Conceptione vocauerit, & inuocauerit, dixeritque, *Sancta* MARIA, *Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen*

Pſ.38.14.

Sap.4,3.

Sap.2,1.

Ritè ac rectè Gabriel à temperie Spiritus ſancti, quam in puro ſui conceptu virgo MARIA habuit, gradum fecit ad ſuauem, mitem & dulcem auram quam experta eſt in Conceptione incarnati Verbi. præmiſit enim : *Aue gratia plena, Dominus tecum.* ſubiunxit deinde : *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Reſpondent ſibi puritas Conceptionis, & munditíes virginitatis ; hæc poſterior ab illa priore dependet. Experimento didicit & probauit glorioſiſſima MARIA, & experiuntur ij qui carnis ignes & æſtus cultu & deuotione immaculatæ Conceptionis non mitigant modò, ſed etiam illos extinguunt. Cùm Seraphicus Franciſcus

Flatus Spiritus ſancti in Conceptione Mariæ.

Luc.1,28.

ciſcus carnis caloribus æſtuaret, confugit ad niues, quibus totus candidatus candorem caſtitatis conſeruauit. Habet & ſacras niues in ſua Conceptione immaculata MARIA, cuius virtute mirabiliter incendia corporis ſopiuntur. In cuius rei confirmationem dignum relatu miraculum eſt, quod D. Anſelmus in Epiſt. ad Epiſcopos Angliæ commemorat:

Confirmatio. *Tempore Caroli Regis Francorum illuſtriſſimi*, Anſelmus ait, *Clericus quidam ordine, Hungariæ Regis germanus, Matrem* IESV *toto corde diligens, eius Horas ſollicitè decantabat. Parentum autem ſuorum conſilio nubere volens cum quadam adoleſcentula valdè pulchra, accepta à Preſbytero nuptiali benedictione, quadam die etiam Miſſa celebrata recordatus, quòd eiuſdem beatiſſimæ Virginis Horas illa die iuxta morem ſolitum non cantauerat, ſponſam domum mittens, omnes ab Eccleſia exire coëgit, & ipſe iuxta altare Virginis ſolus remanſit. Cumque Horas Dominicæ matris decantaret, & hanc Antiphonam, Pulchra es, & decora filia Jeruſalem, diceret, ſubitò apparuit ei virgo* MARIA *cum duobus Angelis, dexteram ei manum & læuam tenentibus, dicens ei: Si ego ſum pulchra & decora, quid eſt quòd dimittis me, & ſponſam aliam accipis? Numquid ego ſum optimè formoſa? numquid ego ſum pulchrior illa? vbi vidiſti tam pulchram? Cui ille obſtupefactus ait: Domina mea dulciſſima, claritudo tua omnem*

nem mundi pulchritudinem excellit & clarificat, quoniam tu es ſuper omnes choros Angelorum exaltata, & ſuper cælos cælorum eleuata. Quid vis Domina vt faciam? Ait illa: Si ſponſam carnalem, cui adhærere vis, amore mei dimiſeris, me ſponſam in cæleſti regno habebis: & ſi Conceptionis meæ Feſtum annuatim ſexto Idus Decembris ſolemniter celebraueris, & celebrandum prædicaueris, mecum in regno Filij mei laureatus eris. His dictis B. Virgo diſparuit. Clericus verò domum adire renuit, & abſque parentum ſuorum conſilio ad Abbatiam quamdam extra patriam illam perrexit, & ibidem monachali habitu decoratus eſt, & poſt tempus exiguum meritis beatæ Mariæ Virginis, Aquileiæ Epiſcopus Patriarcha factus, Feſtum Conceptionis beatæ Virginis die præfato, quamdiu vixit, annuatim cum propriis Octauis celebrauit, & vbique celebrandum prædicauit. Habes exemplum, habes miraculum, in quo dilucidè apparet, æſtibus carnis ſacris decoram niuibus immaculatam MARIAM dominari. Æſtuat caro, æſtuat mare: præualet vtrique, quæ ex generali vniuerſæ carnis diluuio penitus libera & immunis euaſit, ſibique proptereà dominatum etiam in mari acquiſiuit.

XIII.

DOminatur in æſtuanti mari, & ſimul in homine periclitante, & præ periculo extremo iam *Dominatur in æſtu maris Virgo.*

 iam

iam æſtuanti, immaculata MARIA, in cuius puriſſimæ Conceptionis honorem duo alia miracula in eadem Epiſtola refert Anſelmus. Accipe primum.

Confirmatio prima. *Tempore illo, quo diuinæ placuit pietati Anglorum gentem de malis ſuis corrigere, ſuæque ſeruitutis officiis arctiùs adſtringere, glorioſiſſimo Normanorum Duci eamdem patriam debellandum ſubegit. Qui videlicet Guillelmus tunc temporis Anglorum, Dei virtute, & induſtria ſua totius Eccleſiæ dignitatis honores in melius reformauit. Cuius piæ intentionis operibus inuidens ille bonorum omnium inimicus diabolus, tum familiarium fraudibus, tum extraneorum incurſibus multoties conatus eſt eius obſiſtere ſucceſſibus. Sed Domino protegente, & timentem ſe Regem glorificante, ad nihilum deductus eſt malignus. Audientes autem Dacij Angliam eſſe ſubiectam Normanis, grauiter ſunt indignati, & quaſi ſuo hereditario iure priuati, arma parant, claſſem aptant, vt eos adeuntes à data ſibi diuinitus patria expellant. Hoc comperto, prudentiſſimus Guillelmus Helſimum quemdam religioſum Abbatem Rhemenſis cœnobij accerſiuit, & in Daciam direxit, vt inquirat huiùs rei veritatem. At ille, vt vir admodum ſagacis ingenij, ſtrenuè Regis negotium exequitur. Quo fideliter peracto, ad Angliam reuerti cupiens, mare ingreditur. Et cùm maximam partem maris proſpero curſu tranſiſſet, ſubitò denſis ſurgentibus vndique ventis, horrida tem-*

peſtas

peſtas mare commouit & vndas. Fatigatis igitur nautis, nec vltrà iam obniti valentibus, fractis remis, funibuſque ruptis, cadentibus velis, ſpes ſalutis amittitur, & nihil ſibi niſi ſubmerſionis exitus miſerabiliter expectatur. Cumque de ſalute corporum eſſent deſperati, animarum ſolummodò magnis clamoribus ſalutem Creatori ſuo commendabant, & beatiſſimam Virginem MARIAM Dei genitricem, miſerorum refugium, & deſperatorum ſpem, deuotiſſimè reclamabant. Et ecce ſubitò ſuſpiciunt quemdam venerandæ habitudinis virum Pontificali infula decoratum, quaſi inter medias vndas naui proximum. Qui vocans ad ſe Helſimum Abbatem, his verbis alloquitur eum: Vis, inquit, periculum maris euadere? vis in patriam tuam ſanus redire? Cumque cum fletu id toto corde deſiderare, & hoc ſolum expectare reſponderet; ſic ille: Scias me ad te à Domina noſtra Dei genitrice MARIA directum eſſe, ad quam dulciter reclamaſti: & ſi dictis meis obtemperare volueris, ſanus cum comitibus tuis euades imminens periculum maris. Ille verò illicò reſpondet, ſe ei in omnibus obtemperaturum, ſi hoc euadat naufragium. Promitte, inquit ille, Deo & mihi, quòd diem Conceptionis & Creationis Matris Domini noſtri IESV CHRISTI ſolemniter celebrabis, & celebrandum prædicabis. At ille vt prudentiſſimus vir ait: Et quis dies in hoc feſto celebrandus erit? Sexto, ait, Idus Decembris hoc feſtum ſolemni-

lemnizandum tenebis. Et quo, inquit Abbas, Officio vtemur in Eccleſiaſtico obſequio? Omne, inquit, Officium, quod dicitur in Natiuitate eius, dicetur in eius Conceptione, excepto, quòd nomen Natiuitatis mutabis in nomen Conceptionis. His dictis ille diſparuit, & citò ſedata tempeſtate, Abbas incolumis concito flatu applicuit littoribus maris Anglicani, & quod viderat & audierat, quibus potuit, notificauit. Statuit autem idem feſtum in Rhemenſi cœnobio celebrari, & ipſe quamdiu vixit, deuotis obſequiis celebrauit. Silent venti, mare quieſcit in obſequium immaculatæ MARIAE, & ſimul in eius puriſſimæ Conceptionis teſtimonium, & ad maiorem eiuſdem veritatis comprobationem ſecundum miraculum litteris iam relatis Anſelmus recenſet.

Secunda. *Aliud etiam miraculum huius feſtiuitatis alibi diuina inſpirante gratia à nobis declaratur. In pelago Gallico Canonicus quidam, ordine Sacerdos, ſolitus Horas beatæ* MARIAE *Virginis decantare, à villa quadam, vbi cum vxore alterius fornicatus fuerat, rediens ad oppidum in quo morabatur, & pelagus Sequanæ tranſmeare cupiens, ſolus nauim ingreſſus, Dominicæ matris Horas nauigando canere cœpit. Cumque Inuitatorium, Aue* MARIA*, gratia plena, Dominus tecum, diceret, & iam in medio flumine eſſet, ecce turba magna dæmonum, in profundo pelagi vnà cum eius nauicula eum præcipitauit, & eius*

animam rapuit ad tormenta. Die autem tertia ad locum, quo eum dæmones tormentis afficiebant, venit Mater IESV *cum magna Angelorum ſocietate, dicens eis: Vt quid animam famuli noſtri ita iniuſtè affligitis? Cui illi: Nos eam debemus habere, & meritò, quia in noſtris operibus capta eſt. Quibus Mater* IESV*: Si illius deberet eſſe cuius opera faciebat, ergo noſtra debet eſſe, quoniam Matutinas noſtras, dum vos eum peremiſtis, decantabat. Vnde magis rei eſtis, qui iniquè erga me egiſtis. His dictis, dæmones huc illuc diſperſi fugerunt, &* B. MARIA *animam reduxit ad corpus, & hominem ab vtroque funere reſuſcitatum per brachium arripiens, aquam à dextris & à ſiniſtris quaſi murum ſtare iubens, de profundo pelagi ad portum incolumem reduxit. At ille gaudens, pedibus B. Virginis proſtratus, ait: Chariſſima mea Domina, & Virgo ſpecioſa, Chriſto gratiſſima, quid tibi retribuam pro tantis beneficiis, quæ mihi feciſti? Liberaſti me de ore leonis, & de tormentis inferni grauiſſimis animam meam. Cui Mater* IESV *ait: Precor te, ne de cetero in adulterij peccatum cadas, ne fiat tibi nouiſſimus error peior priore. Precor iterùm, vt de cetero Feſtum Conceptionis meæ deuotè celebres annuatim ſexto Idus Decembris, & vbique celebrandum prædices. Mox vt ea dixit B. Virgo* MARIA, *eo cernente cælos aſcendit, & ipſe eremiticam vitam ducens, quod ſibi acciderat cunctis audire volentibus narrauit:*

& poſteà quamdiu vixit, illud Feſtum Conceptionis ſolemniter & deuotè celebrauit, & celebrandum prædicauit.

Pſ.76,11. *Hæc mutatio dexteræ Excelſi*, & immaculatæ MARIAE, quæ naufrago peccatori, vt è profunda abyſſo, quam intrarat, euaderet, pœnitentiam illi ſuggeſſit, quæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium. Ad hanc recurrit in naufragio ſuo Dauid, qui ſibi

Pſ.94,6. ſimiles nos eſſe volens, ait: *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.* & monet iam, vt ſecundam Partem ſacri Oratorij colentes & recolentes, ſecum iuſtitiæ Deum conueniamus, & *præueniamus faciem eius in* CONFESSIONE.

Tibi dicitur, anima, tibi dicitur virgo filia Sion, tincta & picta in formam Spiritus ſancti & MARIAE, nouam artem benè viuendi profeſſæ, ſed, heu! relapſæ: poſt lapſum audi, quod in ſimili caſu ad Virginem lapſam ſcribit Ambroſius: *Accipe*, inquit, *lamentum; & primùm quidem nullo die quinquageſimus Pſalmus intermittatur, quia in negotio tali cantatus eſt.* Cantatus eſt à Dauide pœnitente, & rurſus canetur à nouo Dauide in ſecunda Parte Oratorij; cui accedens, quemadmodum hortatur Ambroſius, *Tu quæ iam ingreſſa es agonem pœnitentiæ, inſiſte miſera fortiter, inhære tamquam naufragus tabulæ, ſperans per ipſam te de profundo criminum liberari.*

SACRI

SACRI ORATORII

PARS SECVNDA

PIARVM IMAGINVM
ANIMÆ INNOVATÆ
VSV POENITENTIÆ
SACRAMENTALIS
IN GRATIAM
CONFESSARII, ET CONFITENTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGINES
PARTIS SECVNDÆ.

Naufragi Dauidis effigies.
Euangelica exemplaria:

Ouis errantis,
Regis Æthiopis,
Leproſi,
Paralytici,
Prodigi,
Cæci à natiuitate,
Samaritanæ,
Transfigurationis,
Surdi,
Centurionis,
Magdalenæ,
Chananææ,
Matthæi,
Mulieris patientis fluxum ſanguinis,
Muti loquentis,
Petri flentis,
Chriſti crucifixi, &
Dauidis pœnitentis euadentis è naufragio.

Magnum arcanum Agni,
& ouis redemptæ, & reconciliatæ.

Digitized by Google

APPAREAT NOVVS DAVID ARRIPIENS SECVNDAM POST NAVFRAGIVM TABVLAM RECITANS SEPTEM POENITENTIÆ PSALMOS.

POENITENTIA Ars benè viuendi, & benè moriendi, figurata & illuſtrata.

Reſpice, & fac ſecundùm exemplar.

NOVVS DAVID.



POENITENTIA.

Secunda tabula poſt naufragium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO DECIMASEPTIMA EXPLICATA.

REX Dauid, Chriſtianæ artis benè viuendi ac benè moriendi cultor ac profeſſor, gratiam, quam Baptiſma Chriſti præbuit, amiſit, & ſimul confregit nauem, cuius vehiculo in cæleſtem portum per flatum & afflatum Spiritus ſancti feſtinabat. Lacerata nauis eſt, & nouus Dauid in magno ſuo naufragio accurrit, & arripit POENITENTIAM, quæ eſt ſecunda poſt naufragium tabula. Quapropter Serm. 24. commun. pœnitens & ſimul naufragus Auguſtinus lapſis poſt Baptiſmum ait: *Frequenter vos, fratres chariſſimi, admoneo, iterùm atque iterùm admonendo conteſtor, vt ſi quis ſe cognoſcat de littore continentiæ tempeſtate libidinis in pelagus luxuriæ fuiſſe iactatum,* CONFESSIONEM *velut tabulam confractæ nauis velociter apprehendat, vt per ipſam de hac abyſſo, & profundo luxuriæ poſſit euadere, & ad portum* POENITENTIAE *peruenire.* Quiſquis iſte eſt, naufragus Dauid eſt, arripit tabulam citharæ, in cuius fidibus CONTRITIO, CONFESSIO, & SATISFACTIO deſcribuntur. Adiungitur & CORONA, & in ea exaratur

ratur ABSOLVTIO, vt perfecta POENITENTIA, quæ ex *contritione*, *confeſſione*, & *abſolutione* coagmentatur, & *ſatisfactione* integratur, in effigie appareat, & in ea talis Dauid depingatur, qualis ipſe
Eccli. 20, 29. à ſe deſcribitur in ſeptem Pœnitentiæ Pſalmis. *Sapiens in verbis producet ſeipſum*, & Dauid in omnibus & ſingulis ſeptem Pſalmis producit ſe naufragum dolentem, confitentem, petentem abſolutionem, offerentem ſatisfactionem. Hinc efficitur, vt quot Pſalmi numerantur, tot explicationes ſint propoſitæ iam imaginis, ab ipſo Dauide expoſitæ. Dum loquitur de ſe, naufragum ſe oſtendit, ac prodit in primo Pœnitentiæ Pſalmo:

I.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Naufragantis more loquitur, dum flendo ac canendo ſubiungit: *Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valdè; ſed tu Domine vſquequò?* In hunc eumdem locum Chryſoſtomus, *Quemadmodum enim*, inquit, *quando venti vehementes mari incubuerunt, omnia turbant, & quæ eſt in profundo arena, ſurſum fertur, & qui nauigant, in magno verſantur periculo: ita etiam in nobis turbatur anima, mouetur corpus, omnia complentur tempeſtate, & plena*

plena eſt nobis deinceps cymba tumultus ac perturbationis, & denſæ tenebræ, & pereunt omnia propriis locis relictis, & eſt maxima confuſio. Confirmat hoc ipſum in Scholiis ſuis Baſilius, qui vocem iſtam Dauidis, *Conturbata ſunt oſſa mea*, ita percipit, ita exponit: *Oſſa hîc non corporis dicit, ſed robuſtas cogitationum vires, quæ perturbatæ ſunt ſpiritu ſcortationis velut tempeſtate quadam obrutæ.* Prodit itaque ſe naufragum, prodit ſe dolentem, confitentem, veniam accipientem, & offerentem compenſationem.

CONTRITIO.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Pſal. 6.

POSTVLATA ET EXCITATA.

Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valdè, ſed tu Domine vſquequò?

CONFESSIO.

Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? FACTA IN TEMPORE.

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

 Tur-

Digitized by Google

Turbatus eſt à furore oculus meus : inueteraui inter omnes inimicos meos.

ABSOLVTIO.

IMPE-TRATA. *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.*

SATISFACTIO.

ACCE-PTATA. *Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.*

Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei : conuertantur & erubeſcant valdè velociter.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

ATtende ex parte Chriſtianæ animæ locutum in primo Pſalmo Dauidem : *Loquitur in hoc Pſalmo fidelis anima*, vt ait in Prologo S. Gregorius. Qualis Dauid, talis & anima pœnitentis, quæ paſſa naufragium recurrit ad pœnitentiam, habet dolorem, facit confeſſionem, accipit abſolutionem, reddit ſatisfactionem.

II.

Eccli.20,29. *Sapiens in verbis producet ſeipſum:* producit naufragum iterùm ſe Dauid in ſecundo Pſalmo Pœnitentiæ. Pſal.31. *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta*

tecta ſunt peccata. Ait deinde cum vndis & fluctibus certans: *Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* Baſilius in Scholiis: *Qui preces diligenter & ex animo offert, multifaria prouidentia fruetur, ita vt tametſi in varias calamitates inſtar aquarum inundantes incidat, illas tamen ſuperet, ac triſtium rerum victor reddatur.* Superat Dauid ingruentem tempeſtatem, vſus vehiculo pœnitentiæ, contritionis, confeſſionis, abſolutionis, & ſatisfactionis.

CONTRITIO.

Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Pſal. 31.

Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. EXCITATA.

CONFESSIO.

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. APERTA.

ABSOLVTIO.

Dixi: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. IMPETRATA.

Digitized by Google

SATISFACTIO.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno.

Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue à me circumdantibus me.

ACCEPTATA. *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.*

Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Lætamini in Domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut. 27, 9.

ATtende naufragans anima, quid de ſe, quid de te loquatur Dauid. Sermo de te ipſa eſt, vt monet in Prologo S. Gregorius: *Per Dauid fidelis anima accipitur. Fidelis ergo anima ea quæ in hoc Pſalmo dicuntur intelligat, & ab iſto numquam in intellectu recedat.* Intelligat

Intelligat qualis ſit pœnitentia poſt peccatum, qualis contritio & confeſſio, qualis abſolutio & ſatisfactio, qualis Deus in animam pœnitentem, qualis anima in Deum veniæ & indulgentiæ largitorem.

III.

Sapiens in verbis producet ſeipſum. Pœnitens quoque Dauid ſeipſum in medium profert poſitum in naufragio, dum recitat tertium Pœnitentiæ ſuæ Pſalmum, *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Naufragum agit, dum orat, *Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.* Quid ſibi velit Dauid, explicat in Scholiis Baſilius: *Tantis doloribus velut fluctibus obrutus, te Deum ac Dominum meum oro, ne me conſueta prouidentia priues, ſed auxilium tuum præſtes, & ſalutem largiare.* Salutem naufragus quærit, & inuenit, diuino Dei beneficio contritus, confeſſus, abſolutus, dignos pœnitentiæ fructus faciens, & ſatisfaciens.

Eccli. 20, 29.

Pſal. 37.

CONTRITIO.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Pſal. 37.

POSTVLATA ET EXCITATA.

Non

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.

CONFESSIO.

INDEX MISERIARVM.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

ABSOLVTIO.

INEXPECTATA.

Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego

Ego autem tamquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me Domine Deus meus.

SATISFACTIO.

Quia dixi: Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt. IMPETRATA.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo. OBLATA.

Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intende in adiutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.

Digitized by Google

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

ATtende naufragium patiens, quid in Prologo Pſalmi dixerit Magnus Gregorius: *Fidelis anima in procelloſos mundanæ inſtabilitatis corruit fluctus, quia ſtatum rectitudinis ſeruare non potuit.* Hæc anima Dauidica eſt, & hæc, vt in priſtinum ſtatum reſtituatur, dolens conditionem ſuam conteritur, & confitetur; cumque de ſalute alij deſperent, ſperat ipſa, impetrat à Deo veniam, & abſolutionem ornatam debita ſatisfactione adipiſcitur.

IV.

Eccli.20, 29. *Sapiens in verbis producet ſeipſum*, oſtenditque qualis ſit. Facit & Dauid, dum in Pſalmo Pœnitentiæ, *Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat*, anxius in naufragio orat & clamat. Clamat & orat pœnitens ſæua tempeſtate vexatus, &, vt ait Gregorius in Prologo, *reductis oculis cogitat vnde ceciderit, & circumſpectis omnibus quæ imminent, quas inuenerit calamitates attendit.* Attendit in tanto malorum naufragio opus eſſe tabula Pœnitentiæ, vt euadat, & ecce euadit virtute contritionis, confeſſionis, abſolutionis, & ſatisfactionis.

CON-

CONTRITIO.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Pſal. 101. POSTVLATA.

Non auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ. EXCITATA.

CONFESSIO.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. INDICATA ET IMPVGNATA.

Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.

Digitized by Google

ABSOLVTIO.

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.

POSTVLATA ET IMPETRATA. *Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.*

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur.

Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit Dominum:

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit:

Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

SATISFACTIO.

TEMPORALIS AETERNO DEO GRATA. *Vt annuntient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Ieruſalem.*

In conueniendo populos in vnum, & reges vt ſeruiant Domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum : in generationem & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundaſti : & opera manuum tuarum ſunt cæli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes : & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur : tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt : & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27, 9.

ATtende, fidelis anima oppreſſa diro naufragio, ex quo cum Dauide clama & ora, vt ſimiliter affligaris, compungaris & conteraris. Attende & confeſſionem Dauidis, qui *multis vtitur parabolis, dignè volens ſuas exprimere calamitates*, vt annotat in Scholiis Baſilius. Explica miſerias tuas, pellicano & nycticoraci ſimilis. Attende & eius abſolutionem, cuius vt fruaris beneficio, capta tempus quod ille captauit; & ſi compedita es compedibus criminum, abſoluêris. Attende & eius ſatisfactionem, temporalem quidem oblatam æterno Deo, *Tu*

autem Domine in æternum permanes. Rurſus in Scholiis Baſilius: *Ego quidem huiuſmodi naturam habeo, tantiſque coniunctus ſum ærumnis : tu verò ſempiternus & æternus exiſtens , facilè præſentium malorum mutationem quamdam largieris.*

V.

Eccli.20. 29. *Sapiens in verbis producet ſeipſum*, & quidem vt ſapiens Dauid pœnitens naufragantem ſe depingit in Pſal.129. ſuo Pſalmo, *De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.* Clamat de profundo maris, agitatus tempeſtate, vt hoc loco Gregorius teſtatur; ac ſimul monét: *Attendat vnuſquiſque in quo profundo iaceat , & quàm longè à Deo peruersè agens effectus ſit. Clamet peccator , quem à Deo recedentem cupiditatum tempeſtas contriuit, quem hoſtis abſorbuit, quem præſentis ſæculi fluctus inuoluit, agnoſcat ſe eſſe in profundo, vt ad Deum ſua perueniat oratio.* Accedat orationi contritio, contritioni confeſſio, confeſſioni abſolutio, abſolutioni ſatisfactio.

CONTRITIO.

Pſal.129. EXCITATA. *DE profundis clamaui ad te Domine : Domine exaudi vocem meam:*

Fiant aures tuæ intendentes , in vocem deprecationis meæ.

CON-

CONFESSIO.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit? INSINVATA.

ABSOLVTIO.

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. IMPETRATA.

SATISFACTIO.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino. CHRISTI, ET DAVIDIS OPERATIO.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſraël, ex omnibus iniquitatibus eius.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

ATtende ortam de profundis viſceribus contritionem. Baſilius in Scholiis: *Quid eſt, E profundis? Non ſimpliciter, inquit, ex ore & lingua animo aberrante effunduntur hæc verba, ſed è corde profundiſſimo, ex imis animæ ſedibus, ex intimis & abditiſſimis cordis penetralibus.* Attende qualis ſit confeſſio Dauidica: *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?*

tinebit? Gregorius in hunc locum: *Attende qualiter peccati confeſſio peccata obliteret, quæ iuſtificat iniquum, & tollit à Deo memoriam peccatorum.* Attende Dauidicam abſolutionem, dum ait: *Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.* Iterùm Gregorius: *Lex Dei miſericordia eſt, quæ peccantibus veniam contulit.* Attende ſatisfactionem accipientem valorem ex meritis Redemptoris: *Copioſa apud eum redemptio.*

VI.

Eccl. 20, 29. *Sapiens in verbis producet ſeipſum*, & cuius ſit conditionis exponit, more pœnitentis Dauidis, qui naufragus cùm ſit, talem ſe exhibet, talem ſe repræſentat Pſal. 142. in Pſalmo Pœnitentiæ, *Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam.* Hæc ſupplicatio eſt pœnitentis, naufragantis, è medio mari clamantis: *Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. In me turbatum eſt cor meum.* Erat in eodem ſtatu & naufragio cum Iona, de quo citatus Gregorius: *Clamauit Ionas ad Deum de ventre ceti, de altitudine maris, de profundo inobedientiæ, & ad aures Domini oratio illius peruenit, qui eruit eum à fluctibus, eripuit à beſtia, abſoluit à culpa.* Eripitur quoque Dauid, & abſoluitur, habens contritionem, adiungens confeſſionem, ac ſimul ſatisfactionem.

CON-

CONTRITIO.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia. Pſal.142. POSTVLATA ET EXCITATA.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

CONFESSIO.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi: FACTA DE IACTVRA GRATIAE.

Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

ABSOLVTIO.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. POSTVLATA.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Digitized by Google

IMPETRATA VIRTVTE SPIRITVS SANCTI.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

SATISFACTIO.

SERVVM PECCATI STATVIT IN SERVITVTE DEI.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

ATtende, pœnitens, ac conſidera te pati cum Dauide naufragium. Time iudicium Dei, horrè ſtatum in quo te mors commiſſæ culpæ conſtituit. Expande manus, ora, & confitere gratiæ te iacturam feciſſe, ſine qua, terræ inſtar abſque aqua, anima tua eſt. Poſtula abſolutionem, & à peccatis patratis liberationem, cuius auctor eſt Spiritus ſanctus aſſiſtens in confeſſione. Conſtitue te ſeruum Dei, vt qui hactenus peccati ſeruus fuiſti, pro digna ſatisfactione ſeruitio mancipatus diuino, & eius amore paſſus tribulationes, dicere queas Deo: *Ego ſeruus tuus ſum.*

VII.

VII.

Sapiens in verbis producet ſeipſum. Et quidem ſapiens Dauid, ſeipſo modò ſapientior, ad viuum depingit ſe in principali ſuæ Pœnitentiæ Pſalmo, *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam.* Laborat naufragus Dauid, & hæc quidem vox, *Miſerere mei Deus*, naufragi laborantis eſt, vt notat in Scholiis Baſilius. *Propoſita hæc verba conueniunt & diuiniſſimo Dauidi, & populo captiuo, & iis qui inter nos malo ſunt affecti. Magna ſiquidem vulnera paribus etiam indigent pharmacis. Quapropter & magnus Dauid vniuerſam in ſe gratiam effundi, & totum miſerationum fontem in peccati ſui vlcera euacuari orat.* Hic ipſe præfert in ſe viuam imaginem contritionis, confeſſionis, abſolutionis, atque ſatisfactionis, ex quibus partibus conditur, conficitur & perficitur Sacramentum Pœnitentiæ. Eccli. 20. 29. Pſal. 50.

CONTRITIO.

Miſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Pſal. 50. PERFECTA.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

CONFESSIO.

GENERALIS, ET SPECIALIS. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.*

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

ABSOLVTIO.

REDDITA. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.*

SATISFACTIO.

OBLATA. *Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.*

Libera

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. CONSVMMATA ET ACCEPTATA.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut. 27, 9.

ATtende miſerias animæ tuæ, & in vaſta earum abyſſo, inſtar patientis naufragium, extolle vocem, & clama: *Miſerere mei Deus.* Attende Dauidicam contritionem, perfectam confeſſionem, regalem abſolutionem, conſummatam CHRISTI ſatisfactione compenſationem eius qui dicit: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Hic docet naufragos pœnitentiam, & ita docet, vt partes

Digitized by Google

perfecti magiſtri agat. Offert Deo, *Docebo iniquos vias tuas*, hoc eſt, vt in Scholiis Baſilius ait, *recuperata benignitate tua archetypus ero pœnitentiæ iis qui præſentem hanc vitam amplectuntur. Ero & præco bonitatis tuæ, exhortaborque impios homines, & præuaricatores, vt ad te ſupplices accurrant.* Hic præco bonitatis diuinæ, hic archetypus pœnitentiæ Sacramentalis per typos & imagines acceptas ex Euangelio, Pſalmi huius verſibus conſonantes colit, ac colere pœnitentiam docet. ATTENDE, fili pœnitentiæ, vt nouus Dauid appareas. AVDI, Pater pœnitentiæ, quomodo excipere confeſſionem debeas, vt exiſtas dignus Vicarius Chriſti, cuius diuina exemplaria contemplanda, ac pariter imitanda proferuntur, & oſtenduntur in ſecunda ſacri Oratorij Parte.

Compareant, in anima pœnitentis, imago ouis errantis; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti ouem quærentis.

IMA-

EXEMPLAR CONTRITIONIS. *Luc. 15.*
Errans ouis de paſtore amiſſo dolens.



DAVID ERRANS, ET DOLENS.
Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO DECIMAOCTAVA EXPLICATA.

BONVS paſtor, cuius exhibita imago, miſericordiam, pietatem, benignitatemque repræſentat, Chriſtus eſt. Apparuit humanitas & benignitas boni Paſtoris in eo quod ipſe Lucæ 15, 4. declarat: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & ſi perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam?* Angelos, & Angelicas iuſtorum animas Chriſtus deſerit, vt animam peccatoris irretitam ſentibus & vepribus criminum illaqueatam quærat, inueniat, manumque porrigat, vt è miſero ſtatu eripiat. Anima peccatoris *cor ſuum dabit in ſimilitudinem* Eccli.38, *picturæ*, vt inſtar errantis ouis de iactura boni Paſto- 28. ris vehementer doleat & conteratur, totuſque contritus & afflictus clamet: *Erraui ſicut ouis quæ periit.* Pſal.118, Memor magnæ miſeriæ ſuæ, & miſericordiæ diui- 176. næ, erumpat in vocem illam: *Miſerere mei Deus ſe-* Pſal.50,3. *cundùm magnam miſericordiam tuam.* Hanc magnam miſericordiam inquirunt oues errantes, hanc implorant pœnitentes, & *admonendi ſunt*, inquit Gregorius 3.parte Paſtoral.cap.30. *vt de miſericordia, quam*

Digitized by Google

poſtulant, præſumant, nc vi immoderatæ afflictionis intereant. Neque enim piè Dominus ante delinquentium oculos flenda peccata opponeret, ſi per ſemetipſum eos diſtrictè ferire voluiſſet, quos miſerando præueniens ſemetipſis Pſal.90,2. *indices fecit. Hinc enim ſcriptum eſt: Præueniamus faciem eius in confeſſione*. Diſcat hinc, diſcat Confeſſarius animarum, more Chriſti agere cum pœnitente: offerat operam ſuam in formam boni Paſtoris, vt ouem intricatam ſic eripiat & extricet. Chriſtus porrigit manum, porrigat & Confeſſarius: teſte enim Baſilio Sermone de Pœnitent. *Cordati viri eſt, dextram fratribus ad pœnitentiam porrigere*. Porrigit manum in effigie Paſtor.

Miraculoſa imago.

Miraculum in perdita oue patratum.

MIrabile templum Dei, mirabile pœnitentiæ oratorium, in quo miraculoſæ imagines exhibentur. Nulla hîc datur imago, quæ non ſit miraculis celebris & illuſtris. Celebris & illuſtris eſt effigies boni paſtoris, & humanæ ouis errantis, cùm præter omnem naturæ ordinem deſcenderit è cælo Deus, vt hominem à culpis exemptum in cælum eueheret. Reſplendet in rebus miraculoſis diuina Dei virtus ac poteſtas, & hæc eadem ſatis apparet in mirabili ouis errantis reductione, quemadmo-

dum

dum Ambroſius in Pſalm.118. Serm.22. concionatus eſt. *In Euangelio ſuo aſſerüit* (Chriſtus) *quòd paſtor reliquit nonaginta & nouem oues, & vnam requirit, quæ errauit. Centeſima ouis eſt, quam dicit erraſſe, perfectio & plenitudo numeri: ipſe te inſtruat & informet. Non immeritò ceteris anteſertur, quia plus eſt à vitio te reuocaſſe, quàm propè ipſa vitia neſciſſe. Imbutos enim vitiis animos exuere frænis cupiditatum, atque emendari, non ſolùm perfectæ virtutis, ſed etiam cæleſtis eſt gratiæ. Emendare enim futura, attentionis humanæ eſt; præterita donare, diuinæ eſt poteſtatis.* Cæleſtem gratiam, diuinamque potentiam ſuam Deus hoc locò manifeſtat, vt perditæ vitæ homo contemplatus hanc imaginem, cum maiori deuotione prorumpat in illam vocem: *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam*; & speret ſibi idem beneficium conferendum, idem ſecum patrandum eſſe miraculum, cum verè dixerit Baſilius Regul.12. *Quia propter peccatorum noſtrorum remiſſionem Vnigenitum ſuum miſit, quantum in ipſo eſt, omnia peccata remiſit.* Hæc virtus pœnitentiæ eſt, vt factam per peccatum iacturam reſarciat. Exclamat propterea Ephræm agens de Pœnitentia: *O artificioſam diſpenſationem! quia nullam prorſus iacturam fieri à Deo ſinit pœnitentia.* Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

CHriſte bone Paſtor, qui ouibus nonaginta nouem in cælo relictis, vnam perditam ouem in terris quæſiſti, & inueniſti: quære me, vt inuenias me: erraui enim ſicut ouis quæ periit: amiſi te Deum meum, & tecum ſimul omnia perdidi. *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam.*

Pſal. 50, 2.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ:
Exemplar ouis errantis, exemplar pœnitentis de iactura Dei dolentis.

I.

Imitatio ouis errantis.

PRimus ac principalis actus pœnitentiæ ille eſt, quo de perdito Deo miſera pœnitentis anima dolet, ac ſimul luget. Summa hæc iactura eſt. *Scito, & vide, quàm malum eſt & amarum, reliquiſſe te Dominum Deum tuum.* Conſidera, Chriſtiane Dauid, te oui erranti ſimilem, cui bonus paſtor occurrit & ſuccurrit, vt de malo ſummo te iam clementer educat: igitur eripientis Dei manum poſtula, & roga: *Operi manuum tuarum porriges dexteram.*

Ierem. 2, 19.

Iob 14, 15.

II.

II.

Nulla rerum humanarum adeò grauis iactura eſt, cui deſit illa conſolatio: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.* Iob 1,21. Cùm peccaſti, Deus tantum malum non intulit, tu auctor tibi damni fuiſti, omnemque tibi viam conſolationis intercluſiſti: ſola tibi reſtat via doloris & contritionis, vt effugias, quod paraſti tibi, malum. Sic perdita euaſit ouis, ſic Dauid effugit; ſic euades, & effugies. *Miſeria culpæ.*

III.

Contemplare bonum Paſtorem, à quo per culpam auerſus es; audi dicentem: *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite à vobis omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſraël? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.* Ezech. 18, 30. *Miſericordia Dei.* Princeps ipſe, cuius grauiter maieſtatem læſiſti, cùm duceris ad æternæ mortis ſupplicium, tibi occurrit, vrget, & inſtat, vt qui auerſus ab eo fuiſti, ad ipſum oculos animæ tuæ conuertas, euadas, & viuas. Quanta hæc miſericordia, quanta hæc pietas eſt!

Digitized by Google

IV.

Extrema miſeria eſt, hominem eſſe damnatum ob hanc cauſam, quòd Deo in æternum careat, nec detur in poſterum via vt ad Deum redire queat. Quid ſi daretur? haud dubiè nec vel vno puncto quieſceret, quàm primum illam arriperet, vt æternam damnationem effugeret. Homo culpæ mortalis reus, deſcendentibus in lacum ſimilis factus eſt, & in graui Dei iactura cum illis conuenit. Hoc ipſum quod illi præſtarent ſi poſſent, exequere tu, cùm poſſis, ad Dominum Deum recurre, & viam ſalutis ingredere.

Summa iactura.

V.

Cùm Polycarpo diras mortis minas Proconſul intentaret, niſi Deum desereret, nihil ſe vmquam mali à Chriſto accepiſſe, accepiſſe verò quamplurima beneficia, reſpondit, ac proinde nullam cauſam poſſe eſſe, propter quam à Chriſto deficeret. Nobilis ac generoſa reſponſio, digna Polycarpo ſententia. Oportebat, vt cùm tentator inſtaret, vrgeretque tentatio ad hoc vt desereres Deum, memor fuiſſes boni Paſtoris, qui nulla in re vel minima tibi nocuit, profuit in multis. qui tot ac tanta beneficia tibi præſtitit, ne vmquam ab illo deficeres, defeciſti tamen. Tandem aliquando reſpice, diuinorum memor

Summa ingratitudo.

mor beneficiorum in benefactorem tuum extitiſſe peccatorem, dole ac luge, contritus ora, & veniam implora.

VI.

Non ſolùm anima, ſed etiam corpus ab auctore ſalutis Deo defecit, & aberrauit, cùm peccati exceſſum commiſit. Hinc infirmitates & morbi, quibus irretitus homo, ouis errantis inſtar, detinetur & implicatur, pungitur dolorum ſentibus, vepribuſque pœnarum angitur. Non deerit ægroto pœnitenti Deus, reſpondebit voto Dauidis, *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Ego dixi: Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi.* Non deerit diuinus è cælo Paſtor morbidæ ſuæ oui, ſi commiſſum exceſſum doleat, & ſalutis auctorem deſeruiſſe verè pœniteat; ſi vocem edat, & clamet: *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam.*

Imitatio in ægritudine.

Pſal. 40, 4.

Pſal. 50, 3.

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar boni Paſtoris, exemplar boni Confeſſarij.

I.

Bonus Paſtor, cùm apud Superos eſſet, & inter cæleſtes Angelos verſaretur, propter errantem ouem,

Imitatio boni Paſtoris.

ouem, & eius amiſſam ſalutem deſcendit è cælis, præferens in ſe formam perfecti Confeſſarij, cuius officium eſt lapſas & dilapſas oues reuocare. Eſto ſit alter Paulus pœnitentium Confeſſarius, vt & di-

Philip. 3, 20. cere queat, *Conuerſatio noſtra in cælis eſt*; nouerit boni Paſtoris exemplo intermittere cæleſtes contemplationes, vt ſacris ſe confeſſionibus impendat.

II.

Iſai. 61, 1. *Spiritus boni Paſtoris eſt ſpiritus Confeſſarij.*

Bonus paſtor de ſe dicit Lucæ cap. 4, 18. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis*. Hic ipſe communicans ſuas vices Apo-

Ioan. 20, 23. ſtolis ac Confeſſariis, donat illis Spiritum ſuum. *Accipite*, inquit, *Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. vt & ſingulis Confeſſariis tenentibus locum Chriſti dicere fas ſit, *Spiritus Domini ſuper me*, qui me Sacerdotem vnxit, & conſtituit ſimul paſtorem, vt pauperculæ oui bonum nuntium offerrem, contritæ pro commiſſis flagitiis benè ſperare iuberem, remedium ſalutis adhiberem, & remiſſionem culparum impenderem.

III.

Bonus Paſtor à Spiritu ſancto ductus eſt in hunc mundum,

mundum, vt per auia & deuia miſeram ouem errantem in ſemita certa & recta conſtitueret. Hoc munus & officium Spiritus ſancti eſt. Vnde Dauid, qui ſe ouem errantem fatetur, & ſimul confitetur, *Erraui*, inquit, *ſicut ouis quæ periit*; à Spiritu Dei re- Pſal.118, 176.
uocandum ſe in viam ſalutis oſtendit, dum canit, *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Qua- Pſ.141,10.
propter Eccleſia ſancta Spiritum ſanctum orans, & ſimul ſui officij monens, ait, *Rege quod eſt deuium.* Meminerit Confeſſarius hunc eumdem Spiritum à Confeſſarij eſt ouem reducere.
bono Paſtore accepiſſe, cùm dixerit, *Accipite Spiritum ſanctum*, & recognoſcat ſe ideò donatum Spiri- Ioan.20, 23.
tu, vt errantem peccatorem reducat ad viam gratiæ, à qua ſe per culpas patratas auertit.

IV.

Bonus Paſtor venit è cælo in Nazareth, & ſecum ſuaues attulit flores, quibus irretitam ſpinis & vepribus ouem alliceret, & ſimul attraheret. Nouerit Con- Ouem attrahere.
feſſarius ornare ſe floribus, bonis deſideriis ſalutis alienæ, vt cùm pœnitens peccatorum ſentibus intricatus & illaqueatus cupidum ſalutis ſuæ eum viderit, ad dolorem & contritionem magis excitetur, alliciatur ad Confeſſionem, & ad Deum pertrahatur. Cùm malè quis habet, & aduertit medicum ſuiipſius magis optare valetudinem, eò magis ipſe mo-

uetur & incitatur, vt ſuæ propriæ ſaluti prouideat & conſulat. Quò maius eſt in Confeſſario deſiderium, vt pœnitens doleat de commiſſis, ac ſanetur, eò maior cupiditas eſt in pœnitente, vt de peccatis contritionem habeat, & ſalutem ſibi acquirat.

V.

Manum porrigere. Bonus paſtor manum porrigit oui, quæ adhuc inter vepres & ſentes peccatorum depingitur, & inſtruit Vicarium ſuum, vt ſciat manum pœnitenti extendere, & ſimul offerre, virtute clauium, remiſſionem & indulgentiam delictorum. Princeps Apoſtolorum ac ſimul Confeſſariorum Petrus eſt, cui dixit Chriſtus, *Tibi dabo claues regni cælorum.* dedit, quas & ipſe geſtat in manu, vt ouibus errantibus offerat: & quidem offert, vt earum beneficio gaudeant, & ad cæleſtia paſcua virtute Confeſſionis adſpirent. Chriſtus ſine clauibus pingitur, Petrus cum clauibus, quas in manibus Confeſſariorum bonus Paſtor conſtituit.

Matth.16, 19.

V I.

Ouem ſolari. Bonus paſtor baculum in manu geſtans ſe offert, & exhibet erranti oui non ad terrorem, ſed ad animi alacritatem, non ad punitionem, ſed ad conſolationem. Hunc eumdem intuitus Dauid, & ſimul errans ouis ait: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in*

Pſal.22,2.

in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit, me animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum. Nam, & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Quid enim baculus, niſi pœnitentia eſt? Confirmat agens de Pœnitentia Ephræm: *Peccatum conſcientiam diuellit, pœnitentia verò baculus ad eius requiem efficitur; nam Dominus erigit eliſos, verùm per pœnitentiam id facit. Quando enim à Dauide dici audieris, Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt, intellige quòd per pœnitentiam iſtud fieri dixerit.* Paſtor vtitur baculo ſuo, vt omnes viarum ſuperet difficultates, quæ occurrere ſolent in munere paſtorali. Chriſtus baculo pœnitentiæ innixus, quidquid eſt arduum tranſgreditur, vt perditæ oui ſuccurrat; vnde & ouis ex baculi contemplatione non terretur, ſed excitatur; non affligitur, ſed recreatur. Huic eidem baculo innitens & incumbens Confeſſarius, quidquid graue & difficile occurrat, vincat animosè, & oui perditæ & afflictæ miſericordiam diuinam imploranti clementer ſuccurrat, & in humeros ſuos eam ſuſcipiat.

VII.

S. Auguſtinus libro de Salutaribus documentis

Ouem portare. cap.52. agens de Confeſſario ait: *Sit beneuolus, paratus erigere, & ſecum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcretionem in varietate.* Dulcis ac pius moneat errantem ouem, ſicut illam monet Laurentius Iuſtinianus Serm. de Conuerſione: *Non eſt Deus talis, vt lætetur in perditione morientium, neque vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Diligit facturam ſuam, opus manuum ſuarum, amatque imaginem ſuam non ſculptam in marmore, nec in parietibus pictam, ſed quam impreſſit*
Gen.1,26. *in anima, ſicut ipſe ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Hanc in perdita oue centeſima, relictis nonaginta nouem, in montibus requiſiuit.* Rogat Baſilius Reg. 8. quomodo tractandus ſit qui legitimè ac verè reſipiſcit; & reſpondet: *Sicut Dominus docuit dicens: Conuocat amicos ac vicinos ſuos dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram.*

Compareant, in anima pœnitentis, imago Regis Æthiopis; in ſpiritu Confeſſarij, imago infantis Chriſti.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR CONTRITIONIS. *Matt. 2.*
Rex æthiops dolens de candore gratiæ amiſſo.



DAVID DENIGRATVM SE DOLENS.
Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO DECIMANONA EXPLICATA.

CVLTVS & adorationis Regum hæc imago regia eſt, quorum vnus Æthiopiæ nomine accedit, vt purum & tenerum Chriſtum adoret infantem. Traditio hæc communis eſt, cui fauet illud Dauidicum: *Æthiopia præueniet manus eius Deo.* & illud: *Coram illo procident Æthiopes.* Ater & turpis color inerat regali animæ, necdum deletâ maculâ, quæ per cultum & adorationem erat penitus emundanda, cùm Sermone de Epiphania dixerit Auguſtinus: *Talem natum eſſe crediderunt, in quo adorando ſalutem, quæ ſecundùm Deum eſt, conſecuturos minimè dubitarent.* Prodit itaque Rex, ac petit, vt inuſtas criminum labes Chriſtus abſtergat & deleat. Benè Baſilius in Pſalm. 37. monet: *Ne patiamur, vt quaſi quoddam atramentum ac tabum peccata per animæ profundum penetrent.* Ecce vel in ipſo Regis vultu tabum & atramentum peccatum eſt, cuius infamem lituram vt Chriſtus deleat & tollat, plenus ille lacrymis orat, & exorat, *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati,* & miſeræ ſeruitutis notas ſibi inurit. Doleat, qui ſeipſum denigrauit, de candore

Pſal. 67, 32.
Pſal. 71, 9.
Ioan. 8, 34.

amiſſo

Pſal.50,2. amiſſo gratiæ; accedat, gemat, & clamet: *Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Oret quoque Matrem miſericordiæ, & eius imploret opem, vt quæ ſpeculum ſine macula genuit, & candorem lucis æternæ protulit, maculas auferat, & gratiæ candorem afferat. Hanc miſericordiæ matrem orabat S. Ephræm de Laudibus eius agens, & opportunè dicebat: *Sub tuum præſidium confugimus, ô ſancta Dei genitrix: ſub alis pietatis ac miſericordiæ tuæ protege & cuſtodi nos. Miſerere noſtri, qui ſordibus peccatorum conſpurcati ſumus.*

Miraculoſa imago.

Miraculum in Æthiope patratum.

NAturæ viribus Æthiops nigrum ſuum nequit mutare colorem, nec peccator turpem ſuam poteſt relinquere conditionem, cùm ſcriptum ſit Ieremiæ cap.13, 23. *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.* Rex Æthiops diuinitus pellem ſuam mutauit, cùm eius anima, virtute Chriſti & eius puriſſimæ Matris, candidata eſt. *Candor animæ,* teſte D. Bernardo Serm.71. in Cant. *indulgentia Dei* Iſai.1,18. *eſt, ipſo dicente per Prophetam, Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Excitare tanto miraculo, vt proſtratus coram imagine clames:

Oratio

Oratio noui Dauidis.

CHriſte Rex vniuerſorum, qui Magum de Oriente Æthiopem dedignatus non es, ſed ſpiritaliter dealbaſti, miſerere quoque denigratæ animæ meæ, labem inuſtam abſterge, lituram aufer, *& ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Pſal.50,2.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Regis Æthiopis, exemplar gratiam amiſſam dolentis.

I.

ANima diuinæ gratiæ virtute tota candida, tota niuea eſt, & quidem ad ſtuporem ſpectantium. *Pulchritudinem candoris eius mirabitur oculus.* Mirantur & Angeli cùm in illam oculos dirigunt: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum?* Cùm illam nouerint nitidam in ſtatu diuinæ gratiæ, & per eius amiſſionem ita denigratam cernunt, dicunt per admirationem: Hæccine eſt anima perfecti decoris & candoris, cuius ſpecies & forma adeò nobis mirabilis erat? Vbinam antiqua ſpecies, vbi prior elegantia? vbi ſplendor, & nitor diuinæ gratiæ?

Imitatio Regis Æthiopis.

Eccli.43,20.

Cant.3,6.

II.

Si quis vultum ſuum in ſpeculo contemplatus, labem aliquam deprehendat, totus ſollicitus eſt, nec quieſcit, donec illa tollatur & abſtergatur. Cernis in Rege Æthiope quaſi in ſpeculo faciem tuam, ac ſimul nigras maculas peccatorum conſideras. Quid moraris? quare notas ita infames tollere & delere non feſtinas? Delebis, ſi doleas; dolebis verò, ſi penitus denigratam animam tuam eſſe curioſiùs perpendas. *Pœnitentia eſt ſicut bona lotrix macularum, contritio verò eſt bona candidatrix*, vt ait beata Maria libro 4. Reuelat. S. Birgittæ cap. 39.

Facies peccatoris.

III.

Magnipendunt homines amicitiam Regum ac Principum, & quò maior eſt Monarcha, maior eſt gratiæ æſtimatio, ac conſequenter dolor maior, ſi ſemel illa amittatur. Rex Regum & Dominus dominantium Deus eſt, ac proinde amicitia & eius gratia ſumma. Summa quoque eius iactura cenſenda eſt. Conſidera quantum laborent & inſudent aulici homines, vt gratioſi Regi fiant, præſertim cùm ſe minùs gratos eſſe exiſtiment. Ad eorum imitationem, cùm te ingratum Deo ſcias, omnibus modis contende in tanti Principis gratiam & amicitiam redire. Certè ſi dolendo poſſent aulici conciliare ſibi Reges,

Iactura gratiæ.

Digitized by Google

Reges, dolori non parcerent. Deus quidem parcit pœnitenti, qui propter iniurias cælo factas & illatas dolore torquetur.

IV.

Vnuſquiſque ſuæ gratiæ auctor eſt, vt eam voluntariè donet cui volet, & ſemel amiſſam, cui velit illam refundat. Deus auctor eſt gratiæ ſuæ, vt il- *Deus donator gratiæ.* lam pro arbitrio ſuo largiatur. *Gratiam & gloriam* Pſal. 83, 12 *dabit Dominus.* Penes illum quoque eſt donare iniurias, peccata tollere, maculaſque delere, cùm ipſe dicat: *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas.* Quapropter Iſai. 43, 25. Rex Æthiops in propoſito exemplari notam, quam in facie habet, oſtendit, vt abſtergat illam Chriſtus, à quo ſolo amiſſæ gratiæ reſtauratio optata dependet. Penes Deum eſt gratiam perditam refundere, penes te illam dolendo ac plorando poſtulare.

V.

Conſiderans anima ſtatum ſuum, inſpiciens & *Defectus gratiæ.* introſpiciens ſe obſcuratam & denigratam, confundatur, & tota confuſa exclamet: *Quomodo obſcura-* Thren. 4, 1. *tum eſt aurum, mutatus eſt color optimus?* Diuini amoris rutilante auro fulgebam, quomodo obſcuratum eſt aurum? Nitebam diuinæ gratiæ candore, quid ſic mutatus eſt color optimus? Culpâ meâ obſcuratum aurum eſt, tuâ gratiâ refulgeſcet; culpâ meâ

color optimus mutatus eſt, tuâ gratiâ prior candor
Cant.1,5. reuiuiſcet; meâ culpâ *nigra ſum*, eorum numero ad-
Thren.4,7. ſcripta, quos deſcribit Ieremias, *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum*: tuâ gratiâ candida & nitida fiam, ſimilis Nazaræis, quos nitidiores niue, & candidiores lacte idem Propheta depingit.

VI.

Recurſus ad Matrem gratiæ. Habet ante oculos ſuos anima denigrati peccatoris Filium & Matrem Dei, quibus infenſus eſt, dicitque propterea in Soliloquio Bonauentura: *Cùm peccaui in Filium, irritaui matrem: matrem offendere non potui ſine ira Filij. Quid ergo, ô homo, faciam? Quis reconciliabit me Filio, inimica matre? Quis mihi placabit matrem, irato Filio?* Concipit ſtatim animos: *O anima, non dubites, etſi ambo ſint offenſi, ambo tamen ſunt clementes. Fugiat ergo reus iram iuſti Dei ad piam matrem, refugiat reus iram offenſæ matris ad benignum Filium, & dicat: Deus, qui factus es filius feminæ propter noſtram miſeriam, aut miſerere mihi impiæ peccatrici, aut oſtende mihi magis miſericordem, ad quem ego miſera confugere valeam.*

VII.

Imitatio in ægritudine. Naſcitur ex concupiſcentia peccatum, mors verò habet ortum ſuum ex peccato. *Concupiſcentia*, Ia-
Iac.1,15. cobus ait, *cùm conceperit, parit peccatum, peccatum verò cùm*

cùm conſummatum fuerit, generat mortem. Quid aliud infirmitas eſt, quàm obſcura mortis vmbra? Hanc caliginem mortis præfert in ſe & in facie ſua Æthiops qui inuenit Chriſtum & Matrem, ac pariter adorauit. Quiſquis ergo tangitur vmbrâ mortis, clamet:

Memento, rerum conditor,
Noſtri quòd olim corporis,
Sacrata ab aluo Virginis
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Dulcis parens clementiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et mortis hora ſuſcipe.

Oret cum Eccleſia: *Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.* Contritus de culpa, triſtis de morte & eius vmbra, prorumpat in illam vocem: *Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Dele Fili, dele Mater.

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti infantis, exemplar Confeſſarij.

I.

Imitatio Chriſti infantis.

REx Æthiops venit ad pedes Chriſti, vt amiſſæ gratiæ candorem recuperaret: inuenit puerum cum Maria matre eius, maternè à Matre, à Filio verò humaniter exceptus eſt. Humano igitur & ſimul materno affectu excipiat Confeſſarius pœnitentem, qui denigratus venit, vt Sanguine Agni, qui datur & miniſtratur in Sacramento Confeſſionis, candidus efficiatur.

II.

Officium Confeſſarij eſt temperatè agere.

Vbi ſol magis ardet & vrit, ibi nigriores homines reperiuntur; & vbi maior eſt æſtus peccati, ibi & maior animæ nigredo eſt, quæ tolli nequit, niſi virtute Spiritus ſancti. Habet hanc vim Spiritus Dei, vt temperet æſtum, cùm ab Eccleſia dicatur, *In æſtu temperies.* Mirabilis eſt temperies diuinæ illius auræ, quæ non ſolùm tollit æſtum peccati, ſed & atrum colorem, quo anima infecta eſt, penitus aufert. Hunc ipſum Spiritum infudit Chriſtus Apoſtolis, ſimulque Confeſſariis, cùm ait: *Accipite Spiritum ſanctum*, quo nimirum temperetis omnem

Ioan. 20, 22.

æſtum,

æſtum, & omnem inde candoris gratiæ priuationem accedentem exulare compellatis. Confeſſarius, qui Spiritus ſancti temperiem ſecum affert, & ipſe temperatus eſſe debet, ac tenetur temperatè atque modeſtè cum pœnitente ſe gerere.

III.

Fumo ſimilis culpa eſt, & quidem ſicut fumus albos & candidos aliàs parietes, atros & nigros reddit, ſic & culpa animas deturpat & denigrat. Tollitur è pariete fumus, vt candidus rurſum fiat. Cùm ergo pœnitens inſtar Æthiopis denigratus accedit ad Confeſſionem, ſiſtit ſe Chriſto, ſiſtit ſe eius Vicario, vt fuliginem culpæ tollat, & candorem gratiæ ſubſtituat. Abſtergitur culpa non tam hominis manu, quàm cultro; culter autem, quo anima candidatur, eſt gladius Spiritus ſancti, quem in manibus Apoſtolorum & Confeſſariorum Chriſtus apponit, cùm dicit: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Adde & illud Pauli: *Accipite gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei.*

Animam dealbare.

Ioan. 20, 22.

Epheſ. 6, 17.

IV.

Quòd ſi Chriſtus, cùm Sacramentum Pœnitentiæ condidit, afflauit & inflauit in Diſcipulos, idcircò flatum Spiritus ſancti Confeſſariis ſuis dedit, vt vocatos ſe ſcirent ad diſſipandum peccatorum fumum.

mum. Diſſipatur fumus vento; & aurâ Spiritus ſancti culpa pœnitentis, quæ fumoſa & tenebricoſa

Culpam abigere. cùm eſt, euaneſcit. Et quidem ventus ſuſcipit fumum in ſe, vt illum proiiciat: ſic quoque Sacerdos, cùm pœnitens ad eum recurrit, peccata expoſita in Confeſſione recipit in ſe, vt amandet, & ita longè proiiciat, vt purus à fumo pœnitens di-

Pſal.102, 10. cere queat: *Non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis. Quoniam ſecundùm altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates noſtras.*

V.

Sanctus Bonauentura in Confeſſionali cap.1. particul.6. *Attende diligenter, ô Iudex pœnitentialis, quod*

Leuit.19, 15. *tibi dicitur, Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vul-*

Perſonas non reſpicere. *tum potentis.* Siue pauper ſit ſiue potens, ſiue ſubditus ſit ſiue Rex, excitet illum vt oret, ſicut orauit Auguſtinus in Meditationibus: *Fateor, Domine, & gratias ago, quòd creaſti in me hanc imaginem tuam, vt tui memor te cogitem, te amem: ſed ſic eſt abolita attritione vitiorum, ſic eſt obfuſcata fumo peccatorum, vt non poſſit facere ad quod facta eſt, niſi tu renoues & reformes eam.* Excitet illum, vt ad multitudinem miſericordiarum

rum Dei confidenter recurrat, vſurpans verba Baſilij Regul.13. Contractarum: *Quòd ſi miſerationum Dei multitudo numerari, & magnitudo menſurari poterit, in collationem multitudinis & magnitudinis peccatorum fiat deſperatio. Si verò peccata quidem, vt credibile eſt, & menſurari & connumerari poſſunt, miſericordiam verò Dei menſurari & miſerationes illius numerari impoſſibile eſt, non eſt occaſio deſperandi, ſed miſericordiam Dei agnoſcendi, & peccata condemnandi*: ac ſimul orandi, *Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Et quidem abuſus pœnitentis eſt, vt, magna & ſumma miſericordia Dei conſiderata, auſit in Deum peccare, & conſpirare, certus de futura condonatione & venia. Poſtquam verò iam deliquit, ne diffidat aut deſperet; multitudo miſerationum diuinarum in vſum venit. Venit tamen ita in vſum, vt cùm aſſerat Dauid, *ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam*, oſtendat, quàm tetra & atra ſit iniquitatis lues & labes, cuius abſterſio ſummam copiam & abundantiam miſerationum requirit & exigit. Hanc autem copiam miſerationum peccator petat à Chriſto, qui eſt *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.* 2.Cor.1,3. de quo pulchrè Bernardus Serm.5. de Natali: *Rectè non pater iudiciorum vel vltionum dicitur, ſed*

Pater miſericordiarum : non modò quòd pater videatur miſereri potiùs quàm indignari, & quemadmodum pater filiorum miſereatur timentium ſe; ſed eò magis, quòd miſerendi cauſam & originem ſumat ex proprio, iudicandi vel vlciſcendi magis ex noſtro, ex noſtris ſcilicet peccatis. Sed ſi propter hoc Pater miſericordiæ, quare pater miſericordiarum? Apoſtolus nobis in vno verbo, in Filio vno, ipſam quoque duplicem miſericordiam commendat, Patrem dicens non vnius tantùm miſericordiæ, ſed miſericordiarum, & Deum non vnius, ſed totius conſolationis, qui conſolatur nos non modò in hac vel illa, ſed in omni tribulatione.

Compareant, in anima pœnitentis imago leproſi; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti mundantis leproſum.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR CONTRITIONIS. *Matt. 8.*

Vir, leproſus triſtis de turpitudine lepræ.



DAVID DE TVRPITVDINE CVLPAE.

Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

BIBLIOTECA

Hh 2

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMA EXPLICATA.

REPRAESENTAT hæc imago Chriſtum & virum leproſum, cuius cap.8, 1. meminit Euangeliſta Matthæus. *Cùm deſcendiſſet,* inquit, Ieſus *de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ: & ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.* Turpitudinem lepræ, ſimulq́ue ſqualorem culpæ, conſiderauit in ſe homo leproſus, agenſq́ue pœnitentem recurrit ad Chriſtum, vt ab vna & altera liberaretur. Similem huic leproſo putabat ſe eſſe Dauid, & ab horrida culpæ lepra purgari cupiens aiebat: *Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Pſal.50,4. Ad hanc formam infectus lepra peccator componat ſe, doleat de turpitudine culpæ, de lepræ labe triſtetur, ſi velit cum leproſo purgari, ſi cum Dauide velit emundari. Huc pertinet annotatio Richardi de ſancto Victore cap.13. de Poteſtate ligandi atque ſoluendi: *Quando Deus dat animæ peccatrici odiſſe quod priùs amabat, deteſtari quod antè deſiderabat, cum voto*

 con-

continendi, confitendi, ſatisfaciendi, efficitur ſtatim emundatio integra & plena leproſi.

Miraculoſa imago.

Miraculum in leproſo patratum.

VEnit Euangelicus leproſus, venit peccator, vt à lepra culpæ ſuæ mundaretur: *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, niſi tu qui ſolus es?* Excedit omnem naturæ potentiam hæc purgatio, diuinæ ſolius poteſtatis eſt, quæ ita hominem mundat, vt nullum in eo maneat veteris culpæ, veteris lepræ veſtigium, & hoc quidem ſacræ virtute Confeſſionis. *Mundat noſtra confeſſio, dum promitur*, ait Ambroſius cap.8. Apolog. Dauidis, & cap.14. teſtatur, munditiem ſacræ Confeſſionis ſplendeſcere in eo, *in quo veterum deliĉtorum fuerit deleta colluuies, nec inſcripta manſerit aliqua iniquitatis effigies.* Conſonat Chryſoſtomus Homil.80. ad popul. Antioch. *Deus cùm delet peccata, neque cicatricem relinquit, neque permittit remanere veſtigium; ſed cum ſanitate pulchritudinem quoque reſtituit, cum liberatione à pœna dat & iuſtitiam, & præuaricatum non præuaricato ſimilem reddit.* Cùm igitur ad Confeſſionem venis, & petis, *Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me*, mirabiliter ita purgari, ita mundari poſtula, vt inuſta criminum labes omnino tollatur, nec veſtigium

Iob 14,4.

Pſal. 50,4.

ſtigium quidem eius aut indicium ſupereſſe aliquando deprehendas. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

CHriſtè ſanɛte, qui virum leproſum à ſua lepra liberaſti, reſpice me miſertus mei: ecce ego miſer peccator ſordidus ſum, & leproſus, Domine, ſi vis, potes me mundare, potes & lauare. *Ampliùs lauа me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Pſal. 50, 4.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ:
Exemplar leproſi, exemplar turpitudinem culpæ dolentis.

I.

PEccauit olim Maria contra Moyſen fratrem ſuum, &, quod amplius eſt, grauiter deliquit in Deum, ſtatimque horrida lepra maculata eſt. Peccauit Ozias rex, & apparuit deteſtabilis. *Cumque reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum. Sed & ipſe perterritus, accelerauit egredi, eò quòd ſenſiſſet illicò plagam Domini.* Viden' quàm ſit horrida lepra? Viden' quàm ſit turpis ac deteſtabilis

Imitati, leproſi.

2. Paralip. 26, 20.

lis culpa? Erubeſce, & dole te tali lepra fœdatum, te tanta turpitudine maculatum.

II.

Cogita quid Numerorum 12. Mariæ ſorori Moy-
Num.12, ſis acciderit poſt peccatum detractionis. *Et ecce Ma-*
10. Horror peccati. *ria candens lepra quaſi nix. Cumque reſpexiſſet eam Aaron, & vidiſſet perfuſam lepra, ait ad Moyſen: Obſecro, domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod ſtultè commiſimus, ne fiat hæc quaſi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris ſuæ.* Similis huic Mariæ anima leproſi eſt, dolens ac lugens oret: Obſecro, Domine, ne imponas mihi horridum hoc peccatum quod ſtultè commiſi, ne fiam ſimilis abortiuo, quod de vulua ſuæ matris proiicitur.

III.

Criminis patrati macula humanis viribus lauari
Ierem.2, nequaquam poteſt. *Si laueris te nitro, & multiplica-*
22. Macula viribus humanis indelebilis. *ueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.* Solus Deus tollere poteſt hanc lepram, cui dicit leproſus: *Domine, ſi vis,*
Matth.8,3 *potes me mundare.* Cùm ſolus ipſe ſit qui præſtat hoc beneficium, ab illo ſperandum eſt, ab illo poſtu-
Pſal.24,11 landum, dicendumque: *Propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.*

IV.

Digitized by Google

IV.

Multa lepra fœdatum & deturpatum Oziam Pontifex Azarias, & reliqui Sacerdotes exhorruerunt, & præ horrore conſpectum eius fugerunt. Longè alius Chriſtus eſt, longè alij ſunt Confeſſarij. Habemus Pontificem, qui non repellit & abiicit à ſe leproſos, ſed libenter admittit, libenter emundat, & omnino purgandos ſuis Sacerdotibus mittit. vnde & viro leproſo, quem mundat in Euangelio, dicit: *Vade, oſtende te Sacerdoti.* Hoc ipſum tibi dictum exiſtima, vt ſi cupias à lepra mundari, præſentes te Chriſto, & non ſolùm Chriſto, ſed etiam eius Vicario, cuius officium eſt, non abiicere pœnitentes, ſed admittere, recipere ad ſe, eorumque lepram abſtergere.

Non horret peccatores Chriſtus.

Matth. 8, 4

V.

Horruit Mariam Aaron, cùm frater ipſius eſſet impar ferendo & tolerando eius ſqualori, eiuſque turpitudini. Chariorem fratrem habemus, Deum pariter & hominem, cuius miſericordiæ magnitudini impar eſt noſtra miſeria, cuius amore fraterno minor eſt & inferior offenſæ horrida lepra, de qua in ſuis Meditationibus aſſerit Auguſtinus: *Tolerabiliùs canis putridus fœtet hominibus, quàm anima peccatrix Deo.* Fœtida peccatoris anima quæ in peccato

Humilitas illum conciliat. perſeuerat, irritat Deum, quem cùm iratum habueris, vt tibi facias amicum, clama: *Quem perſequeris, Rex Iſraël, quem perſequeris? canem mortuum perſequeris.* Saul in Dauidem penitus exacerbatus, ad hanc humilem vocem iram poſuit: ponet & piiſſimus Deus, qui putridum canem non horret, ſi nouerit pœnitens commiſſas culpas horrere.

1.Reg.24, 15.

V I.

Imitatio in ægritudine. Leproſus Euangelicus anima & corpore laborabat, & recurrens ad pœnitentiam vtriuſque partis inuenit ſanitatem, & quidem cùm iam deſperatus eſſet. Quiſquis ſub Medicis eſt, nec curatur, præſtet quod ille præſtitit, pœnitens recurrat ad Chriſtum. Benè Baſilius in Aſceticis: *Vbi deſunt medendi ſubſidia, non omnem ſpem ad ſolatium triſtium in hanc artem ponamus, ſed ſciamus Deum, aut non permiſſurum, vt ſupra quàm ferre queamus tentemur: aut quemadmodum aliquando Dominus vel luto facto cæcum illiniit, & lauare in Siloam iuſſit, vel ſola voluntate contentus dixit: Volo, mundare.* Mundabit ægrum, ſi orauerit: *Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.*

Audi

Digitized by Google

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti mundantis leproſum, exemplar Confeſſarij.

I.

NOn horret Chriſtus leproſum, ſed potiùs ipſum accedit, manum ſuper caput eius impoſnit, & à fœda lepra curat, ac inſtruit Confeſſarios ſuos, vt cùm peccatores pleni ac fœdati culpis ad eorum pedes acceſſerint, paternè illos excipiant. Pater non horret filium leproſum, benignè cum illo agit, & compatitur. Chriſtus Pater eſt futuri ſæculi, non abiicit filios leproſos, ſed admittit, & amplectitur; & quos in ſuum locum ſubſtituit ac ſui vicarios conſtituit, patres eſſe voluit. Filios pœnitentiæ eis dedit, vt paternus in filios amor multitudinem peccatorum, quæ aliàs horrida viderentur, operiat.

Imitatio Chriſti leproſum mundantis.

II.

Cùm auctor & inſtitutor Sacramenti Pœnitentiæ dixerit Confeſſariis, *Accipite Spiritum ſanctum*, inſinuauit eos à ſe vocari, vt ſordidatos lepra peccatorum homines lauarent & emundarent, quandoquidem hoc munus eſt Spiritus ſancti, cuius participes ſunt. Confirmat Eccleſia munus hoc ad Spiritum ſanctum pertinere, cùm eumdem Spiritum orat:

Officium Confeſſarij, mundare eſt. *Ioan. 20, 22.*

Laua quod eſt ſordidum. Ergo ne dedignetur Confeſſarius leproſum pœnitentem admittere, & eius ſordes abluere, cùm ipſe Spiritus ſanctus, cuius miniſter eſt, aſſumat hoc ſibi veluti proprium: nec proprium eſſet miſereri ſemper & parcere peccatoribus leproſis, niſi eſſet ſui muneris eorumdem pœnitentium ſordes & lepras abluere & emundare.

III.

Conſideret Confeſſarius, ſcyphum ſe eſſe Spiritus ſancti, in quo Deus repoſuit aquam mundam, cuius meminit Ezechiel cap. 36, 25. *Et effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Tunc temporis hoc implendum erat, cùm Spiritus ſanctus eſſet effundendus, ac proinde explicans ſe Deus, addit: *Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri.* Factum puta. Dicitur Confeſſariis: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Non accipiunt Spiritum Dei vt apud ſe illum retineant, ſed effundant: nec enim ſcyphus immiſſam ſibi aquam recepit vt ſibi reſeruet, ſed vt reddat. Reddat quod accipit Confeſſarius, vt leproſi ab omnibus inquinamentis expurgentur & abluantur.

Ioan. 20, 22. *Lauare aquâ Spiritus ſancti.*

IV.

Conſideret Confeſſarius, præditum ſe eſſe Spiritu ſancto,

ſancto, qui tardus non eſt, ſed nimis feſtinus & velox. Neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. Quare cùm primùm à ſuo pœnitente requiratur, vt excipiendo eius Confeſſionem, à lepra eum eripiat, ne moras nectat, ſed ſtatim acquieſcat. Acquieuit Chriſtus, cùm à leproſo diceretur: *Domine, ſi vis, potes me mundare.* feſtinatò reſpondit: *Volo, mundare.* Adhuc idem Dominus in vtero matris ſuæ continebatur, & eam ſollicitabat & vrgebat, vt in montana properaret, vbi Ioannes infectus erat lepra originali, & feſtinauit. *Exurgens Maria, abiit in montana cum feſtinatione.* Cùm pœnitens ſuam facit confeſſionem, longus & prolixus eſt, ſed cùm Sacerdos impendit abſolutionem, tribus verbis illam concedit: *Ego te abſoluo à peccatis tuis,* vt vel hinc diſcat Confeſſarius feſtinare, & Chriſtum imitari, & reſpondere leproſo, *Volo, mundare.*

Feſtinare ad ablutionem.

Matth. 8, 3

Luc. 1, 39.

V.

Contempletur in effigie propoſita Chriſtum Dominum, manum ſuper caput imponentem, vt cùm pœnitens ad ipſum expiationis ergô recurrerit, ad alium Confeſſarium non remittat, ſed admittat venientem, & ſub patrocinio ſuo eum recipiat. Medicus es, quare infirmum pœnitentem reiicias, vt ab alio Medico curetur & ſanetur? Iudex es, quare

Retinere pœnitentem.

Digitized by Google

ſiſtentem ſe reum in tribunali tuo non audias? Vicarius Chriſti es, & perſonam eius agis, quare leproſum repellas, quem ipſe lubens admiſit? Confeſſarius à Chriſto deficit, à Chriſto degenerat, cui dixerit pœnitens, *Domine, ſi vis, potes me mundare*, niſi Chriſti reſponſum præbeat, *Volo, mundare.*

VI.

Chryſoſtomus lib.3.de Sacerdotio: *Corporis lepram purgare, ſeu verius dicam, haud purgare quidem, ſed purgatos probare, Iudæorum ſacerdotibus ſolis licebat: neque neſcis quanta cum ambitione, quanto cum ſtudio & concertatione ſacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò noſtris Sacerdotibus non corporibus lepram, verùm animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt. Quare, iudicio quidem meo, qui iſtos deſpiciunt contemnuntque, multò ſceleratiores, ac maiori ſupplicio digni fuerint, quàm fuerit Dathan vnà cum ſuis omnibus.*

Purgare animæ lepram.

Compareant, in anima pœnitentis, imago Paralytici; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti recipientis Paralyticum.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR AGNITIONIS PECCATI. *Mar. 2.*

Paralyticus miserum ſtatum ſuum recognoſcens.



DAVID AGNOSCENS PECCATVM SVVM.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, et peccatum meum contra me eſt ſemper.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMAPRIMA EXPLICATA.

NEMO meliùs ſuam infirmitatem agnouit quàm paralyticus, quem nobis cap.5,18. Lucas Euangeliſta deſcribit. *Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſerunt eum cum lecto in medium ante Ieſum.* Hunc eumdem paralyticum, ſuas omnes ægritudines cognoſcentem, Chriſtoque repræſentantem, exhibet præſens imago, ſimulque monet hortaturque pœnitentem, vt facturus confeſſionem nouerit peccata ſua, interroget conſulatque conſcientiam ſuam, vt poſt habitum examen dicere queat: *Quoniam iniquitatem meam ego* Pſal.50,5. *cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Hoc eſt magiſterium pœnitentiæ, quæ apud S. Iuſtinianum lib.3. de Gradibus perfect. *propriæ agnoſcendæ infirmitatis magiſtra eſt.* Vnde & Gregorius Parte 3. Paſtoralis cap.30. inquit: *Admonendi ſunt, vt inceſſanter admiſſa ante oculos reducant, vt à diſtricto Iudice videri non debeant. Vnde Dauid cùm peteret, dicens: Auerte* Pſal.50, 11.

oculos à peccatis meis, paulò ſuperiùs intulit; Peccatum meum contra me eſt ſemper. ac ſi diceret: Peccatum meum ne reſpicias poſtulo, quia hoc reſpicere ipſe non ceſſo.

Miraculoſa imago.

Miraculum patratum in homine paralytico.

NEſcit ſeipſum peccator, cùm ſit totus paralyticus; cùm ſit infirmus totus, fortem ſe exiſtimat eſſe; & cùm ſit totus vinctus & ligatus, liberum ſe eſſe arbitratur. Hanc difficultatem, quam in cognitione ſui peccator habet, expendit Baſilius Orat. de Humilitate, & ait: *Veriſſimum illud eſt, nihil eſſe difficilius, quàm noſſe ſeipſum. Non enim oculus tantùm ſuo in ſemetipſum munere non fungitur, dum ea quæ extrà ſunt, cernit & perluſtrat; ſed & ipſa mens noſtra, cùm accuratè acriterque peccata perueſtigat aliena, tardior verò in vitiis noſtris conſiderandis eſſe deprehenditur.* Si quis ſui notionem habuerit, rem miram fecerit, cùm Origenes Homil. 2. in Cantica dixerit: *Vnius*, Chilonis ſcilicet, *ex ſeptem, quos apud Græcos ſingulares fuiſſe in ſapientia fama concelebrat, hæc inter cetera mirabilis fertur eſſe ſententia: Scito te ipſum, vel, Cognoſce te ipſum.* Scito quo ſis loco, cognoſce quo ſtatu ſis.

Pſal. 50, 5. Nouit paralyticus, nouit & ille qui dicit, *Quoniam*

Pſ. 138, 6. *iniquitatem meam ego cognoſco.* Dixit & ille: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non pote-*

ro ad eam. Potuit quidem nunc propriam habere notionem, ſed per miraculum. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

CHriſte clemens, qui miſero paralytico, ſuam miſeriam agnoſcenti, eamque diuinæ Maieſtati tuæ proponenti, veniam ſuorum criminum tribuiſti: tribuas & mihi, miſerum ſtatum meum agnoſcenti, & coram te præſentanti grauem morbum & infirmitatem animæ meæ, *quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Pſal.50,5.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar paralytici, exemplar ſtatum ſuum agnoſcentis.

I.

CVm rogauerit Dauid Rex, Delicta quis intelligit? Pſal.18,15 Ambroſius in Apologia cap. 9. conſequenter *Imitatio paralytici.* aſſeuerat, *non mediocre eſt, vt agnoſcat vnuſquiſque peccatum ſuum.* Qui peccat, in tenebris eſt, & in tenebris maculas contrahit, quas dignoſcere & diſcerne-

Digitized by Google

re minimè poteſt, donec ad lucis claritatem recurrat. Diuina lex lux eſt, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. Ad huius luminis radios poſitus cognoſces atque diſcernes labes & maculas, quibus anima tua infecta eſt. Et quidem ſatis bonum indicium eſt tenebris te renuntiaſſe, cùm diſtinguis benè labes quas lex diuina declarat.

Pſal.118, 104.

II.

Quoties peccaſti, toties à iuſtitiæ via declinaſti. Cùm viator ab incœpto itinere errauerit, niſi primùm agnouerit errorem ſuum, rectum tramitem, quem deſerüit, reſumere nequaquam poteſt. Vias prauas ingreſſus, à virtute receſſiſti; quî fieri poteſt, vt corrigas commiſſum ſemel errorem, niſi priùs illum cognoueris? Vnde & citatus Ambroſius ait: *Qui poteſt agnoſcere, declinare poteſt; poteſt, quid ſequatur, eligere*.

Reductio ad viam.

III.

Infirmitas animæ culpa eſt, & idcircò Dauid ait: *Sana animam meam, quia peccaui tibi*. Niſi quis nouerit, ac ſenſerit ægritudinem ſuam, ad Medicum non recurrit: qui non agnoſcit peccatum ſuum, nec Medicum nec medicinam quærit. Benè Iſidorus libro 2. Sentent. cap.13. *Magna iuſtitiæ pars eſt, ſeipſum noſſe hominem quòd prauus eſt, vt diuinæ virtuti ſubdatur*

Pſal.40,5.

Cognitio propria infirmitatis.

tur humiliùs, ex quo ſuam infirmitatem agnoſcit. Non ſine cauſa notat Euangeliſta: *Et virtus Domini erat ad* Luc.5,17. *ſanandum eos*. & deinde producit paralyticum miſerum ſe prauumque ſuum ſtatum agnoſcentem, diuinæ virtuti ſubditum, vt ad eius exemplum, mores & actiones tuas cognoſcens, teipſum Chriſto repræſentes, & eiuſdem miſericordiæ ac clementiæ te ſubiicias.

IV.

Ne Deus ſeuerè iudicet pœnitentem, priùs ſeipſum reus in iudicium vocet. *Si noſipſos iudicaremus,* 1.Cor.11, 31. *non vtique iudicaremur*. Iudex antequam ſententiam ferat, neceſſe eſt vt cauſæ cognitionem habeat, nec pœnitens ſuiipſius iudex æquus eſſe poteſt, niſi peccatorum ſuorum cognitio præcedat. Quo pacto iudicium iſtud fieri debeat, monet Auguſtinus libro de Pœnitent. cap.9. *Aſcendat homo aduerſum ſe tribunal* *Forma examinis conſcientia.* *mentis ſuæ. Si timet illud, quòd oportet nos exhiberi ante tribunal Chriſti; conſtituat ſe ante faciem ſuam, ne poſteà fiat. Nam minatur hoc Deus peccatori, dicens: Arguam te, & ſtatuam te contra faciem tuam.* Pſal.49,21 *Atque ita conſtituto in corde iudicio, adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor. Inde quidem ſanguis animæ confitentis per lacrymas profluat*, vt à ſe homo damnatus, à iudice Chriſto abſoluatur, ſicut abſolu-

Luc. 5, 20. ſolutus eſt paralyticus, cui dixit: *Homo, remittuntur tibi peccata tua.*

V.

Quòd ſi poſt diligens examen factum, turmæ ac turbæ multorum peccatorum occurrant, quæ tibi aditum ad Chriſtum intercludant, ac ſimul dicant,

Pſal. 3. 3. Pſal. 90, 11. *Non eſt ſalus ipſi in Deo eius*, ne diffidas. *Angelis ſuis Deus mandauit de te*, & *in manibus portabunt te*, & dimittent coram Chriſto, ſicut illi portitores paralyticum ſuum dimiſerunt, demiſſuſque tandem dices:

Pſal. 3, 4. *Tu autem ſuſceptor meus es.* Nec dubium, quin benignè à Chriſto excipieris, & optatam indulgentiam impetrabis. Satis benè & opportunè Chryſoſtomus Homil. 80. ad Populum Antioch. occurrit

Excitatio pœnitentis peccatori dicenti, *Totam vitam in peccatis abſumpſi, & ſi pœnitentiam egero, ſaluabor? Et maximè. Unde conſtat? Ex Domini clementia. Nec mihi dicas, Nimiùm peccaui, & quomodo poſſum ſaluari? Tu non potes, tuus poteſt Dominus.*

VI.

Imitatio in ægritudine. Loquitur tamquam peritus medicus Auguſtinus, & cauſas infirmitatum aſſignat Sermone de Gratia. *Quinque modis*, inquit, *infirmitate flagellat Deus hominem. Primo, probatione, vt Iob & Tobias afflicti ſunt. Secundo, ne ſe extollat, vt Paulus. Tertio modo propter peccata,*

peccata, ſicut paralytico Dominus dixit, Dimittuntur tibi peccata. Quarto, vt ſua virtus vel Sanctorum ſuorum oſtendatur, ſicut de cæco nato. Quinto, vt hîc incipiat tormentum ſuſtinere, ſicut Antiochus & Herodes, vnde ſcriptum eſt, Duplici contritione contere eos. Cauſam tui *Ierem. 17, 18.* morbi tertiam puta, cogita ægritudinem criminis ergô incurriſſe, & inſtar paralytici iacens in lecto reum te eſſe recognoſce, & vt ſanitatem poſſis conſequi, proteſtare: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.*

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti curantis paralyticum, exemplar Confeſſarij.

I.

COmprimebatur vndique Chriſtus, cùm per *Imitatio Chriſti paralyticum curantis.* tecta demiſſus eſt deſcriptus iam paralyticus, & Chriſtus, omiſſis viris primariis à quibus comprimebatur, attendit hominem de miſero ſuo ſtatu ſollicitum. Laudandus Confeſſarius eſt, qui more Chriſti, cùm ab aulicis tenetur & obſidetur, curreti pauperculo ad Confeſſionem aures benignas præbet.

II.

Conſideret Confeſſarius, pœnitentem inſtar pa- *Officium Confeſſarij eſt compati pœnitenti.* ralytici, antequam ſe ſiſteret tribunali Confeſſionis multa

Digitized by Google

multa paſſum in conſcientiæ examine, & quot in ſe crimina, totidem impedimenta ſenſiſſe, quibus à facienda Confeſſione deterreretur. Superauit difficultates, impedimenta perrupit, & totus verecundus ad Confeſſionem accedit. Ipſum igitur Confeſſarius benignè recipiat, ſicut Chriſtus paralyticum poſt tot viarum obſtacula & difficultates admiſit.

III.

Recognoſcat beneficium. Confeſſarius inſtar paralytici exiſtimet pœnitentem deſuper ad ſe miſſum, vt eius confeſſionem excipiat. *Ioan.6,44.* *Nemo venit ad me*, Chriſtus ait, *niſi Pater meus traxerit eum.* Traxit Pater ad Chriſtum paralyticum, trahit quoque pœnitentes, qui veniunt ad Sacramentum. Satis magnum beneficium eſt, quo afficitur Confeſſarius, cùm Pater miſericordiarum pœnitentem ad ipſum mittit, & eius arbitrio cauſam, quæ eſt cum peccatore, decidendam remittit.

IV.

Agat de ſolutione pœnitentis. Adinſtar paralytici ligati, cogitet Confeſſarius vinctum eſſe pœnitentem. Dixerat Chriſtus cap.4, 18. Lucæ: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem.* Paralyticus annumeratur captiuis, cui Chriſtus, *Fili, remittuntur tibi peccata tua.* Annumeratur & pœnitens, qui captus

ptus & ligatus venit, vt à vinculis relaxetur per Sacerdotem, cui dictum, *Quidquid ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Matth.16, 19. Spiritus Chriſto aſſiſtebat, vt captiuis remiſſionem prædicaret, & hunc eumdem Spiritum in Diſcipulos & Confeſſarios afflauit, vt in Sacramento Pœnitentiæ Sacerdotibus aſſiſteret.

V.

Datur in lecto paralyticus iunctis manibus auxilium petens à Chriſto: iungit & pœnitens manus, ad pedes Confeſſarij procumbens, opem implorans à Virgine, à Sanctis, & Confeſſario, dicens: *Ideò precor beatam Mariam*, &c. Nouerit Confeſſarius opem pœnitenti conceſſam à beata Maria, Angelis pariter & Sanctis, nec debere ſe excuſare vt operam ſuam impendat. *Impendat operam ſuam.* Faciat id quod in ſimili caſu fecit Paulus Apoſtolus, & refertur Actuum cap.16, 9. *Viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt: Vir Macedo quidam erat ſtans, & deprecans eum, & dicens: Tranſiens in Macedoniam adiuua nos. Vt autem viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti, quòd vocaſſet nos Deus euangelizare eis.* Hæc eadem vox, *Adiuua nos*, viri pœnitentis eſt, qui in ſui cognitione verſatur, & opem ſui Confeſſarij, & ſimul Vicarij Chriſti, ſupplex orat & implorat.

Digitized by Google

V I.

S. Auguſtinus libro de Salutaribus documentis cap.20. *Oportet vt ſpiritualis iudex ſciat cognoſcere quod debeat iudicare : iudiciaria enim poteſtas hoc expoſtulat, vt quidquid debet iudicare, diſcernat. Diligens igitur inquiſitor, & ſubtilis inueſtigator, ſapienter, & quaſi aſtutè interroget à peccatore, quod forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare.* Accedat & Baſilius Regula 301. *Hoc & in corporalibus morbis vſuenit. Sunt enim multi morbi, quos non ſentiunt infirmi, de quibus magis credunt iudiciis Medicorum, quàm propriæ ſtupiditati : ita & in morbis animæ, id eſt peccatis, credere debet iis qui de rebus ſuis plura poſſunt obſeruare, quàm ipſe.* Plura nouit Chriſtus de paralytico, quàm de ſe paralyticus nouit.

Examinet pœnitentem.

Compareant, in anima pœnitentis, imago prodigi; in ſpiritu Confeſſarij, imago cæleſtis Patris.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

Digitized by Google

EXEMPLAR FACIENTIS CONFESSIONEM . *Luc. 15*

Prodigus dicens: Pater, peccaui.



DAVID FACIENS CONFESSIONEM.

Tibi ſoli peccaui, et malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, et vincas cùm iudicaris.

Ll2

BIBLIOTECA NAZ. V. E. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMASECVNDA EXPLICATA.

POST cauſæ diſcuſſæ cognitionem & animæ contritionem, accedat pœnitens ad tribunal confeſſionis, ferens præ oculis effigiem filij prodigi, cuius parabolam ex ore Chriſti cap.15,18.commemorat ſanctus Lucas. Cognouit ille peccatum ſuum, & ait: *Surgam,& ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.Et ſurgens venit ad patrem ſuum. Cùm autem adhuc longè eſſet,vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Dixitque ei filius: Pater, peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus.* Accedit Baſilius agens de Pœnitentia, & ſimul de filio prodigo: *Cœpit pœnitere, properauit ad patrem, & quomodo illi ſeſe applicaret, ſtudioſè cogitauit. Quid dixit ad patrem? Peccaui contra te, & coram cælo. Hæc apud ſe conſultauit, non ignarus bonitatis paternæ. Venit ad patrem cauſam dicturus, acceſſit illum pudore ſuffuſus. Tantummodò velis, & ipſe Deus vltrò occurret. Cœperat dicere, & mox pater illum complectitur.*

Conſidera, quæ ſint patris viſcera, & ſpem veniæ haudquaquam abſcindes. Cùm igitur ad pedes Confeſſarij examinatus, & totus contritus acceſſeris, dicaſque *Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater*, exiſtima penitus te ſimilem prodigo, qui protulit confeſſionem ſuam, *Peccaui in cælum, & coram te*, & Dauidi
Pſal.50,6. non abſimilem confitenti, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Accedit Iuſtinianus cap.3. de Gradibus perfect. *Verus pœnitens ex cognitione atque peccati odio ſe coram Deo humiliando accuſat, Sacerdotis genibus ſe proſternit.*

Miraculoſa imago.

Miraculum patratum in prodigo.

MIrabilis Deus in peccatoribus eſt, cùm eos ad nouam vitam reuocat per pœnitentiam. Certè, certè, dum homo in crimine eſt, nomine tenus viuus, reipſa tamen mortuus eſt. Vnde cuidam
Apoc.3,2. peccatori dictum legimus: *Nomen habes, quòd viuas, & mortuus es.* Cùm verò quis à peccati morte liberatur, nomine ſolùm eſt mortuus, re tamen ipſa viuit Deo: quamobrem viris iuſtis dicit Apoſtolus:
Coloſ.3,3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Prodigus filius habebat nomen quòd viueret, reuerà vita carebat; conuerſus eſt, & reuixit. vnde

vnde & pater maiori natu reſpondit: *Epulari, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt.* Mirabilis in prodigo Deus, cùm dicit, *Peccaui in cælum, & coram te.* Mirabilis in te, cùm dicis, *Peccaui:* tunc enim temporis redis ad te, miraculosè vita ſpiritalis tibi redditur, tibi reſtituitur. Ad hanc miraculoſam imaginem Luc.15,32.

Oratio noui Dauidis.

DEus, qui prodigum filium in cælum & coram te delinquentem, ac dicentem, *Peccaui*, ſaluum eſſe voluiſti: indulge mihi confeſſionem generalem meam facienti, & ſimul dicenti, *Peccaui*, mea culpa, mea maxima culpa. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Pſal.50,6.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar prodigi, exemplar generaliter confitentis.

I.

COgita te quaſi quoddam caſtrum eſſe, quod vbi primum peccatum tuum occupauit, omnes *Imitatio filij prodigi.*

nes eius portas inuaſit. vnde & Dominus dixit Cai-
Gen.4,7. no: *Statim peccatum in foribus aderit.* Si tamen hoſtis, dum caſtrum capit, liberam reliquit portam ſubſidij, affulget certa ſpes liberationis. Porta quidem ſubſidij, confeſſio eſt, quæ periit in Caino, manſit
Pſal.31,5. tamen in Dauide, *Dixi: Confitebor aduerſum me iniu-*
Luc.15,18 *ſtitiam meam Domino.* Manſit in prodigo. *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum, & coram te.* Tunc igitur ſatis oſtendis, ſubſidij portam reſeruatam & retentam, cùm ais, *Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater*: hæc enim enuntians, auxilium petis à Deo, beata Maria, Sanctis, & Confeſſario, *Ideò precor beatam Mariam, omnes Sanctos, & te Pater, orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.*

II.

Antequam ad rigidum torturæ examen procedatur, iudices ſolent conuenire reos, vt ſibi ſeorſim veritatem declarent; dein amicas & familiares perſonas adiungunt, vt confidentiùs patrata reus exponat. Si nihil hæc proſint, ad torturam venitur. Deus ſolus cum peccatoribus olim agebat, vt crimina ſua
Confeſſio voluntaria. detegerent, poſteà verò ſocios ſibi Confeſſarios aſſumpſit, vt in eorum præſentia factorum veritatem manifeſtarent. Si quis renuat confiteri, luet æternas pœnas, exponetur torturæ ſempiternæ, vbi fletus & ſtridor

ſtridor dentium eſt, & vbi ſine vllo prorſus fructu, ſed cum ſummo detrimento extorquetur à reo confeſſio veritatis. Quamobrem, teſte Clemente Epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, beatus Petrus omnes & ſingulos inſtruebat, *actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire, & in omni loco Deum reſpicere firmiter, ſcire ſuas cogitationes malas cordi ſuo aduenientes ad Chriſtum allidere, & Sacerdotibus Domini manifeſtare.*

III.

Confeſſio filij prodigi facta eſt clementiſſimo Patri; & tu quoque Patri confiteris, cùm dicas, *Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater.* Ex hoc titulo Nyſſenus Orat. De muliere peccatrice, in hunc modum philoſophatur: *Afflictionis participem & ſocium ſume Sacerdotem vt patrem. Quis enim tam falsò nominatur pater, aut tam duro atque adamantino animo præditus eſt, qui non filiis mœrentibus doleat, & gaudentibus lætetur?* Concludit: *Audacter oſtende illi quæ ſunt recondita animi arcana, tamquam occulta vulnera medico retege.* *Paterna.*

IV.

Bono animo confeſſionem tuam aggredere: teſte enim Iſidoro lib. 2. Sentent. cap. 14. *ampliùs lætatur Deus de anima deſperata, & aliquando conuerſa, quàm de ea quæ numquam extitit perdita: ſicut de prodigo filio, qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus eſt,* *Animoſa.*

Mm de

de cuius regreſſu magnum ſit gaudium patris. De tuo quoque regreſſu lætus & hilaris eſt piiſſimus ac clementiſſimus Pater. Comple paternam exultationem confeſſione Sacramentali, cui pater tuus Confeſſarius præſtò iam eſt gratas tibi aures præbere.

V.

Cùm Medico ſe ſiſtit æger, priùs ſe malè habere ſignificat, dein ſuas ſpeciatim infirmitates declarat. Hanc eamdem viam ſeruat is qui ad ſpiritalem medicum venit: qui venit ad Confeſſarium, priùs in vniuerſum enuntiat, *Peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere*, & deinde ad ſingula peccata deſcendit. Cùm æger ſe malè habere fatetur, dolet; & cùm ſuam ſpecialem ægritudinem exponit, dolet: ad eamdem quoque formam pœnitens cùm ſe peccaſſe, & in quibus ſe caſibus defeciſſe ac deliquiſſe prodit, debet eſſe contritus.

Salutaris.

V I.

Rom.10,10 *Imitatio in ægritudine.*

Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Haud dubiè prodigus poſt magnos exceſſus factos, corpore & ſpiritu æger recurrit ad patrem, ſuæque confeſſionis virtute non modò ſpiritu, ſed etiam carne conualuit. Dum laboras pœnitens, ne detrectes confiteri, da gloriam Deo. Vocalis enim confeſſio ſalutaris ægrotanti corpori eſt: ægritudines

nes namque ex peccatis principium habent, & idcircò à Deo mittuntur, vt ad pœnitentiæ remedium quis confugiat. Teſtatur hoc ipſum Baſilius in Aſceticis. *Sæpè peccatorum ſunt flagella infirmitates, ad hoc immiſſæ, vt ad reſipiſcentiam nos amplexandam impellant.* Reſipiſcit æger, qui dicit, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Pſal. 50, 6.

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti excipientis prodigum, exemplar Confeſſarij.

I.

Paterna ſua viſcera Chriſtus oſtendit in prodigum, & hæc eadem oportet vt Confeſſarius expandas pœnitenti ſuo, qui ad ipſum tamquam ad patrem recurrit. Prodigus Euangelicus inde concepit animos reuertendi ad patrem ſuum, quia pater erat. Quicumque defecerunt, & in Deum multa flagitia perpetrarunt, ad conuerſionem ſuam excitantur, cùm aduertunt rem ſibi cum pio patre futuram. Ergo, ne ſua ſpe fruſtrentur, paternè à Confeſſario excipiantur. *Imitatio patris filium excipientis.*

II.

Confeſſarius nomine patris gaudet, & hoc nomine vocatur in Confeſſione generali, quam pœ- *Confeſſarius Pater.*

 ni-

nitens ad pedes eius proſtratus recitat, & enuntiat *Confiteor Deo omnipotenti*, ait, ſubiungitque deinde, *& tibi Pater.* Attendat Confeſſarius, & aduertat miniſtrum ſe eſſe Dei Patris omnipotentis, cum quo aſſiſtit in tribunali Confeſſionis, & ſimul interpellatur, vt cum eo paterno erga pœnitentem affectu ducatur, & fungatur. Meminerit ſe miniſtrum Patris eſſe, *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Matth. 5, 45.

III.

Iſai. 9, 6. *Miniſter Chriſti.* Confeſſarius miniſter Chriſti eſt, qui & *Pater futuri ſæculi* nominatur, & eſt. Pater iſte clementiſſimus cùm conderet Pœnitentiæ Sacramentum, paterni ſui affectus atque ſpiritus conſortes Confeſſarios eſſe voluit, ac proinde ſuper eos inſufflauit. Condidit Deus Adamum, vt eſſet mortalium pater, & *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*: creauit Confeſſarios Chriſtus, vt pœnitentium omnium patres forent, & flatum ſuum illis diſtribuit. Creationis ergo & prouectionis ſuæ memor Confeſſarius ſit, paternè ſe cum pœnitente gerat, ne degener à Chriſto fiat, cuius ſpiritus particeps factus eſt. Gen. 2, 7.

IV.

Socius Spiritus ſancti. Confeſſarius Spiritus ſancti ſocius, quo primi Eccleſiæ Confeſſarij imbuti fuerunt à Chriſto, cùm dixit,

dixit, *Accipite Spiritum ſanctum.* Et quidem Spiritus ſanctus paterno titulo fungitur, cùm ipſum oret & clamet Eccleſia, *Veni pater pauperum.* Nemo peccatore pauperior: cui Deus ipſe deeſt, deſunt omnia. Quapropter cùm Apocal.3, 17. Præſul quidam ſe diuitem eſſe iactaret, ac dictitaret, *Diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo*, retudit eius iactantiam Chriſtus, *Neſcis*, inquiens, *quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Pater pauperum peccatorum Spiritus ſanctus eſt, & eorumdem patrem ſibi aſſiſtere Confeſſarium gaudet, vt inopiæ pœnitentium ſuccurrat & medeatur. Ioan. 20, 10.

V.

Diuina lex ait: *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Prima filiorum cura eſſe debet cultus & honor parentum, quibus prima cura incumbit vitæ, ſalutis, & ſuſtentationis liberorum. Nouit natura patres, nouit & gratia; & vtraque proles inſtruit in veneratione & obſeruatione parentum. Excedit naturam gratia, quæ maiorem erga Confeſſarios cultum in pœnitentibus requirit. Nulla enim proles genitorem ſuum ita colit ac veneratur, vt pœnitens Confeſſarium, cùm ſe ad eius pedes proſternit. Prima cura pœnitentis eſt, ſecundùm Deum, Confeſſarium ſuum reuereri: prima quoque cura Confeſſarij ſit, Deut. 5, 16. *Honorabilis.*

vt vitæ, ſaluti, & bonis animæ eius proſpiciat, & tamquam verus pater paternè & amanter excipiat pœnitentem.

V I.

Sanctus Auguſtinus lib. 2. de Viſitatione infirm. cap. 5. *Confitere chare mi nominetenus quæ te remordent flagitia, detege ſpecialiter quæ ſcis eſſe ſpecialia, quotidiana, de quibus non fuiſti mundus, ſaltem cogitatione in collecta generali appone, ſicque ex indulgentia confide.* Addendum ex ipſo in Pſalm. 75. *Factus es homo ad imaginem Dei. Per viam verò peruerſam & malam perturbaſti in te & exterminaſti in te imaginem Conditoris tui. Factus diſſimilis, attendis in te, & diſplices tibi: iam eo cœpiſti ſimilis fieri, quia hoc tibi diſplicet, quod diſplicet & Deo.*

Exhortatio Confeſſarij.

Compareant, in anima pœnitentis, imago nati cæci; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti illuminantis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

Digitized by Google

EXEMPLAR ILLVMINATIONIS BAPTISMI. *Ioan. 9.*
Cæcus à Christo illustratus, et lotus.



DAVID CONFITENS INGRATITVDINEM SVAM.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Google

IMAGO VIGESIMATERTIA EXPLICATA.

PROPONITVR tibi Chriſtus illuminans hominem à natiuitate cæcum, cuius rei hiſtoriam Ioannes cap.9. memorat. Chriſtus lux illuminans eſt. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan.1,9. Omnis homo qui venit in mundum, cæcus venit, & indiget illuſtratione quæ fit per aquam luſtralem. Baptizauit Ieſus cæcum, & ſimul illuminauit. *Quamdiu ſum in mundo*, inquit, *lux ſum mundi. Hæc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in Natatoria Siloë (quod interpretatur, Miſſus.) Abiit ergo, & lauit, & venit videns.* Ioan.9,5. Magnum lumen, magnum beneficium accepit, quod & nobis per Sacramentum Baptiſmi collatum eſt. Extollit beneficij magnitudinem magnitudo hereditariæ noſtræ cæcitatis, cuius meminit Dauid: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Pſal.50,7. Meminit reatus originalis, & condonati quidem, vt culpam ſuam magis exaggeraret, non vt minueret & excuſaret. *Adiunxit confeſſionem iniquitatis ſuæ*, ait Ambro-

ſius cap.11. Apolog. Dauid, *& in perpetua ſæcula toto canendam orbe tranſmiſit.* Tranſmiſit conſequenter ingratitudinem ſuam, quòd cùm eſſet à cæcitate hereditaria factus liber, capi ſe permiſerit recidiua cæcitate; ſicut & nos quoque capti ſumus, cùm poſt Baptiſma receptum delinquimus.

Miraculoſa imago.

Miraculum patratum in cæco. HÆc conditio peccati eſt, vt inuadat oculos hominum. Inuaſit oculos primi hominis, de quo Serm. de Iacob & Eſau aſſerit hæc Auguſtinus: *Cùm Adam haberet oculum puræ conſcientiæ, gaudebat ad præſentiam Domini. Poſtquam verò oculus ille ſauciatus eſt, cœpit lucem formidare diuinam, refugit in tenebras, atque in denſa lignorum, veritatem fugiens, vmbras appetens.* Hanc eamdem conſuetudinem retinet ſem-
Sap.2,2. per peccatum, quod Ægyptiis lumen abſtulit, *excæcauit illos malitia eorum*, eruit oculos Samſonis, &
Pſal.37. 11. Dauidis viſum abſtulit. *Lumen oculorum meorum, &*
Sophon.1, 17. *ipſum non eſt mecum.* Vnde & Sophonias: *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Cæcis hominibus viſum dare natura non nouit, nouit gratia, & quidem per pœnitentiam, quæ cæcos peccatores illuminat. Dolendum, quòd cùm remedium cæcitatis ſit tam commodum, illud ita facilè omittatur. Huc pertinet

Digitized by Google

pertinet ſententia illa Tertulliani libro de Pœnitentia : *Hirundo ſi excæcauit pullos, nouit illos oculare rurſus de ſua chelidonia. Peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino exomologeſim, ſciens præteribit illam, quæ Babylonis Regem in regna reſtituit.* Reſtituit exomologeſis Adamo viſum, reſtituit & Dauidi, qui clamat, *Ecce enim* Pſal. 50, 7. *in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Accedit agens de Pœnitentia Ephræm: *Excæcat malitia mentem, ſed pœnitentia lucernam accendens, Deum ipſi à longè oſtendit.* Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

Deus pius ac clemens, qui cæcum natum illuminaſti, & in ſacroſancto Baptiſmo dediſti mihi lumen & viſum : miſerere ingrati hominis. Ecce rurſus cæcus ſum, in peccatis totus vixi, qui fui totus in peccatis natus. *Ecce enim in iniquitatibus con-* Pſal. 50, 7. *ceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.*

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ:
Exemplar nati cæci, exemplar ingratitudinem confitentis.

I.

Imitatio hominis cæci.

SAcramentum Confeſſionis inſtitutum à Chriſto eſt pro iis qui ſemel per Baptiſmum illuſtrati, recidiua cæcitate laborant. Ita monet Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 1. *Si ea in regeneratis omnibus gratitudo in Deum eſſet, vt iuſtitiam in Baptiſmo & gratiam ſuſceptam conſtanter tuerentur, non fuiſſet opus, aliud ab ipſo Baptiſmo Sacramentum ad peccatorum remiſſionem eſſe inſtitutum.* Ingratus huic beneficio deliquiſti, delictum confitere, confitere inprimis ingratitudinem tuam, quòd datum tibi lumen & viſum miſerè perdidiſti.

II.

Ingratitudo peccatoris.

Quò maior eſt illuminatio, eò maior ingratitudo pœnitentis. Quanta verò ſit illuſtratio ſacratiſſimi Baptiſmi, expendit Nazianzenus Orat. in ſanctum Baptiſma. *Baptiſmus*, inquit, *omnium Dei beneficiorum præclariſſimum eſt, & præſtantiſſimum. Vt enim quædam Sancta ſanctorum vocantur, & Cantica canticorum, quòd ſcilicet latiùs pateant, ac plura complectantur, præcipuamque dignitatem habeant: eodem modo Baptiſmus quoque illuminatio dicitur, quæ omnes alias illuminationes ſanctitate præcedat.* Cùm ita ſe res habeat, maximè ſe iniurium cenſere & accuſare debet is, qui tantæ illuminationi ingratus, relapſus eſt in peccatum.

III.

III.

Conſiderauit in Soliloquiis Auguſtinus, qualis ante Baptiſmum, & qualis poſt Baptiſmum fuerit, & ait: *Inuoluebar in tenebris filius tenebrarum: tenebras meas amabam, quia tenebras meas non cognoſcebam.* Poſtquam verò tinctus iam eſſet aqua, & viſum recepiſſet, addit: *Verè Domine tu es Deus meus, qui eduxiſti me de tenebris & vmbra mortis, & vocaſti me in admirabile lumen tuum, & ecce video.* In hunc eumdem ſtatum deduxit te Chriſti gratia, & immemor beneficij, rurſus es tenebris inuolutus, & cæcus redditus. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Hic effectus virtutis pœnitentiæ eſt, cùm agens de pœnitentia dicat Ephræm. *Tenebris obducta eſt mens iniquè agentis, nec cernit bonitatem, quia deſperatione ipſam impleuit inimicus: at pœnitentia velut bonus medicus nebulam animæ adimens, lumen ipſi benignitatis oſtendit.*

Illuminatio.

Ephef. 5, 14.

IV.

Salutare conſilium eſt illud quod lib. 2. de Compunct. cordis proponit Chryſoſtomus. *Oportet nos recordari priora delicta, etiam ea pro quibus veniam conſecuti ſumus, vt intuentes, quàm ingens debitum nobis remiſit Deus, & ampliùs eum diligere poſſimus, & verecundiam pudoremque recipere, atque ex iis corde compungi.*

Recordatio condonata culpa vtilis.

gi. Propterea Dauid condonatum ſibi peccatum hereditarium in memoriam reuocabat, vt magis ad diuinum amorem, ad pudorem & verecundiam, ad cordis compunctionum, & ſuæ ingratitudinis accuſationem ſe excitaret. Excitet ſe Chriſtianus Dauid; qui maius beneficium accepit; & maius debitum contraxit, qui creditori ſuo non ſatisfecit, imò potiùs maximè ingratus, maximè iniurius extitit.

V.

Imitatio in ægritudine. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Satis benè in Aſceticis monet S. Baſilius: *Quemadmodum ſi eſſemus in paradiſo voluptatis, nullo agricolandi inuento ac labore opus haberemus; ita ſi nullis eſſemus paſſionibus, iuxta chariſma quod in hominis erat opificio ante lapſum, obnoxij, nullam certè medendi artem ad morborum ſolatium deſideraremus.* Peccauimus in Adamo, & arte Medicorum indigemus: cuius ſi deſint ſubſidia, vt monet idem Baſilius, recurſus ad Chriſtum fiat, qui *luto facto cæcum illiniit, & lauare in Siloam iuſſit.* Iubet & ægrum lauari, ſi velit euadere more cæci huius Euangelici, ac ſimul Dauidis, Pſal. 50, 7. qui memor primi peccati dicit, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.*

Audi

Audi Pater Pœnitentiæ: Exemplar Chriſti cæcum illuminantis, exemplar Confeſſarij.

I.

CHriſtus cæcum illuſtrat, & futuri ſui muneris monet Apoſtolos, vt cùm miniſtri Pœnitentiæ fuerint, meminerint hoc officium ſibi iniunctum, vt cæcos peccatores illuminent. Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent: proinde neceſſe eſt, vt oculatus Confeſſarius dux pœnitentium ſit. Cæcus erat Dauid, poſtquam in crimen incidit (*Et lumen oculorum & ipſum non eſt mecum*) & vt ille duceretur ac ſanaretur, Nathan Videntem miſit ad cæcum Deus, qui & oculatos Confeſſarios nunc mittit ad pœnitentes. *Imitatio Chriſti cæcum illuminantis.* Pſal. 37, 11.

II.

Septem Eccleſiæ Sacramenta ex latere Chriſti promanarunt, cùm illud apertum in cruce eſt, & miſit ex ſe ſanguinis & aquæ fluenta. Cæcus homo tunc temporis viſum recepit, & exclamauit, *Verè hic homo filius Dei erat*. Hoc latus oſtendit Chriſtus Apoſtolis, cùm eos Confeſſarios inſtituit atque conſtituit, vt ſcirent penes ipſos deponi Sacramentum Pœnitentiæ, quod illuſtrandis peccatoribus deſeruiret. Marc. 15, 39. *Confeſſarius cæcos illuſtret.*

ret. Hoc depoſitum ſeruant apud ſe ſinguli Confeſſarij: exponant pœnitentibus, vt cùm cæci veniant ad Confeſſionem, amiſſum ſibi viſum recuperent, & reſtaurent. Hic effectus Pœnitentiæ, vt qui eius

Ioan.9,26. beneficio fruatur, dicere queat: *Vnum ſcio, quia cùm cæcus eſſem, modò video.*

III.

Antequam illuſtraret Chriſtus cæcum, in terram expuit, & dein liniuit oculos eius, & viſum infudit. Solet homo, cùm quidpiam ſordidum videt aut audit, horrere, & præ horrore in terram ſpuere. Fecit hoc Chriſtus; ſed ita fecit, vt ſimul hominem il-

Miſereatur pœnitentis. luſtrauerit. Sordidum quid & horridum, peccatum eſt, quod diſplicentiam & horrorem pariat Confeſſario neceſſe eſt: ſed ita pariat horrorem, vt oculos ab homine non auertat, eiuſque ſtudeat ſpiritali illuſtrationi. Horret peccatum Chriſtus, non horret naturam hominum: odit criminis cæcitatem, miſeretur conditionis humanæ, monetque Confeſſarium vt cæcitatem deteſtetur, & manum miſeratus adhibeat, vt miſer cæcus à ſtatu ſuo reſiliat.

IV.

Cùm latus ſuum Chriſtus Apoſtolis & Confeſſariis oſtendit, donauit eos Spiritu ſancto, cuius aduentum optans & ſimul orans, dicit Eccleſia: *Veni ſancte*

Digitized by Google

ſancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium. Et rurſus: *Accende lumen ſenſibus.* Habet Spiritus ſanctus hanc vim, vt cæcitatem auferat, lumen & viſum afferat. Hæc eadem virtus deriuatur & datur Confeſſariis, vt quotquot ad eos cæci venerint, poteſtate ſibi à Spiritu ſancto collata, viſum capiant. Quid petit aliud ac prætendit pœnitens, quàm vt lumen viſumque recipiat? *Lumen accendat.*

V.

Chriſtus cæcum ſanans, gradum ſiſtit in via, docendo Confeſſarium, vt cùm pœnitenti occurrerit, ſciat interrumpere viam, & curſum aliarum occupationum intermittere, vt confitentem audiat, & illuſtret pœnitentem. Accepimus temporibus Ioſue ſuum gradum ſolem ſtitiſſe. Quid miramur? Miremur Chriſtum ſubſiſtentem, de quo Ioannes ſcribit: *Vacet neceſſitati pœnitentis.*

Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. Vidit Ioan.9,1.
cæcum, & ſubſtitit. Quis iſte eſt, qui gradum figit? Ipſe de ſe loquatur, & ſtatim loquitur: *Quamdiu ſum* Ioan.9,5.
in mundo, lux ſum mundi. Hæc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius. Miremur gradum ſuum tenentem iuſtitiæ Solem, imitemur, & ſubſiſtamus, Confeſſariorum more Apoſtolorum, qui Chriſto ſuo adſtiterunt, & cum eo ſubſtiterunt, donec cæcus illu-

ſtraretur. Hoc opus *ſuum* Chriſtus appellat, & hoc ipſum opus Confeſſariorum eſt, vt ſuos pœnitentes illuſtrent.

V I.

Ioan.3,21. S.Bonauentura in Confeſſionali cap.1. particul.1. *Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quæ in Deo ſunt facta. Ex hoc verbo Sacerdos, qui Angelus Domini exercituum dicitur, intelligat, vt non tenebrarum, ſed lucis Angelum ſe oſtendat, ſedens pro confeſſionibus audiendis.* Oret & dicat cum Dauide & Auguſtino in Pſalm.66. *Illumina vultum tuum ſuper nos, id eſt, imaginem tuam illumina ſuper nos. Impreſſiſti nobis vultum tuum, feciſti nos ad imaginem & ſimilitudinem tuam, feciſti nos nummum tuum, ſed non debet imago tua in tenebris remanere. Mitte radium ſapientiæ tuæ, expellat tenebras noſtras, fulgeat in nobis imago tua, cognoſcamus & nos imaginem tuam.*

Sit Angelus lucis.

Compareant, in anima pœnitentis, imago Samaritanæ; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti illam audientis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR BONÆ ET VERÆ CONFESSIONIS. *Ioan. 4.*
Samaritana verè confeſſa Chriſto.



DAVID VERE CONFITENS CVLPAS SVAS.
Ecce enim veritatem dilexiſti incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Oc 2

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMAQVARTA EXPLICATA.

MAGNVM ſpectaculum Chriſti, & Samaritanæ mulieris, Chriſti confeſſionem excipientis, mulieris Samaritanæ Chriſto confeſſario peccata ſua exponentis, ita benè præter ſpem ſe gerentis, vt eius confeſſio fuerit ab ipſo Chriſto commendata & approbata. *Dicit ei Ieſus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Ieſus: Benè dixiſti, quia non habeo virum, quinque viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir: hoc verè dixiſti.* Ioan. 4, 16. Benè confitetur ille, qui verè ſua crimina aperit, & peccata ſua cum Samaritana detegit, exponitq; cum pœnitente Dauide, qui benè & verè confeſſus, factæ ſuæ confeſſionis veritatem allegat, vt veniam & indulgentiam à Deo obtineat: *Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Pſal. 50, 8. Incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtat Deus pœnitenti & confitenti, qui nouit Deo ſecreta & occulta declarare delicta, more Dauidis Pſalm. 31, 5. aſſerentis: *Delictum meum cognitum tibi feci.* Et quidem, vt annotat eo loco Gregorius, *plus*

eſt delictum cognitum facere, quàm delictum manifeſtare. Ille enim delictum cognitum facit, qui non ſolùm quod fecit annuntiat, ſed etiam omnem peccati cauſam & originem narrat; qui non ſuperficie tenus peccatum loquitur, ſed & quando, & vbi, & quomodo, & ſi vel ignorantia, vel caſu vel ſtudio deliquerit, confitetur.

Miraculoſa imago.

Miraculum patratum in Samaritana. HAbet mortalis rerum natura aquam, quâ infusâ ignis extinguitur; ſed hoc mirabile eſt, quòd æternus ignis ardor lacrymis pœnitentis ſopiatur, cùm libro de Pœnitent. dixerit Tertullianus: *Si de exomologeſi retractas, gehennam in corde conſidera, quam ibi exomologeſis extinguit; & pœnæ priùs magnitudinem imaginare, & de remedij adeptione non dubites.* Mirabilis lacrymarum compunctio eſt, quæ ignem æternum extinguit. Hanc petiuit, hanc obtinuit à
Ioan.4,6. Samaritana Chriſtus, cùm dixit, *Da mihi bibere.* Dedit aquam pœnitentiæ, præbuit veram Confeſſionem, & verè ignem extinxit. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

CHriſte Veritas Patris, cui benè & verè Samaritana confeſſa eſt, & meruit à te audire, *Benè dixiſti:*

xiſti: confeſſionem approba meam, qui dolens & lugens tibi ſimul & Confeſſario meo omnes meas culpas in veritate declaro: *Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Pſal. 50, 8.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Samaritanæ, exemplar benè & verè confitentis.

I.

Bernardus cap. 2. de Interiori domo: *Felix conſcientia, in qua miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi; veritas confitentis, & miſericordia miſerentis: quoniam non poteſt ei miſericordia deeſſe, qui ſe cognoſcit in veritate.* Igitur *pro anima tua ne confundaris dicere verum*, vt felix ſit conſcientia tua, & confeſſio tua ſit à veritate laudabilis. *Imitatio Samaritanæ confitentis.* Eccli. 4, 24.

II.

Iudicium ciuile ſecundùm leges humanas fit, iudicium verò confeſſionis ſecundùm mandata diuina, de quibus Dauid ait: *Omnia mandata tua veritas.* Qui ſeruat mandata, ſeruat veritatem; & qui in confeſſione ſua diuinæ legis ordinem cuſtodit, vt ordinatè ſua peccata declaret, neceſſe eſt vt etiam *Confeſſio legalis.* Pſal. 118, 86.

veritatem

veritatem cuſtodiat. Tunc veritatem ſeruaſti, cùm omnia manifeſtaſti. Caue ne mutes, caue ne minuas, caue ne veritatem depraues & extinguas. Ildefonſus de Illibata Virgine: *Nouit Deus qui deprauet verum, ſcit qui immutat veritatem, intelligit qui veritatem minuit, in aperto ſapit qui veritatem extinguit.*

III.

Vera confeſſionis vis. Quantas vires ſcelus habeat, nemo poteſt eſſe qui neſciat. Vires ſuas in cælo oſtendit, cùm ex cælo ipſo Virtutes etiam angelicas deturbauit. Oſtendit in terris robur ſuum, cùm in homine vno cunctos homines proſtrauit. Quamuis ſit tantarum virium, præualet contra illud veritas confeſſionis: *Veritas inualeſcit.* (3. Eſdræ 4, 38.) Quamuis conſiſtant aduerſum te caſtra, & agmina peccatorum, vera confeſſione armatus ac munitus nihil timeas. *Veritas liberabit vos,* (Ioan. 8, 32.) monet nos omnes Ioannes, & quidem ex ore Chriſti.

IV.

Auguſtinus lib. 2. de Viſitat. infir. cap. 5. *Adſtantem coram te Sacerdotem, Angelum Dei exiſtima.* (Malac. 2, 7) *(Labia quidem Sacerdotis,* ait Malachias, *cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, Angelus enim Domini exercituum eſt.) Et cum qua Deum & Angelum eius decet reuerentia, Dei miniſtrum affare.* *Fit coram Deo & eius Angelo.* *Aperi penetralia, abditiſſima latibula, conſcientiarum verecundarum penitiora reuela*

uela repagula. Non te pudeat coram vno dicere, quod non te puduit forſitan coram multis & cum multis facere: nam humanum eſt peccare, Chriſtianum eſt à peccato deſiſtere, diabolicum eſt perſeuerare. Ergo, quæ mentem grauiùs exacerbant facinora, Dei Angelo manifeſta, nihil obſcurum dicens, culpam nullis ambagibus reuoluens, nullis circumitionibus, quod verum eſt, operiens.

V.

Cùm Chriſtus inſtitueret Sacramentum Confeſſionis, dixit Apoſtolis: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Præſes itaque Confeſſionis eſt Spiritus veritatis. Caue ne illum offendas, adimendo quidquam de culpis quas cogitatione, verbo, & opere perpetraſti. Memineris quid acciderit Ananiæ, quid Saphiræ, cùm de vendito agro ſibi partem reſeruarunt, lædentes Spiritum veritatis; quam ob cauſam ab Apoſtolo Petro extremo ſunt addicti ſupplicio, & quidem ad exemplum & terrorem pœnitentium, ne tegant & abſcondant veritatem.

Ioan. 20, 10.

Sit integra.

Actor. 5.

V I.

Hortatur nos Dauid, vt effundamus in confeſſione, quidquid habemus in corde. *Effundite coram illo corda veſtra.* Quibus verbis adiungendus eſt commentarius Baſilij: *Impoſſibile eſt, ad diuinam gratiam*

Pſal. 61, 9.

Nihil in corde maneat.

accipiendam habiles reddamur, niſi vitia animas noſtras poſſidentia priùs eiiciamus. Vas quod odore tetro fuerit refectum, niſi probè lauetur, vnguentum odoratum minimè recipere poterit. Ideò Samaritana recepit, quia cor ſuum effudit coram veritatis Deo.

VII.

Rom.10, 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Crede, mulierem Samaritanam infirmam corpore & anima, cùm in corpus ſuum peccauerit, veræ confeſſionis virtute perfectè fuiſſe ſanatam. Adeſt Chriſtus, qui confeſſionem eius excipit, & qui ſanitatem ægræ contulit; adeſt, inquam, Filius Virginis, qui nouit per confeſſionem feminarum curare ægritudines. Aſſiſtit tibi ægrotanti, & ſimul expectat vt crimina patrata exponas. *Veritas liberabit,* & te recreabit à morbo, ſi benè ac verè, quidquid cogitatione, verbo, & opere commiſiſti, declaraueris, & verè confeſſus dixeris ſummo veritatis Deo: *Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.*

Imitatio in ægritudine.

Ioan.8,32.

Audi

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti audientis Samaritanam, exemplar Confeſſarij.

I.

CHriſtus veritatem à Samaritana, cùm faceret confeſſionem, non extorſit, ſed elicuit, & illexit peccatricem, vt ſuo ſe ore accuſaret & damnaret. Hanc eamdem formam ſeruandam ſibi Confeſſarius proponat, vt non per vim vllam agat & cogat pœnitentem ſua crimina declarare; prudenter ſuauiterque procedat, vt veritatem eliciat. Si quis vim inferat, & violentè crimina extrahit, non tam Confeſſarium agit, quàm iudicem ſæcularem, qui torquendo reum veritatem delicti extorquet, vt delinquentem condemnet. *Imitatio Chriſti audientis Samaritanam.*

I I.

Chriſtus ex facto itinere laſſus ſedebat, cùm Samaritana venit vt aquam ex fonte hauriret, & ſic iuxta puteum ſedens pœnitentis ſuæ confeſſionem accepit & impendit abſolutionem. Sedens iudex ſententiam ſuam pronuntiat. Chriſtus ſedebat ſic ſupra fontem, agens ſimul Confeſſarium & iudicem, vt inſtrueret eos, penes quos iudicium ani- *Iudicat Confeſſarius.*

marum futurum eſſet, quales vellet vicarios ſuos, nimirum iudices; pœnitentes verò reos, quorum cauſa diſcutienda foret in tribunali Confeſſionis. Ergo cùm in ſede Confeſſionali cauſam dicis, conſidera eius te locum tenere, qui ſedebat ſic ſupra fontem, & de ſtatu, & cauſa Samaritanæ iudicabat.

III.

Chriſtus ſedebat atque ſitiebat: ſitiebat peccatricis conuerſionem, & totus ſitibundus aiebat, *Da mihi bibere*. Sitis illa Chriſti procedebat ex ingenti feruore amoris, quo totus accenſus in ſalutem animarum flagrabat. Qui ſedet in templo, & expectat vt accedant pœnitentes, eorumque confeſſiones & conuerſiones auidè cupit, refert Chriſtum, qui iuxta puteum ſedens præuenit Samaritanam, patienter illam expectauit, & auidè potum ab illa efflagitauit, & in eius conuerſione ſitim ardentem reſtinxit. Sedet totos dies ad fores officinæ mercator, vt ad ſe venditores alliciat, ſuaſque merces diſtrahat: erubeſcat Confeſſarius vna hora ſe non poſſe manere cum Chriſto, & perſeuerare in ſubſellio Confeſſionali, vbi cæleſtes gratiæ diuinæ merces exponuntur & diſtrahuntur. Hæc officina eſt, ad quam virgines imprudentes, & dicentes, *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur*, remittuntur, cùm reſponſum

[Margin: Ioan.4,6. — *Sitiat ſalutem pœnitentium.* — Mat.25,8.]

reſponſum illud accipiunt, *Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis*, ſerò ad officinam confeſſionis venerunt, vbi claues cæli ſunt, ac proinde clauſam cæli ianuam non multò pòſt inuenerunt.

IV.

Chriſtus cùm iter in regnum Samariæ fecit, ita feſtinus fuit, vt fatigatus in puteum venerit; & vbi peruenit, diu in ſede quieuit, & per otium egit cum Samaritana, cuius conuerſioni inhiabat, cuius confeſſionem affectabat. Diſcat Confeſſarius ex Chriſto feſtinare & properare, cùm vocatur ad templum vt confeſſiones excipiat. Diſcat Confeſſarius à Chriſto, non feſtinatò, ſed per otium ſuos pœnitentes audire, & exactè cauſam eorum diſcutere. Magna negotia magnum exigunt otium. Magnum illud eſt, vbi de ſalute agitur animarum. *Sit feſtinus ad ſedem confeſſionis, ægrè recedat.*

V.

Meminerit Confeſſarius, poteſtatem ſibi datam per inſufflationem Chriſti, & afflatum Spiritus ſancti, qui Spiritus veritatis eſt à cælo delapſus, vt omnem veritatem doceret. Spiritus ſanctus eſt qui docet pœnitentem Samaritanam veram facere confeſſionem. Spiritus ſanctus eſt, qui in Chriſto reſidet, & veram impendit abſolutionem. Sciat ſe ab hoc eodem Spiritu veritatis pendere, vt benè & verè *Vtatur Spiritu veritatis.*

pœnitentes ſuos abſoluat, & peccatorum eorum vincula & nexus relaxet. Quam ob rem, priuſquam ſententiam pronuntiet, Spiritum ſanctum conſulat, Pſal. 84, 9. & dicat, *Audiam quid loquatur in me Dominus*, & iuxta eius oraculum ſuam ſententiam dicat ſedens pro tribunali confeſsionis.

VI.

S. Auguſtinus lib. 20. de Ciuitate Dei, cap. 9. ea Apoc. 20, 4 verba Apocalypſis exponens, *Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt*, ait: *Non hoc putandum eſt de vltimo iudicio dici, ſed ſedes præpoſitorum,* Sedes Confeſſionis. *& ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius acci-* Matth. 16, 19. *piendum videtur, quàm id quod dictum eſt: Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt & in cælo; & quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo.*

Compareant, in anima pœnitentis, imago Transfigurationis; in ſpiritu Confeſſarij, Chriſtus transfiguratus.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR VIRTVTIS CONFESSIONIS. *Matt. 17.*
Christi Transfiguratio, et pœnitentis .



DAVID CVPIENS TRANSFIGVRARI.
Asperges me hysſopo, et mundabor: lauabis me, et super niuem dealbabor.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMAQVINTA EXPLICATA.

RESPLENDET Oratorium Pœnitentiæ ſacra & ſancta imagine Transfiguratio-nis Chriſti, cuius facies refulſit inſtar ſo-lis, & niuium inſtar veſtes eius candidæ viſæ ſunt. Apparent itaque in Chriſto ſplendor & candor, veræ pœnitentiæ præcones teſteſque, quos in ſe & pro ſe recognouit ille, qui dixit, *Ecce enim* Pſal. 50, 6.
veritatem dilexiſti; & deinde vera facta confeſſione ait: *Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, &* Pſal. 50, 9.
ſuper niuem dealbabor. Quæ loca verſans Ambroſius in Apologia Dauid, dicit: *Dum hæc aſſerit Dauid, & peccatorum ſpecialium atque communem colluuiem confite-tur, ſubitò ei ſplendor veritatis, & candor ſpiritualis ef-fulſit.* Cuius autem niuis candor ille ſit, ſtatim ex-ponit: *Hæc eſt nix intelligibilis, de qua ait, quòd Do-* Mat. 17, 2.
mini Ieſu refulſerunt veſtimenta ſicut nix. Cùm Dauid confiteretur, dixit Deo: *Incerta & occulta ſapientiæ* Pſal. 50, 8.
tuæ manifeſtaſti mihi. In quem etiam locum rurſus Ambroſius: *Non per ſpeculum, non in ænigmate, ſed fa-cie ad faciem te mihi demonſtraſti: in tuis te inuenio Sa-cramentis. Hæc ſunt tuæ vera Sacramenta ſapientiæ, qui-*

bus mentis occulta mundantur. Benè ergo monet Dauid ſimiles pœnitentes: *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* In quem locum Baſilius: *Paucorum eſt ad veram lucem accedere, & manifeſtari velle, & vultu haud pudefacto ab iſta examinatione diſcedere.* Quiſquis ad hanc lucem accedit, ſuam animam glorioſam reddit, & quidem in eam formam, quam agens de Baptiſmo Pœnitentiæ Baſilius deſcribit: *Quemadmodum ſtatua obtrita iam & obſcura, amiſſa illuſtri Regis figura, denuò à ſapiente artifice & bono opifice fingitur, vt figmenti ſui gloriam reciperet, & priſtino ſplendori reſtituatur, ad iſtum modum & nos propter præcepti diuini tranſgreſſionem deprauati, ad priſtinam imaginis Dei gloriam reuocamur.*

Pſal. 33, 6.

Miraculoſa imago.

Miraculum transfigurationis in homine conſiſtente.

MIrabilis eſt transfiguratio pœnitentis, quemadmodum S. Auguſtinus in Pſalm. 88. monet: *In omni miſericordia perditorum, in iuſtificatione impiorum quid laudamus niſi mirabilia Dei? Laudas quia reſurrexerunt mortui; plus lauda quia redempti ſunt perditi. Quæ gratia? quæ miſericordia Dei? Vidiſti hominem heri cœnum luxuriæ, hodie decus temperantiæ. Vidiſti hominem heri blaſphematorem Dei, & hodie laudatorem Dei. Vidiſti hominem ſeruum creaturæ, & hodie cultorem Creatoris.*

toris. Hæc mirabilia Dei in ſeipſo expertus dixit: *Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor*. Dealbatus transfiguratuſque ſibi etiam admirationi fuit, *Et dixi, Nunc cœpi, hæc mutatio dextra Excelſi*. Ad hanc miraculoſam imaginem Pſal. 50, 9. Pſal. 76, 11.

Oratio noui Dauidis.

CHriſte Rex æternæ gloriæ, in cuius conſpectu eſt pulchritudo & confeſſio pœnitentis, vt eum in virum alterum tranſmutes & transformes: mutabis me, transfigurabis me, vt in nouam transferar creaturam. *Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor*. Pſal. 50, 9.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Transfigurationis, exemplar transformationis Pœnitentis.

I.

MIrabilis fit per pœnitentiam mutatio, mirabilis transfiguratio: filius tenebrarum efficitur filius lucis, efficitur filius ſplendoris & candoris. *Hæc mutatio dexteræ Excelſi*. Crede dicenti: *Niue dealbabuntur in Selmon*, nimirum ritè pœnitentes ac *Imitatio Transfigurationis*. Pſal. 76, 11. Pſal. 67, 15

Iſai.1,18. confitentes. Crede etiam aſſerenti: *Si fuerint peccata veſtra velut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Quòd ſi poſt factam Sacerdoti confeſſionem alius à te omnino non ſis, nec refulgeas velut nix, perfecta non fuit confeſſio, quæ tui ipſius mutatio & myſtica transformatio nominatur & eſt.

II.

Pretioſa gratia. Cùm iam pœnitens confeſſus eſt, expectat & exoptat beneficium hoc à Chriſto, vt inſtar niuis anima ſua candidetur. Attendat, & ſimul perpendat, quanti ſteterit gratia hæc, quam deſiderat & affectat. Antequam cælum niues in terras effundat, mœret, triſtatur, mœſtis ac triſtibus nubibus totum obducitur. Antequam Chriſtus candorem gratiæ pœnitentibus infundat, mœrores ac dolores paſſionis ſubit. Vnde Dauid hyſſopo pretioſi Sanguinis Chriſti ſe aſpergendum, & deinde ſupra niuem candidandum eſſe affirmat. Hæc eſt vis & gratia myſticæ transfigurationis, quam petis: expende gratiam quam poſtulas.

III.

Nix pariter & lana conuenerunt in veſtibus Ser-
Mat.17,2. uatoris. *Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.*
Pſ.147,16. Et quidem in noſtra iuſtificatione Deus *dat niuem*
Iſai.1,18. *ſicut lanam*, cùm dixerit Iſaias: *Si fuerint peccata veſtra velut*

velut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, quaſi lana alba erunt. Nix de cælo venit, lana in terra nutritur. Vis niuem gratiæ cæleſtis? opus eſt, vt ex te lanam conficias: para confeſſionem, para diſpoſitionem, vt veſtes animæ tuæ candidæ ſicut nix appareant, & fulgeant vi & virtute Pœnitentiæ, de qua Ephræm: *Subintrare cupit Pœnitentia inſtar ſolis, & vult totam illuſtrare mentem.*

Diſpoſitio neceſſaria ad gratiam Sacramentalem.

IV.

Mulier Euangelica perdidit drachmam ſuam, lucernam accendit, euerrit domum, vt drachmam perditam inueniret. Mulier illa typus eſt Chriſti, animæ tuæ typus eſt drachma: accendit Chriſtus lucernam, vt animam tuam inueniat. *Reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Euerrit ſcopâ Lazari domum, cùm tuam confeſſionem excipit; inuenit, cùm te transfigurauit in ſe. Iacens in terra drachma, iacens in ſtatu peccati anima ſordida & fœda eſt; cùm eleuatur, & ex malo ſtatu erigitur, beneficio Chriſti purgatur & emundatur.

Luc. 9, 2.

Mat. 17, 2.

Scopa Lazari confeſſio.

V.

Auguſtinus Serm. in Pſalm. 103. *Primò ergo accuſa fœditatem tuam, fœditas enim animæ de peccatis, de iniquitatibus eſt. Accuſando fœditatem tuam, incipis confiteri, à confeſſione incipis decorari. Quo decorante, niſi ſpecioſo*

Decor animæ confitentis.

[illegible] *autem & [illegible] faceret,*
[illegible] Chriſtus pro impiis
[illegible] ſuam
[illegible] eſſe non po-
[illegible] ſemper pulcher
[illegible]. Ne deſperes
[illegible] appone tu confeſsio-
[illegible] Deus [illegible] & decorem : *Con-*
[illegible]. Confeſsio quam
[illegible] ipſe impendit.

VI.

[illegible] confeſſio fit ad
[illegible]. [illegible] de Chriſto, *Confeſſionem*
[illegible] ſicut veſtimento. Hic
[illegible], de quo dicit Paulus Apoſtolus, *Reformabit*
corpus [illegible], configuratum corpori claritatis
ſuæ. [illegible] generalis corpo[illegible] [illegible]ri reformatio
fiat, [illegible] acci[illegible] [illegible] cùm ex mor-
bo conualeſcit. C[illegible]
nis, niſi quæda[illegible]
ratio? Transf[illegible]
affert. *Confeſ*[illegible]
feſſionem [illegible]
catque : [illegible]
& ſuper [illegible]

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti transfigurati, exemplar Confeſſarij.

I.

CHriſtus hilaris & lætus in ſua Transfiguratione declarat, quo vultu pœnitentem excipere Confeſſarius debeat, cùm venit ad Confeſsionem, vt ſe in alterum virum transformet. Benè ſe habet & facit Chriſti Vicarius, cùm dolet grauiter offenſum Deum, & ſimul gaudet cùm videt procumbentem in genua reum, & commiſſorum veniam poſtulantem. Ita gaudeat Confeſſarius, vt interior animi lætitia foras erumpat, & ex vultus hilaritate, qui confitetur, dignoſcat, quàm ſit grata atque feſtiua apud Deum facta confeſsio, quàm accepta ſit & placita anteactæ vitæ mutatio. *Imitatio Christi transfiguratio*

II.

Cùm Chriſtus ſublimis in Transfiguratione ap-
t, veniam & indulgentiam promittit, ac ſimul
, cùm ſcripſerit Iſaias: *Exaltabitur parcens vo-* Iſai. 30, 18.
uapropter canit inprimis Eccleſia: *Gloria in*
eo. Deinde petit à glorioſo ſuo Rege ve-
iſericordiam, dicendo: *Qui tollis peccata*
ere nobis. Et vt obtineat & impetret in-
dulgen-

Digitized by Google

forma præ filiis hominum? Vt autem & decoram faceret, audeo dicere, amauit & fœdam, quia Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Quam vitam ſibi ſeruat iuſtificatio, quia ſuam mortem donauit & impio? Ergo anima decora eſſe non poteſt, niſi confeſſa fuerit fœditatem ei, qui ſemper pulcher eſt, & propter te ad tempus pulcher non fuit. Ne deſperes de acquirenda pulchritudine: appone tu confeſſionem, ſuperponet Deus venuſtatem & decorem: *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.* Confeſſio quam à te expectat, pulchritudo quam ipſe impendit.

Pſal. 95, 6.

VI.

Rom. 10, 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Crede ſcriptum eſſe de Chriſto, *Confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento.* Hic idem, de quo dicit Paulus Apoſtolus, *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Antequam generalis corporis noſtri reformatio fiat, præcedit illa quam accipit æger, cùm ex morbo conualeſcit. Quid enim eſt reſtauratio valetudinis, niſi quædam reformatio, quædámve transfiguratio? Transfiguratus Chriſtus confeſſionem ſecum affert. *Confeſſionem & decorem induiſti.* Habeat & confeſſionem ſuam æger, qui reformari deſiderat, dicatque: *Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.*

Imitatio in ægritudine. Pſal. 103, 1. Phil. 3, 20.

Audi

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti transfigurati, exemplar Confeſſarij.

I.

CHriſtus hilaris & lætus in ſua Transfiguratione declarat, quo vultu pœnitentem excipere Confeſſarius debeat, cùm venit ad Confeſsionem, vt ſe in alterum virum transformet. Benè ſe habet & facit Chriſti Vicarius, cùm dolet grauiter offenſum Deum, & ſimul gaudet cùm videt procumbentem in genua reum, & commiſſorum veniam poſtulantem. Ita gaudeat Confeſſarius, vt interior animi lætitia foras erumpat, & ex vultus hilaritate, qui confitetur, dignoſcat, quàm ſit grata atque feſtiua apud Deum facta confeſsio, quàm accepta ſit & placita anteactæ vitæ mutatio. *Imitatio Chriſti transfiguratio*

II.

Cùm Chriſtus ſublimis in Transfiguratione apparet, veniam & indulgentiam promittit, ac ſimul donat, cùm ſcripſerit Iſaias: *Exaltabitur parcens vobis.* Quapropter canit inprimis Eccleſia: *Gloria in excelſis Deo.* Deinde petit à glorioſo ſuo Rege veniam & miſericordiam, dicendo: *Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.* Et vt obtineat & impetret indulgen- Iſai. 30, 18.

dulgentiam, allegat ſublimitatem eius à quo illam nititur impetrare. *Quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſſimus, Ieſu Chriſte.* Huius celſitudinis Chriſti miniſter eſt Confeſſarius, ad quam ipſe ſe vocatum & euectum eſſe conſideret, cùm datur occaſio miniſterij Confeſſionis, & ſimul abſolutionis, cuius virtute pœnitens in alium virum mutatur, impurus mundatur, denigratuſque candidatur.

Miniſter Excelſi Confeſſarius.

III.

Transfiguratur Chriſtus in monte, & acclamatur à Patre gratus & dilectus filius: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Diſcat ex Patre ſummo Confeſſarius, qui & pater pœnitentis eſt, cùm viderit illum transformari in alium virum, diligere iam confeſſum, & in ipſo, more patris, complacere. Nec dubium, quin Deus ipſe, qui iam peccatorem oderat, & eius ſtatum deteſtabatur, aliter cum illo procedat, verè pœnitentem amet, & in ipſo ſibi congaudeat, dicatque: Hic eſt filius meus dilectus, in cuius vitæ ac morum transfiguratione mihi complacui, cùm agens de Pœnitentia Ephræm dicat: *Inſeritur in pœnitentia cæleſtis conditio ac ſtatus, quia diuinitatis eſt conſors.*

Mat.17,5.

Complaceat ſibi in pœnitente.

IV.

IV.

Qualis eſſe debeat qui ſtudet pœnitentium formationi, præfert Chriſtus ipſe in ſua Transfiguratione, dum lucis ſplendorem cum candore niuium coniungit. Non cenſetur idoneus pro audiendis Confeſsionibus, pro informandis & transformandis pœnitentibus, ille qui ſcientiæ luce & ſplendore non rutilat, quique niuium candore, morum ſcilicet puritate, non fulget. Vnde & Chriſtus omnibus Confeſſariis dixit, *Vos eſtis lux mundi*; & ſubiunxit: *Sic luceant opera veſtra bona, vt glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.*

Sit purus, & ſapiens.

Mat. 5, 14.

V.

Adfuit in Transfiguratione ignis non comburens, ſed illuminans: adfuit Spiritus ſanctus, adfuit in lucida nube, ex qua Pater diuinus intonuit, quæque Diſcipulos obumbrauit. Obumbrauit eos qui creati ſunt Confeſſarij, & in eorum creatione Chriſtus ait, *Accipite Spiritum ſanctum.* Multa in confeſsione dicuntur, multa audiunt, præſertim à feminis, Confeſſarij, quæ lædere audientes poſſent: prouidit autem Chriſtus de vmbra Spiritus ſancti, qua illæſi penitus forent, ne ab excipiendis Confeſsionibus deterreſentur. Cauendum tamen Confeſſariis eſt, ne ab vmbra Spiritus ſancti recedant. Si ſe ſub

Vmbra Confeſſarij.

Ioan. 20, 20.

vmbra contineant, erunt ab igne immunes ac liberi, Chriſtoq́ue per omnia conformes fient.

V I.

Multiformis transfiguratio Chriſti, & Confeſſarij.

S. Bonauentura in Pſalmum 14. *Chriſtus quandoque ſe transfigurat in nobis, quandoque nos in ſe. In nobis dupliciter, vt oſtendat in ſe veritatem humanæ naturæ; quandoque ad aduocationem, nam eſt aduocatus noſter, & noſtram cauſam dicit eſſe ſuam. Nos in ſe transfigurat, exempli exhibitione; vult enim nos ſibi eſſe conformes.* Vult ſibi eſſe conformes Confeſſarium & confitentem, vtrique ſplendorem ſuæ lucis, & niuium candorem proponit, vt ad ſuæ Transfigurationis exemplum ſe componant. Componit ſe Confeſſarius, quoties ſplendore ſuæ doctrinæ pœnitentem ſuum illuſtrat, & niueo morum candore inuitat & excitat confitentem ad puritatem cordis, vitæq́ue ſanctimoniam. Ad exemplum Chriſti ſe aptat, qui virtute Confeſſionis filius tenebrarum eſſe deſinit, totuſq́ue mundus ac candidus interiùs & exteriùs refulgeſcit.

Compareant, in anima pœnitentis, imago ſurdi nati; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti ſanantis. Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR POENITENTIS OBEDIENTIS. *Marc. 7.*

Surdus audiens & obediens.



DAVID OBEDIENS, ET AVDIENS.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam: & exultabunt oſsa humiliata.

Rr2

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMASEXTA EXPLICATA.

HOMO ſurdus oblatus Chriſto eſt, qui & audiens, & obediens Patri, ſurdos reddit audientes, & obedientes. *Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & ſuſpiciens in cælum ingemuit, & ait illi; Ephpheta, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius.* Marci 7, 33. Chriſtus eſt, qui humanum pulſat auditum, & ſurdum ſanat. Peccatores ſurdæ aſpidi ſimiles ſunt, nec diuinas præceptiones, nec inſpirationes audiunt. Audire tunc ſurdi incipiunt, cùm veniunt ad Pœnitentiæ Sacramentum: tunc Chriſtus aperit aures, vt pœnitentes monita Confeſſarij libenter excipiant. Dauid prolapſus eſt in peccatum, prolapſus in ſurditatem, veniens tandem ad pœnitentiam, ſiſtit ſe Deo ſuo factus ſurdus, & ait: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Pſal. 50, 10. Poſtquam iam confeſſus eſt Chriſtianus Dauid, & ad pedes Chriſti & Confeſſarij ſui proſtratus iacet, ſurdi perſonam agit, & petit, vt aurem audientem & obedientem cæleſtis Chriſtus præbeat. Præbet, inprimis mulcendo aures. nam,

Iſai.1,18. confitentes. Crede etiam aſſerenti: *Si fuerint peccata veſtra velut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Quòd ſi poſt factam Sacerdoti confeſſionem alius à te omnino non ſis, nec refulgeas velut nix, perfecta non fuit confeſſio, quæ tui ipſius mutatio & myſtica transformatio nominatur & eſt.

II.

Pretioſa gratia. Cùm iam pœnitens confeſſus eſt, expectat & exoptat beneficium hoc à Chriſto, vt inſtar niuis anima ſua candidetur. Attendat, & ſimul perpendat, quanti ſteterit gratia hæc, quam deſiderat & affectat. Antequam cælum niues in terras effundat, mœret, triſtatur, mœſtis ac triſtibus nubibus totum obducitur. Antequam Chriſtus candorem gratiæ pœnitentibus infundat, mœrores ac dolores paſſionis ſubit. Vnde Dauid hyſſopo pretioſi Sanguinis Chriſti ſe aſpergendum, & deinde ſupra niuem candidandum eſſe affirmat. Hæc eſt vis & gratia myſticæ transfigurationis, quam petis: expende gratiam quam poſtulas.

III.

Nix pariter & lana conuenerunt in veſtibus Ser-
Mat.17,2. uatoris. *Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.*
Pſ.147,16. Et quidem in noſtra iuſtificatione Deus *dat niuem*
Iſai.1,18. *ſicut lanam*, cùm dixerit Iſaias: *Si fuerint peccata veſtra velut*

Digitized by Google

velut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, quaſi lana alba erunt. Nix de cælo venit, lana in terra nutritur. Vis niuem gratiæ cæleſtis? opus eſt, vt ex te lanam conficias: para confeſſionem, para diſpoſitionem, vt veſtes animæ tuæ candidæ ſicut nix appareant, & fulgeant vi & virtute Pœnitentiæ, de qua Ephræm: *Subintrare cupit Pœnitentia inſtar ſolis, & vult totam illuſtrare mentem.*

Diſpoſitio neceſſaria ad gratiam Sacramentalem.

IV.

Mulier Euangelica perdidit drachmam ſuam, lucernam accendit, euerrit domum, vt drachmam perditam inueniret. Mulier illa typus eſt Chriſti, animæ tuæ typus eſt drachma: accendit Chriſtus lucernam, vt animam tuam inueniat. *Reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Euerrit ſcopâ Lazari domum, cùm tuam confeſſionem excipit; inuenit, cùm te transfigurauit in ſe. Iacens in terra drachma, iacens in ſtatu peccati anima ſordida & fœda eſt; cùm eleuatur, & ex malo ſtatu erigitur, beneficio Chriſti purgatur & emundatur.

Luc. 9, 2.

Mat. 17, 2.

Scopa Lazari confeſſio.

V.

Auguſtinus Serm. in Pſalm. 103. *Primò ergo accuſa fœditatem tuam, fœditas enim animæ de peccatis, de iniquitatibus eſt. Accuſando fœditatem tuam, incipis confiteri, à confeſſione incipis decorari. Quo decorante, niſi ſpecioſo*

Decor animæ confitentis.

forma præ filiis hominum? Vt autem & decoram faceret, audeo dicere, amauit & fœdam, quia Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Quam vitam ſibi ſeruat iuſtificatio, quia ſuam mortem donauit & impio? Ergo anima decora eſſe non poteſt, niſi confeſſa fuerit fœditatem ei, qui ſemper pulcher eſt, & propter te ad tempus pulcher non fuit. Ne deſperes de acquirenda pulchritudine: appone tu confeſsionem, ſuperponet Deus venuſtatem & decorem: *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.* Confeſſio quam à te expectat, pulchritudo quam ipſe impendit.

Pſal.95,6.

VI.

Rom.10, 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Crede ſcriptum eſſe de Chriſto, *Confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento.* Hic idem, de quo dicit Paulus Apoſtolus, *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Antequam generalis corporis noſtri reformatio fiat, præcedit illa quam accipit æger, cùm ex morbo conualeſcit. Quid enim eſt reſtauratio valetudinis, niſi quædam reformatio, quædámve transfiguratio? Transfiguratus Chriſtus confeſſionem ſecum affert. *Confeſſionem & decorem induiſti.* Habeat & confeſſionem ſuam æger, qui reformari deſiderat, dicatque: *Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.*

Imitatio in ægritudine. Pſal.103,1 Phil.3,20.

Audi

Audi Pater Pœnitentis:
Exemplar Chriſti transfigurati, exemplar Confeſſarij.

I.

CHriſtus hilaris & lætus in ſua Transfiguratione declarat, quo vultu pœnitentem excipere Confeſſarius debeat, cùm venit ad Confeſsionem, vt ſe in alterum virum transformet. Benè ſe habet & facit Chriſti Vicarius, cùm dolet grauiter offenſum Deum, & ſimul gaudet cùm videt procumbentem in genua reum, & commiſſorum veniam poſtulantem. Ita gaudeat Confeſſarius, vt interior animi lætitia foras erumpat, & ex vultus hilaritate, qui confitetur, dignoſcat, quàm ſit grata atque feſtiua apud Deum facta confeſsio, quàm accepta ſit & placita anteactæ vitæ mutatio. *Imitatio Chriſti transfigurati*

II.

Cùm Chriſtus ſublimis in Transfiguratione apparet, veniam & indulgentiam promittit, ac ſimul donat, cùm ſcripſerit Iſaias: *Exaltabitur parcens vobis.* Quapropter canit inprimis Eccleſia: *Gloria in excelſis Deo.* Deinde petit à glorioſo ſuo Rege veniam & miſericordiam, dicendo: *Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.* Et vt obtineat & impetret indulgen- Iſai. 30, 18.

dulgentiam, allegat ſublimitatem eius à quo illam nititur impetrare. *Quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſſimus, Ieſu Chriſte.* Huius celſitudinis Chriſti miniſter eſt Confeſſarius, ad quam ipſe ſe vocatum & euectum eſſe conſideret, cùm datur occaſio miniſterij Confeſſionis, & ſimul abſolutionis, cuius virtute pœnitens in alium virum mutatur, impurus mundatur, denigratuſque candidatur.

Miniſter Excelſi Confeſſarius.

III.

Transfiguratur Chriſtus in monte, & acclamatur à Patre gratus & dilectus filius: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Diſcat ex Patre ſummo Confeſſarius, qui & pater pœnitentis eſt, cùm viderit illum transformari in alium virum, diligere iam confeſſum, & in ipſo, more patris, complacere. Nec dubium, quin Deus ipſe, qui iam peccatorem oderat, & eius ſtatum deteſtabatur, aliter cum illo procedat, verè pœnitentem amet, & in ipſo ſibi congaudeat, dicatque: Hic eſt filius meus dilectus, in cuius vitæ ac morum transfiguratione mihi complacui, cùm agens de Pœnitentia Ephræm dicat: *Inſeritur in pœnitentia cæleſtis conditio ac ſtatus, quia diuinitatis eſt conſors.*

Mat. 17, 8.

Complaceat ſibi in pœnitente.

IV.

IV.

Qualis eſſe debeat qui ſtudet pœnitentium formationi, præfert Chriſtus ipſe in ſua Transfiguratione, dum lucis ſplendorem cum candore niuium coniungit. Non cenſetur idoneus pro audiendis Confeſsionibus, pro informandis & transformandis pœnitentibus, ille qui ſcientiæ luce & ſplendore non rutilat, quique niuium candore, morum ſcilicet puritate, non fulget. Vnde & Chriſtus omnibus Confeſſariis dixit, *Vos eſtis lux mundi;* & ſubiunxit: *Sic luceant opera veſtra bona, vt glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* *Sit purus, & ſapiens.* Mat. 5, 14.

V.

Adfuit in Transfiguratione ignis non comburens, ſed illuminans: adfuit Spiritus ſanctus, adfuit in lucida nube, ex qua Pater diuinus intonuit, quæque Diſcipulos obumbrauit. Obumbrauit eos qui creati ſunt Confeſſarij, & in eorum creatione Chriſtus ait, *Accipite Spiritum ſanctum.* Multa in confeſsione dicuntur, multa audiunt, præſertim à feminis, Confeſſarij, quæ lædere audientes poſſent: prouidit autem Chriſtus de vmbra Spiritus ſancti, qua illæſi penitus forent, ne ab excipiendis Confeſsionibus deterrerentur. Cauendum tamen Confeſſariis eſt, ne ab vmbra Spiritus ſancti recedant. Si ſe ſub *Vmbra Confeſſarij.* Ioan. 20, 10.

Rr vm-

dulgentiam, allegat ſublimitatem eius à quo illam nititur impetrare. *Quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſſimus, Ieſu Chriſte.* Huius celſitudinis Chriſti miniſter eſt Confeſſarius, ad quam ipſe ſe vocatum & euectum eſſe conſideret, cùm datur occaſio miniſterij Confeſſionis, & ſimul abſolutionis, cuius virtute pœnitens in alium virum mutatur, impurus mundatur, denigratuſque candidatur.

Miniſter Excelſi Confeſſarius.

III.

Transfiguratur Chriſtus in monte, & acclamatur à Patre gratus & dilectus filius: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Diſcat ex Patre ſummo Confeſſarius, qui & pater pœnitentis eſt, cùm viderit illum transformari in alium virum, diligere iam confeſſum, & in ipſo, more patris, complacere. Nec dubium, quin Deus ipſe, qui iam peccatorem oderat, & eius ſtatum deteſtabatur, aliter cum illo procedat, verè pœnitentem amet, & in ipſo ſibi congaudeat, dicatque: Hic eſt filius meus dilectus, in cuius vitæ ac morum transfiguratione mihi complacui, cùm agens de Pœnitentia Ephræm dicat: *Inſeritur in pœnitentia cæleſtis conditio ac ſtatus, quia diuinitatis eſt conſors.*

Mat. 17, 5.

Complaceat ſibi in pœnitente.

IV.

IV.

Qualis eſſe debeat qui ſtudet pœnitentium formationi, præfert Chriſtus ipſe in ſua Transfiguratione, dum lucis ſplendorem cum candore niuium coniungit. Non cenſetur idoneus pro audiendis Confeſsionibus, pro informandis & transformandis pœnitentibus, ille qui ſcientiæ luce & ſplendore non rutilat, quique niuium candore, morum ſcilicet puritate, non fulget. Vnde & Chriſtus omnibus Confeſſariis dixit, *Vos eſtis lux mundi*; & ſubiunxit: *Sic luceant opera veſtra bona, vt glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.*

Sit purus, & ſapiens.

Mat. 5, 14.

V.

Adfuit in Transfiguratione ignis non comburens, ſed illuminans: adfuit Spiritus ſanctus, adfuit in lucida nube, ex qua Pater diuinus intonuit, quæque Diſcipulos obumbrauit. Obumbrauit eos qui creati ſunt Confeſſarij, & in eorum creatione Chriſtus ait, *Accipite Spiritum ſanctum.* Multa in confeſsione dicuntur, multa audiunt, præſertim à feminis, Confeſſarij, quæ lædere audientes poſſent: prouidit autem Chriſtus de vmbra Spiritus ſancti, qua illæſi penitus forent, ne ab excipiendis Confeſsionibus deterrerentur. Cauendum tamen Confeſſariis eſt, ne ab vmbra Spiritus ſancti recedant. Si ſe ſub

Vmbra Confeſſarij.

Ioan. 20, 10.

vmbra contineant, erunt ab igne immunes ac liberi, Chriſtoq́ue per omnia conformes fient.

VI.

Multiformis transfiguratio Chriſti, & Confeſſarij.

S. Bonauentura in Pſalmum 14. *Chriſtus quandoque ſe transfigurat in nobis, quandoque nos in ſe. In nobis dupliciter, vt oſtendat in ſe veritatem humanæ naturæ; quandoque ad aduocationem, nam eſt aduocatus noſter, & noſtram cauſam dicit eſſe ſuam. Nos in ſe transfigurat, exempli exhibitione; vult enim nos ſibi eſſe conformes.* Vult ſibi eſſe conformes Confeſſarium & confitentem, vtrique ſplendorem ſuæ lucis, & niuium candorem proponit, vt ad ſuæ Transfigurationis exemplum ſe componant. Componit ſe Confeſſarius, quoties ſplendore ſuæ doctrinæ pœnitentem ſuum illuſtrat, & niueo morum candore inuitat & excitat confitentem ad puritatem cordis, vitæq́ue ſanctimoniam. Ad exemplum Chriſti ſe aptat, qui virtute Confeſſionis filius tenebrarum eſſe deſinit, totuſq́ue mundus ac candidus interiùs & exteriùs refulgeſcit.

Compareant, in anima pœnitentis, imago ſurdi nati; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti ſanantis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR POENITENTIS OBEDIENTIS. *Marc. 7.*
Surdus audiens & obediens.



DAVID OBEDIENS, ET AVDIENS.
Auditui meo dabis gaudium et lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Rr2

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMASEXTA EXPLICATA.

HOMO ſurdus oblatus Chriſto eſt, qui & audiens, & obediens Patri, ſurdos reddit audientes, & obedientes. *Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & ſuſpiciens in cælum ingemuit, & ait illi; Ephpheta, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius.* Marci 7, 33. Chriſtus eſt, qui humanum pulſat auditum, & ſurdum ſanat. Peccatores ſurdæ aſpidi ſimiles ſunt, nec diuinas præceptiones, nec inſpirationes audiunt. Audire tunc ſurdi incipiunt, cùm veniunt ad Pœnitentiæ Sacramentum: tunc Chriſtus aperit aures, vt pœnitentes monita Confeſſarij libenter excipiant. Dauid prolapſus eſt in peccatum, prolapſus in ſurditatem, veniens tandem ad pœnitentiam, ſiſtit ſe Deo ſuo factus ſurdus, & ait: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt* Pſal. 50, 10. *oſſa humiliata.* Poſtquam iam confeſſus eſt Chriſtianus Dauid, & ad pedes Chriſti & Confeſſarij ſui proſtratus iacet, ſurdi perſonam agit, & petit, vt aurem audientem & obedientem cæleſtis Chriſtus præbeat. Præbet, inprimis mulcendo aures. nam,

Digitized by Google

vt ait Ephræm agens de Pœnitentia, & filio prodigo, *cernis pœnitentiam non primùm quod auſterum eſt offerre peccantibus, verùm quod gratum ac placidum eſt, ſimulque ſuaue ac facile. Non mox ieiunium impoſuit, non abſtinentiam ac temperantiam popoſcit, non vigilias demonſtrauit, ſed à confeſſione ipſum prædicauit.* Priùs mulcet, & deinde aures pœnitentis præſtringit.

Miraculoſa imago.

Miraculum in ſurdo patratum.

AMbroſius lib. I. de Pœnitentia incipit in hæc verba: *Si virtutum finis ille eſt maximus, qui plurimorum ſpectat profectum, moderatio omnium pulcherrima eſt, quæ nec ipſos, quos damnat, offendit, & quos damnauerit, dignos facit abſolutione.* Hoc moderationis miraculum perpetuum eſt in tribunali Confeſſionis, vbi damnatus reus non offenditur, non læditur, imò contra omnem humanam conſuetudinem damnatione ſua meretur abſolutionem. Quanti habenda ſit hæc moderatio, vel ex hoc perſpici poteſt, quod ſtatim addit Ambroſius: *Denique ſola eſt, quæ Domini quæſitam Sanguine Eccleſiam propagauit, imitatrix beneficij cæleſtis, & redemptionis vniuerſorum ſalubri fine temperans, quem ferre poſſunt aures hominum, mentes non refugere, non pauere animi.* Non modò præſtrictæ aures Dauidicæ ferre queunt correptiones,

neſ,ſed in illis etiam magnam lætitiam & gaudium
Dauid ſibi pollicetur,dum ait: *Auditui meo dabis gau-* Pſal. 50,10.
dium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. Ad hanc
miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

DEus, qui feciſti ſurdo auditum, audientem & obedientem reddidiſti; ſurdus peccator ego fui, qui nec teipſum audiui, nec præceptis tuis obediui: aures præbe, redde audientem me, & læto animo excipientem conſilia & monita Confeſſarij mei: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exul-* Pſal. 50,10
tabunt oſſa humiliata.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar ſurdi ſanati, exemplar obedientis pœnitentis.

I.

CVra diligenter, & caue ne ſis de numero eo- *Imitatio*
rum, qui accedunt ad Confeſſionem, dicunt- *ſurdi audientis, &*
que Confeſſario ſuo, *Noli me tangere.* Si Chriſtus *obedientis.*
ſurdum non tetigiſſet, haud dubiè ſanatus non fuiſſet. Miſit quidem digitos ſuos in auriculas ſurdi, non quidem,

Digitized by Google

quidem, vt eas mulceret, ſed vt perſtringeret, & perſtringendo ſurditatem omnem expelleret, audi-
1.Reg.3,9. ret, & diceret. *Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus;*
Pſal.84,9. & adderet: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Deus quidem, ſiue per ſe ſiue per Confeſſarium loquatur, audiendus eſt. *Iubendo enim Deus, vtile facit quidquid iubere voluerit, de quo metuendum non eſt, ne non profutura præcipiat.* Auguſtinus libro de Vera innocentia.

II.

Ambroſius in Pſalm. 37. *Medicina Chriſti correptio eſt, corripit enim Deus quem vult conuertere, ideò &*
2.Timoth. 4,2. *Paulus ad medicum ait: Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Corripit igitur Deus per Confeſſarium, quem vult conuertere; arguit, obſecrat,
Correptio Confeſſionis.
Eccli.2,2. & increpat, cui vult mederi: *Inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectus.* Quòd ſi non audias, nec ſuſcipias, medicinam Chriſti non accipis; adhuc ſurdus, adhuc in peccatis manes.

III.

Per miniſtros ſuos placita declarare Principes ſolent, & ipſe Deus miniſterio Angelorum olim vtebatur, vt quid ſibi placeret explicaret. Nunc Deus
Diuina & Angelica.
explicat ſe per Confeſſarium tuum, Angelum ſimul & miniſtrum ſuum: quare citatus iam Auguſtinus præmo-

præmonuit : *Adſtantem coram te Sacerdotem Angelum Dei exiſtima. Labia quidem Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius.* Malac.2,7 Cuſtodiunt labia Sacerdotis ſcientiam, quam Dei nomine communicant iis qui audientes & obedientes diuinis præceptis ſunt.

IV.

Adeſt Sacramento Pœnitentiæ Spiritus ſanctus, cùm Chriſtus primis Eccleſiæ Confeſſariis dixerit, *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Ioan.20,10. Hic idem diuinus Spiritus ora Prophetarum aperiebat, quemadmodum in Symbolo confiteris. *Credo in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas.* Qui tunc temporis per Prophetas loquebatur, nunc verba facit per Eccleſiæ Confeſſarios. Quod olim Chriſti Apoſtoli, definientes dogmata fidei, proferre ſolebant, *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis*, non errabis, ſi piè credas hoc ipſum dicere poſſe Confeſſarium tuum, cùm Spiritus Dei præſit & adſit ſacro Confeſſionis tribunali. Conſilia & monita Confeſſarij diligenter cuſtodi, ſedulò ſerua, oracula exiſtimans non tam humana, quàm diuina; non tam hominis conſilia, quàm mandata Spiritus ſancti.

Oraculum Spiritus ſancti. Actor.14,28.

ſancti. Hæc diuina monita impreſſerat ſibi Dauid, vnde & dicit Pſalm.37, 3. *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.* Quid per ſagittas intelligat, exponit Baſilius in hunc locum: *Ego verò has ſagittas eſſe ſpirituales, vel potiùs ipſa Dei verba, eius animam vulnerantia, & conſcientiam cruciantia exiſtimo: quoniam tantus vir cùm eſſet, & tot ex Deo munera conſecutus, ſeſe ad indigna facinora perpetranda inquinauerat.*

V.

Rom.10, 10. *Imitatio in ægritudine.* *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Crede, laborantem auribus ſurdum propter morum improbitatem malè audiiſſe, & ſanatum à Chriſto fuiſſe, vt & benè audiret, & obediret. Obedientia pulchra medicina tum animæ tum corporis malè habentis eſt. Contraria contrariis curantur. Prima illa inobedientia cauſa fuit omnium morborum; quapropter miſer æger afflictatus accuſet inobedientiam, offerat auditum ſuum Chriſto, & ſimul eius Vicario, vt mandata eius excipiat, dicatque: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Pſal.50,10

Audi

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti ſurdum ſanantis, exemplar Confeſſarij.

I.

Imitatio Chriſti ſanantis hominem ſurdum.

VT hoſti ciuitas eripiatur, oportet occupare portam aliquam, per quam robur exercitus ingrediatur. Fortis armatus per tyrannidem hominem cepit, Deo abſtulit, quem ſuo Domino reſtituere Confeſſarius omnino conatur. Quid facto opus ſit, oſtendit in imagine Chriſtus. Oportet occupare portam auricularem, inſtruere & inſtituere pœnitentem ad obedientiam, vt qui per inobedientiam defecit, per obſequium in Dei poteſtatem ac poſſeſſionem redeat.

II.

Miniſter Chriſti obedientis Confeſſarius.

Magiſter obedientiæ Chriſtus eſt, qui cùm Deus eſſet, Mariæ ac Ioſepho ſubditus erat, & vſque ad mortem, mortem autem crucis, Patri præſtitit obſeruantiam & obedientiam. Quiſquis obedire nouit, nouit & obedientem ſibi facere & reddere pœnitentem. Da filium Patri ſuo obſequentem: hic ipſe cùm habuerit poſteà proles, haud dubiè habebit ſibi obtemperantes & aſſentientes. Da mihi, ſi placet, filium pœnitentiæ, qui ſpiritali Patri ſuo nouerit

cultum debitum exhibere, & præceptionibus eius ſe ſubiicere; hic idem ipſe, cùm pater ſuorum pœnitentium ſit, eos ſibi ſubiectos facilè inueniet. Filius patri obſequium præſtet, vt & ipſi iam patri cultus viciſſim à ſuis prolibus conferatur. Quiſquis Confeſſarius eſt, ſternet ſibi viam ad obedientiam quam in pœnitente ſuo deſiderat, ſi nouerit & ipſe pœnitens ſuo ſe Confeſſario ſubdere, & debitam ſubiectionem præſtare.

III.

Vtitur digito Dei. Chriſtus ita tetigit auditum hominis ſurdi, vt digitum ſuum intromitteret. Digitus Dei Spiritus ſanctus eſt, vnde & canit Eccleſia:

Digitus paternæ dexteræ.

Dextera Dei Chriſtus hunc digitum Confeſſariis *Ioan. 20, 10.* ſuis dedit, cùm dixit, *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Hinc hauriunt & accipiunt virtutem Dei, vt ſibi ſubditos faciant & reddant pœnitentes ſuos tales, vt audiant quæ audienda ſunt, audita verò compleant & exequantur.

IV.

Recreat auditum. Chriſtus, cùm tangit auditum, recreat, & Spiritum conſolationis per aurem, vt totam animam delectet, intromittit. Spiritus ſanctus paracletus eſt ac conſolator, & vt Confeſſarij pœnitentes ſolarentur, ab

ab ipſo Chriſto Spiritum ſanctum paracletum & conſolatorem acceperunt. Cùm ergo pœnitens deſolatus ac mœſtus venerit ad confeſſionem, ſoletur afflictum Confeſſarius, ſatisfaciens muneri & officio ſuo, quod ad pœnitentium expiationem & pariter conſolationem inſtitutum eſt. Sciat pœnitens, cùm triſtitia & mœrore vexatur, habere ſe apud Confeſſarium ſuum ſpiritum conſolationis, quo deiectus mœſtitiâ animus erigatur & excitetur.

V.

Medicus pulſum ægroti tangit, Chriſtus aurem *Explorat animum.* ſurdi hominis pulſat, vt oſtendat ſe eſſe ipſum qui dicit, *Sto ad oſtium, & pulſo.* Pulſat bonis monitis ac *Apoc. 3, 20.* conſiliis, quibus acquieſcens homo ſibi ſalutem acquirit. Ritè ac rectè donatur Confeſſario Spiritus ſanctus, qui & Spiritus conſilij eſt, vt ſalutaribus conſiliis ac documentis tangat ac pulſet pœnitentis auditum, & moneat, quid facto opus ſit, vt capax abſolutionis fiat, & abſolutus ſemel ita viuat in poſterum, ne in miſerum ſtatum, in quo antè fuit, relabatur & detrudatur.

V I.

S. Bonauentura in Confeſſion. cap. 1. particul. 5. *Debet Confeſſarius pio ac ſuaui alloquio ipſum confitentem ad veram compunctionem, & ad nudam & expreſſam con-*

feſſionem inducere, non ſtatim ex abrupto, ſi tempus ſufficit, inferre. Debet & gemere, ſicut & Chriſtus ingemuit, & quidem ex animarum zelo; ſicut Baſilius monet Regulâ 31. *Cùm Dominus condemnet eos qui nunc rident, apertum eſt quòd fideli numquam ridendi tempus ſit; maximè in tanta multitudine eorum conſtituto, qui per legis tranſgreſſionem Deum dehoneſtant, & in peccato moriuntur, quorum gratiâ lugendum eſt & ingemiſcendum.* Conueniunt inter ſe ita Confeſſarius & pœnitens, quemadmodum inter ſe pater & filius conſentiunt. Quòd ſi pater, cui dilectus filius eſt, continere ſe non poteſt, quò minùs erumpat in gemitum, cùm extrema patitur proles, Confeſſarius, qui paternas partes agit, miſerrimo ſtatu cognito, in quo charus iacet filius, attollat in cælum oculos, & gemitum cum Chriſto edat indicem interni amoris, quò ſobolem charam amplectitur.

Gemitus Confeſſarij.

Compareant, in anima pœnitentis, imago Centurionis; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti ad eum venientis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR DETESTATIONIS PECCATI. *Matt. 8.*
Centurio recognoſcens Chriſtum, idola deteſtans.



DAVID DETESTANS CVLPAS SVAS.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMASEPTIMA EXPLICATA.

FIDELIS comes bonæ perfectæque Confeſſionis, eſt deteſtatio præteritorum peccatorum. Ad illam excitandam in pectore pœnitentis, obuiàm venit & occurrit Chriſto Euangelicus Centurio, qui hoſpite tanto ſe eſſe indignum fatetur. *Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Matth. 8, 8. Domus Centurionis receptaculum priùs erat falſorum ſimulacrorum, & illorum vanum cultum omnino deteſtans, prorupit in vocem illam: *Domine, non ſum dignus.* Hactenus profana domus peccatorum fuiſti, habitabant apud te ſuperbia, ira, inuidia, & alia id genus facinora: cùm igitur virtute abſolutionis venturus ad te ſit per gratiam Chriſtus, oportet vt accedenti iam occurras, ac tibi diſplicens clames: *Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur anima mea.* Hoc eodem ſpiritu ductus, orabat Deum Dauid, vt à luto & cœno ſordido criminum commiſſorum ſacroſanctos oculos diuerteret ac dimoueret: *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes* Pſal. 50, 11.

Tt *ini-*

Digitized by Google

iniquitates meas dele. Orabat ita deteſtans commiſſa delicta & crimina, vt nec vel minimum eorum veſtigium apud ſe remanere vellet. Et quidem ſanctus Ephræm agens de Pœnitentia dicit: *In lege non idola ſolùm demoliri præcepit Deus, & aras atque delubra, verùm etiam cineres incenſorum lapidum atque lignorum extra caſtra eiici iuſſit. Conſidera tu quoque qui pœnitentiam agis, quòd omne malitiæ veſtigium debeas remouere.*

Miraculoſa imago.

Miraculum in Centurione pœnitente patratum.

CElebre ſatis eſt illud miraculum, quod diuinitus patratum fuit in deſerto, cùm magna aquarum vis ex lapide promanauit, vt populus potaretur. Niſi priùs mores & ritus Ægyptios deteſtati fuiſſent Hebræi, aquam illam non accepiſſent. Nouerit pœnitens priorem vitam damnare, ad petram Confeſſionis recurrat, & in ſe ſimile experietur prodigium. Audiendus Nyſſenus libro de Vita Moyſis. *Moyſes*, inquit, *rurſus lapidem inundare aquis facit: quæ res quantum ſit, Sacramentum Pœnitentiæ docet. Nam qui, poſtquam biberunt è lapide, quamuis ad ventrem & Ægyptias voluptates lapſi, bonorum priuatione, ac doloris perpeſſione in deſerto condemnentur; poſſunt tamen virtute pœnitentiæ lapidem, quem dereliquerunt, inuenire, & fontes, quos delinquendo obſerarunt, pœnitendo*

pœnitendo reſerare. Reſerat fontes Centurio primis idolis renuntians, & Dauid priora delicta deteſtans. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Gaudebunt hoc priuilegio ceteri pœnitentes, *ſi Ægyptium lutum oderint, & operari terrena declinent,* vt monet Ambroſius in Pſalm.118. Serm.22. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

CHriſte Deus, cui placuit vox illa Centurionis, *Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum*, idolis & ſimulacris profanum: placeat & hæc, Domine non ſum dignus vt per gratiam tuam ingrediaris animam meam infectam ſordibus peccatorum. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.*

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Centurionis, exemplar culpas ſuas deteſtantis.

I.

VEnenum peccatum eſt, & tantas in ſe vires habet, vt cùm primùm capiatur & deglutiatur, *Imitatio Centurionis culpas ſuas deteſtantis.*

Iacob.1,16 tur, occidat animam. *Peccatum, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.* Nemo quidem ſanus eſt, qui non auerſetur venenum, præſertim cùm illud ebiberit. Peccatum ſicut aquam potaſti, cepiſti graue venenum, & toties illud hauſiſti, quoties grauiter peccaſti: deteſtare & auerſare venenatam culpæ potionem, quam ex calice Babylonis deceptus toties guſtaſti.

II.

Deteſtetur pœnitens culpam.

Auerſatur omnis reus carcerem, vincula, funes, tormenta; auerſetur & pœnitens facinora ſua. Nam, teſte D. Hieronymo in Pſalm. 9. *vnuſquiſque peccator, ipſe ſibi ſecum portat & funes, & vincula, & tormenta, vnde ſuſtinet mala: ab aliis non eſt neceſſe præparari, cùm ipſe ſibi præparet quæ ad pœnam pertinent.*

III.

Horreat ſuum crimen.

Qui vitia deteſtaris aliena, quare propria non auerſaris? Deteſtaris in Caino liuorem, in Eſau voracitatem, in Iuda perfidiam, & alia aliorum ſimilia, & tamen cùm hæc omnia in te conſideras, mi-
2.Reg.21. nimè damnas. Nathan cùm à Deo miſſus eſſet, vt Dauidem carperet & obiurgaret, quod & fecit, vt prouocaret Dauidem ad odium commiſſi flagitij, vſus ea induſtria eſt, vt alium ab ipſo, qui paupérculæ ouem abſtulerat, reum induceret. Cumque audiiſſet

diiſſet Rex parabolam, exarſit totus in diuitem, ſæuum & impium eius facinus deteſtatus. Tunc temporis Nathan interpres factus parabolæ, ait: *Tu es ille vir.* Satis opportunè occurrit, vt Dauid, qui damnauerat in diuite crimen, damnaret in ſe: condemnauit vero cùm dixerit, *Peccaui Domino.* 2.Reg.12,7. 2.Reg.12,13.

IV.

D.Hieronymus in Pſalm.90. *Dæmonium eo tempore poteſtatem habet in nos quando peccamus? Siue manè peccauerimus, dæmon ingreditur in nobis, ſiue veſpere, ſiue nocte, quacumque hora peccamus, dæmon ingreditur in nobis.* Nemo quidem eſt, qui dæmonem exoſum non habeat; nemo quoque ſit, qui ſtatum peccati non auerſetur. Peccator ſub dæmonis imperio poteſtateque eius paterna eſt, cùm dictum ſit peccatoribus, *Vos ex patre diabolo eſtis.* Honorat dæmonem veluti patrem ſuum, qui diligit iniquitatem, & culpam non horret. *Horreat veluti dæmonem.* Ioan.8,44

V.

Oportet ad impetrandam veniam peccatorum noſſe deteſtari commiſſa. Nouit hanc artem reus, qui pendens ex cruce, complici ſuo dixit: *Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit.* Nouit hanc artem publicanus ille, qui orabat, *Deteſtatio via ad veniam.* Luc.23,40

Luc.18,13 *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Nouit Dauid, nouit & Centurio. iſte, dum dicit: *Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* ille, dum dixit: *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Baſilius 11.Reg. contractar. *Ex iniucundo & moleſto effectu ac fructu plerumque odium peccatorum, veluti cauſarum moleſtia, naſcitur. Igitur ſi certus quiſquam ſit & perſuaſus, quot & quantorum malorum cauſam dent peccata, ſponte & ex animi affectu incipiet illa deteſtari, id quod oſtendit qui dixit Pſalm.*118. *Iniquitatem odio habui,*
Pſal.50,11 *& abominatus ſum*: &, *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.*

VI.

Rom.10,10. *Imitatio in ægritudine.* *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Docet nos Euangeliſta, Centurionem recurriſſe ad Chriſtum medicum, vt ſanaret ægrum puerum, & cùm Chriſtus ad eius domum veniret exclamaſſe, *Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Profuit infirmo humilitas Centurionis, & domus cæleſti hoſpite indignæ vtilis fuit recognitio: proderit etiam ægroto humilis ſuæ indignitatis confeſſio, coniuncta cum ſuorum criminum deteſtatione, quam pœnitens Dauid oſtendit, & ipſe oſtendat

dat dicendo, *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Pſal.50,11

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti venientis ad Centurionem, exemplar Confeſſarij.

I.

Imitatio Chriſti accedentis Centurionem.

CHriſtus Centurionem propria crimina auerſantem, & eius famulum ægrum & malè vexatum ſimul attendit & ſanat. Placet Deo Confeſſarius, qui confitentes dominos audit, & ſeruos à ſe non reiicit. Placet, qui dominarum excipit confeſſiones, & ſeruas & ancillas pariter admittit ac recipit. Confeſſarij Regum & Principum vana opinione ducuntur, & ſeducuntur, arbitrantes eſſe contra honorem officij, cùm ſint Regibus ac Principibus à Confeſſionibus, ſi ſeruos & ſubditos audiant. Non ita Confeſſarios Chriſti agunt, quàm Protomedicos aulæ, qui ſolùm circa pulſum Regium ac Principalem verſantur.

II.

Facilis ſit Confeſſarius cùm vocatur.

Chriſtus ad Centurionem acceſſit, acceſſit & Petrus, cui Actorum c.10, 19. miſit Cornelius nuntios, qui eum vocarent ad ſe, & cùm eſſent pro foribus domus, *dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te. Surge itaque,*

Digitized by Google

itaque, & deſcende, & vade cum eis nihil dubitans, quia ego miſi illos. Princeps Apoſtolorum & Confeſſariorum, quibus dixerat Chriſtus, *Accipite Spiritum ſanctum,* Petrus eſt, & hunc Spiritus monet, vt vocatus Cornelium Centurionem adeat; monet & ſuadet Confeſſariis, ne detrectent, ſi opus fuerit adire pœnitentes, cùm ſalutis animæ ergô quæruntur & accerſuntur. Exiſtimet Confeſſarius, cùm ſimiles nuntij mittuntur, & expectant pro foribus, dictum ſibi à Spiritu ſancto: *Surge, & deſcende, & vade cum eis nihil dubitans: quia ego miſi illos.* Surge, inquam, licet intempeſta nocte voceris, deſere lectum, & quietem ac ſomnum rumpe, vt infirmo pœnitenti ſuccurras. Surge, inquam, licet accumbas menſæ, recurre ad pœnitentem, qui iacet in peccatis mortuus, ſicut & olim pius Tobias, relicto cibo, vt iacens in platea cadauer ſepeliret, accurrit.

Ioan. 20, 10. — Tobiæ 2.

III.

Petrus, vt Chriſtum imitaretur, dimiſit ſeipſum ex alto culmine orationis & contemplationis, vocatus à Spiritu ſancto ad ſeruos Centurionis deſcendit. *Aſcendit Petrus in ſuperiora vt oraret.* Huic Spiritus ſanctus ait, *Surge itaque, & deſcende.* Sæpè Confeſſarius, dum orationi & contemplationi intentus eſt, & poſitus in ſolitudine ſua leuat ſe ſupra ſe, accerſitur

Act. 10, 9. — *Deum pro Deo relinquat.*

cerſitur & vocatur, vt adeat Centurionem, & pœnitentem audiat, habeat præ oculis Petrum, & eum ducem ſequatur, dictumque ſibi arbitretur, *Surge, & deſcende.* Surge ſcilicet, & deſcende, more Chriſti, qui ſeipſum dimiſit, vt iret ad Centurionem, & ſeruulo ipſius mederetur.

IV.

Habes confitentem reum, habes deteſtantem ſua crimina Centurionem, quid crimina horres? Memineris quid tunc temporis Petro acciderit. *Et cùm eſuriret, voluit guſtare. Parantibus autem illis, cecidit ſuper eum mentis exceſſus: & vidit cælum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli. Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Ait autem Petrus: Abſit Domine, quia numquam manducaui omne commune & immundum. Et vox iterùm ſecundò ad eum: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum eſt per ter.* Cùm ſcriptum de Sacerdotibus ſit, *peccata populi comedent*, tibi dicitur Sacerdos, *Surge, occide, & manduca.* Quòd ſi replicaueris, *Abſit Domine, quia numquam manducaui omne commune & immundum*; ad te vox illa dirigitur: *Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.*

Ne horreat pœnitentem. Actor. 10, 10. Oſeæ 4, 8. Actor. 10, 14.

V.

Præceſſit in Petro fames, qua preſſus homo famelicus, cibos etiam viles & inſipidos horrere non ſolet. Et quidem Chriſtus, cùm ſalutem humanam fameſceret, publicanos & peccatores Centuriones non horrebat. Cùm pœnitentem, peccata horrida ſua exponentem & auerſantem auerſaris & deteſtaris, cibum tibi datum & oblatum faſtidis ſimul & reſpuis, non verè eſuris. ſi enim eſuriem patereris, inſipidas peccatorum eſcas non ita refugeres & repudiares. Fameſce priùs, Sacerdos, & deinde non vnius ſolùm pœnitentis, ſed totius etiam populi peccata comedes & conſumes.

Fameſcat ſalutem alienam.

V I.

S. Bonauentura in Confeſſion. cap. 1. particul. 4. *Non debet etiam Confeſſor pœnitentis horrere peccata, quantumcumque enormia, turpia, magna, inaudita vel inuſitata ſint. quia, vt dicit Ioannes, Qui ſine peccato eſt veſtrùm, primus in illam lapidem mittat. Aut enim Confeſſor fuit, vel eſt, vel erit, aut eſſe potuit in ſimilibus peccatis vel maioribus. Vnde præcipit Deus, Non abominaberis Idumæum, id eſt, peccatorem rubore confeſſionis dignum, vel Ægyptium, id eſt, peccatorem peccatorum anguſtiis tribulatum. Idumæus namque rufus vel ruber interpretatur, Ægyptus anguſtia ſiue tribulatio.* Audiat Confeſ-

Ioan. 8, 7.

Conſideret ſeipſum.

Deut. 23, 7.

Confeſſarius Baſilium Regul. 296. *Si namque iuxta rationis veritatem anima præſtantior eſt corpore, videmus autem quàm execremur ac deteſtemur corporis ſordes, aut quàm conteramur ac mœſti reddamur animo, ſi conſpexerimus illud lacerari, vel inſidiosè lædi; quantò magis conſentaneum erat, prædicto modo eum, qui & Chriſti & fratris amans eſt, erga peccata affici, vbi videt delinquentis animam velut à beſtiis vulnerari, deuorari, & quaſi ſanie & putredine miſerabili modo corrumpi, dicente Dauide: Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum,* Pſal. 37, 5. *velut onus graue grauia facta ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ: miſer factus ſum, & incuruatus vſque in finem, tota die mœſtus ambulaui.* Adiungamus in hunc locum Commentarium ſancti Gregorij: *Tantò vnaquæque anima fit pretioſior ante oculos Dei, quantò fuerit deſpecta ante oculos ſuos. Quid autem infelicius quàm infelicitatem non cognoſcere, & inter ipſa vitæ diſcrimina nullum infirmitatis dolorem ſentire?* Hinc enim fit, vt, eodem Gregorio teſte, mens noſtra inſenſibiliùs obdureſcat, nulla quæ Dei ſunt diligat, nequaquam ſuperna concupiſcat: & quia amoris intimi calorem non habet, frigida deorſum iaceat, ac miſerando modo fiat quotidie tantò ſecurior, quantò peior; cumque vnde ſit lapſa non meminit, & ſupplicia ſecutura

Digitized by Google

non metuit, quantum lugenda ſit neſcit. Hoc igitur munus, hoc officium Confeſſarij eſt, vt ad vitæ actæ deſpectum, ad infelicitatis notionem, ad ſenſum doloris pertrahat pœnitentem, vt conſcius proprij ſtatus deteſtetur mores ſuos, in quorum laudabili deteſtatione Euangelicum Centurionem imitetur.

Compareant, in anima pœnitentis, imago Mariæ; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti recumbentis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

Digitized by Google

EXEMPLAR PROPOSITI NOVÆ VITÆ. *Luc. 7.*
Magdalena cum lachrymis hoc ipsum offerens.



DAVID HOC IPSVM DESIDERANS.
Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMAOCTAVA EXPLICATA.

CONFESSIO nihil proficit pœnitenti, ſi deſit debitum propoſitum vitæ melioris. Perfecta oris confeſſio, vt ait cap.3. de Gradibus perfect. Iuſtinianus, *vlterius non peccandi deſiderium gignit*. Venit ad Chriſtum Maria, qua ratione deſcribit Auguſtinus lib.50. Homiliarum, Homil.23. *Acceſſit ad Dominum immunda, vt rediret munda: acceſſit ægra, vt rediret ſana: acceſſit confeſſa, vt rediret profeſſa.* Lauit ſe Maria lacrymis ſuis, & tota munda comparuit, vt lotos ac puros eſſe confitentes doceret. *Lauamini, mundi eſtote.* Iſidorus lib.2. Iſai.1,16. Sentent. cap.16. *Lauatur itaque, & mundus eſt, qui & præterita plangit, & flenda iterùm non committit. Lauatur, & non eſt mundus, qui plangit quæ geſſit, nec tamen deſerit, ſed poſt lacrymas ea quæ fleuerat repetit.* Benè Gregorius 3. Parte Paſtoralis cap.29. *Admonendi ſunt peccata carnis experti, vt mare ſaltem poſt naufragium metuant, & perditionis ſuæ diſcrimina vel cognita perhorreſcant: ne qui poſt patrata mala ſeruati ſunt, hæc improbè repetendo moriantur.* Magdalena lota ſimul & munda proponitur, vt magiſtra ſit pœnitentis decernentis

cernentis apud ſe cautiorem futurum in poſterum, non quidem virtute propria, ſed diuina, cuius eſt cor mundum creare, & ſpiritum nouum infundere. Scio monuiſſe Deum Ezechielis cap.18, 31. *Proiicite à vobis omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum.* Fieri tamen nequit ſine diuino fauore. Quamobrem Dauid recurrens ad Deum dicebat:
Pſal.50,12 *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.*

Miraculoſa imago.

Miraculū in Magdalena patratum. Prouerb. 24, 16.

FRagilis eſt natura humana, ad malum prona, ſemper labitur, ſemper proruit in crimina. *Septies in die cadit iuſtus.* Quòd ſi quis ita ſe teneat vt ſemper ſtet, res ſimilis prodigio eſt. Hoc prodigium virtute pœnitentiæ fit, quæ talis eſt aliquando, vt ex vi firmi propoſiti de cetero non peccandi impeccabilem hominem reddat. Quapropter in Pſalm.118. Serm.22. ſatis benè dicit Ambroſius: *Tanta vis conſummatæ emendationis eſt, vt in quamdam pueritiæ redeat ſpiritalis ætatem, quæ vias erroris ignoret; crimen, etiam ſi velit, non poſſet admittere, quaſi deſueuerit peccandi vſum noſſe.* Deſueuit Magdalena flagitiis, priùs aſſueta peccatis. Dediſcet culpas committere,

tere, qui firmiter apud ſe ſtatuerit munditiem cordis curare, nec non ſui propoſiti tenax vixerit, & dixerit: *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Ad hanc miraculoſam imaginem Pſal. 50, 12

Oratio noui Dauidis.

DEus clemens, qui Mariam abſoluiſti, & latronem exaudiſti, mihi quoque ſpem dediſti, redde me Mariæ ſimilem, quæ venit ad pedes tuos immunda, & rediit munda, numquam iam futura immunda. *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Pſal. 50, 12

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Magdalenæ, exemplar propoſitum bonum habentis.

I.

LAurentius Iuſtinianus Sermone de Magdalena: *Impœnitenti, & adhuc peccare volenti, non eſt tribuenda abſolutio, alioquin qui talem cognoſcitur abſoluiſſe, ſeipſum propria auctoritate transfigit, abſque profectu alterius. Quiſquis ergo Eccleſiæ miniſter attendat, vt coope-* *Imitatio propoſiti de cetero non peccandi.*

 rator

Digitized by Google

rator gratiæ eſſe velit, non tributor. Cùm impenditur abſolutio vitæ melioris propoſitum non habenti, ſi conſtet, Confeſſario & pœnitenti nociua eſt: cùm datur antiquis moribus renuntianti, & vitæ veteri valedicenti, valet vtrique plurimùm, Confeſſario & confitenti. Eapropter Bernardus ait in Confeſſione ſua: *Fac me, quæſo Domine, aſſueta mala relinquere, & quæ tibi placent peragere: & ſtudium, quod huc vſque in peccatis exercui, te adiuuante, deinceps in tua voluntate da vt exerceam: vt vbi abundauit delictum, tua gratia redabundet.*

II.

Ioan. 14, 6. *Ad viam, veritatem, & vitam reductio.* Chriſtus ſuis pœnitentibus ait: *Ego ſum via, veritas, & vita.* Si quis apud ſe non ſtatuit errata ſua corrigere, quo pacto reducetur ad viam? Reducta ad viam pœnitens Maria eſt, quæ viam iniquitatis deſerüit. Qui falſas peccati inſanias non effugit, veritatem non amplectitur. Veritatem amplexata eſt Magdalena, quæ priorem malè viuendi normam ac formam reliquit. Qui non agit de vitando mortis ac mortalis culpæ ſepulchro, ad vitam nequaquam venit. Venit ad vitam Maria, quæ diu corrupta, cùm eſſet in peccatis ſepulta, ſepulchrum reliquit, & ad vitæ auctorem confugit. Pulchrum effugium. S. Baſilius agens de Pœnitentia, & ſimul de Magdalena,

lena, *Exemplar tibi propoſuit*, inquit, *vt ad pedes Ieſu fugias. Quandocumque voles, fuge ad illum, & cum fiducia riga pedes illius.*

III.

Bonus pœnitens Dauid, qui boni propoſiti ſui magnum argumentum dedit. Conſtat Dauidem firmiter apud ſe ſtatuiſſe de cetero non peccaturum, cùm eamdem numquam iterauerit culpam. Conſtat etiam Magdalenam ſui cordis puritatem & munditiem conſeruaſſe, vt pœnitentiæ ſuæ certum teſtimonium præberet. Hoc argumentum, hoc teſtimonium exigit Chriſtus, qui paralytico dixit: *Iam ampliùs noli peccare.* Idem tibi dictum puta, ſi velis remiſſionem & abſolutionem tuorum ſcelerum impetrare.

Duces boni propoſiti, Dauid & Magdalena.

Ioan. 8, 14.

IV.

Cùm caſtrum, ciuitas, aut quid ſimile cuſtodiendum homini traditur, fideliter ſe ſeruaturum iuramento confirmat. Magnum depoſitum eſt diuina gratia, quæ nobis virtute Sacramentalis abſolutionis impenditur: antequam illa impendatur, opus eſt, vt firmos ac fidos cuſtodes fore nos proponamus. Princeps humanus non deponit caſtrum aut ciuitatem apud miniſtrum, de cuius fide teſtimonium non habet; nec gratiam ſuam Deus committit pœnitenti adhuc peccare volenti. Fidelis eſt ille

Depoſitum gratiæ cum propoſito.

Digitized by Google

Rom. 10, 10. qui corde credit, & quod credit ore fatetur. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Fidelis pœnitens eſt, qui dicto ſuo delicta Confeſſario manifeſtat, & corde prauos mores ſe correcturum profitetur, vt purus ac putus fiat beneficio Pœnitentiæ de qua Ephræm: *Si peccatis delictiſque abundamus, in ipſa abluamur. Habemus eam pro lauacro non ſolùm regenerationis, ſed etiam reparationis. Siquid peccauerimus, per ipſam abluti mundi euadimus.*

V.

Bonus vitæ futuræ odor. Coniungit Magdalena cum lacrymis alabaſtrum vnguenti, coniungit cum dolore pœnitentiæ vitalem odorem, non quidem vitæ præteritæ, cùm praua fuerit; ſed futuræ, quam ſe acturam in poſterum firmiter ſtatuit. Perfecta pœnitentia non eſt, quæ manat & ſcatet lacrymis ſolùm, caret tamen vnguenti alabaſtro, caret odore vitæ futuræ, quem Confeſſio Regis Dauidis, & Mariæ pœnitentis exhalat & adſpirat.

V I.

Ardor boni propoſiti. Baſilius de Vera Virginitate: *Maria pedes Domini deoſculans, non vt viri, ſed tamquam Domini oſculabatur pedes: lacrymis quidem antiquam flagrantis concupiſcentiæ voluptatem in ſe prudenter extinguens, & conſeneſcere faciens; affectuque egregio in Dominum, & ſan-*

ctis

ctis oculis ſpiritum animæ vehementer accendens. Vbi firmum propoſitum non peccandi de cetero viget, ibi ſpiritus ardor eſt.

VII.

Sanctus Ephræm in eos qui quotidie peccant, & quotidie pœnitentiam agunt: *Qui ſecundò in eumdem lapidem impegerit, cæcus eſt, aut mente captus, non cernens quod fugiendum ſit. Hac cura adhibita cum pœnitentia accede, cuius præſidio munitus Creatorem placare ſtude, humilis ac triſtis, demiſſo vultu, atque ſuſpirans, præterita dolens, futura proſpiciens. Sic fornicatrix mulier ſcortum luxurioſè agens, atque inſaniens libidinoſa, ac videntibus ſcandaloſa Saluatoris pedes capillis capitis ſui abſtergens, ex lacu reuocatur profundorum & impiorum.* *Cæcitas relabentis.*

VIII.

Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio ſit ad ſalutem. Acceſſit Magdalena ad Chriſtum, acceſſit ægra, & rediuit ſana: peccauerat in corpus ſuum committendo carnis delicta, propoſuit ad pedes Chriſti ſe aliam omnino futuram, mutauit omnino mentem, corpus infirmum refecit & conualuit. Medicamentum itaque infirmi corporis hoc eſt, vt qui malè habuerit, ad pedes Chriſti recurrat, fateatur crimina ſua, de cetero ſe non peccaturum proponat, cor nouum & ſpiritum nouum appetat, Rom. 10, 10. *Imitatio in ægritudine.*

Digitized by Google

& petat, *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.*

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti mundantis Magdalenam, exemplar Confeſſarij.

I.

Imitatio Chriſti mundantis cor Magdalenæ.

CVius mentis & animi Magdalena foret, cùm eſſet ad pedes Chriſti, Chriſtus nouit: nouit firmum habuiſſe propoſitum de cetero non peccaturam, ſed ipſius veſtigiis firmiter inhæſuram, cuius pedes lacrymis abluit. Nouerit Confeſſarius ſui muneris eſſe, mentem pœnitentis penetrare, & de bono eius propoſito notitiam habere, vt illum abſoluat. Chriſtus quidem animum Magdalenæ perſpiciebat, prouidit tamen, vt ſigna alabaſtri & vnguenti mentis & animi ſecum adueheret, vt Confeſſarij, qui corda pœnitentium non intuentur, ad ſigna & indicia recurrant, ex quibus ſenſa animi eorum coniectent.

II.

Confeſſarius medicus eſt.

Confeſſarius medicus eſt, & contritis corde medetur. Qui medicam artem exercent, vt occultæ infirmitati remedium adhibeant, conſiderant externa ſigna, & hoc ipſum præſtare Confeſſarius debet,

bet, vt occultis culparum morbis applicet medicinam. Qui curat ægrum, attendit ea quæ & mortem ægrotantis portendunt, & ſimul ea quæ vitam periclitantis prænuntiant. Attendat quoque Confeſſarius non ſolùm peccata quæ confitentis animæ mortem declarant, ſed externa etiam boni propoſiti ſigna, quæ vitam confitentis ac verè pœnitentis portendunt. Prodeſt ægro medicina, cùm licet benè ſperare; ſin minùs, nihil prodeſt, perditque penitus artem ſuam, qui illam fruſtrà impendit & expendit.

III.

Confeſſarius iudex eſt. Cùm homo ſit, more humano iudicium exercere, ferreque ſententiam debet. Non fert cenſuram Eccleſia, nec Eccleſiaſticus de occultis iudicat Confeſſarius. Quapropter Deus, qui ſcrutator cordium eſt, pœnitentibus iniunxit, vt coram Confeſſariis ſuis effunderent corda ſua, ſicut etiam cor ſuum Magdalena effudit. Produxit exteriùs per exteriora argumenta, quibus Chriſtus Simonem non de femina ſolùm, ſed de ſe quoque malè ſentientem redarguit. Quid Simon? *Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique, quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum; quia peccatrix eſt.* Quid Simoni Chriſtus? *Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam*

Iudex.

Luc.7,39.

aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Impendit abſolutionem, *Remittuntur ei peccata multa.* Non impendit, donec animus Magdalenæ externis argumentis ſe proderet: nec ferat ſuum iudicium Confeſſarius, nec abſoluat, donec pœnitentis animus foras prodierit, & per ſigna externa innotuerit.

IV.

Spiritus ſanctus ſcrutator cordium eſt, quem olim Confeſſariis ſuis Chriſtus dedit ac diſtribuit: Ioan. 20, 10. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* *Attendat externa ſigna.* Non indiget Spiritus ſanctus externis ſignis & argumentis, vt animum pœnitentis intueatur: indiget Confeſſarius, cuius humanæ indigentiæ, per ea quæ foris apparent, conſulitur & ſuccurritur, ne aliquando decipiatur. Nemo ſe decipi gaudet, nemo fraudem non vitat, cùm poſſit. Caueat ſibi Confeſſarius ne decipiatur, attendat quo animo ſit pœnitens, ne fallatur.

V.

Sequeſtrem agat. Sequeſter Dei ac pœnitentis Confeſſarius eſt. *Habet enim* (S. Dionyſio Areopagita Eccleſiaſt. Hierarch.

cap. 7.

Digitized by Google

cap. 7. p. 3. §. 7. teſte) *poteſtatem ſegregandi, tamquam interpres diuinarum iuſtificationum; non quòd irrationabilibus motibus ſapientiſſima diuinitas ſeruiliter (vt honeſtè dixerim) obſequatur, ſed quòd ipſemet ſpiritu myſteriorum principali, à quo ad interpretandum mouetur à Deo, pro meritis iudicatos ſecernat. Siquidem ei qui diuinas reuelationes à ſupremo Patre didicerat, dicitur: Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis: ita vt ille, omniſque Confeſſarius illi ſimilis, iuxta reuelationes paternarum iuſtificationum ſibi indultas, quaſi interpres ac portitor Deo charos admittat, & impios excludat.* Math. 16, 19.
Conſtat enim quo animo erga pœnitentem Deus ſit, atque oſtendit Chriſtus Confeſſariis ipſis cùm dixit: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Accipite Spiritum ſanctum, diuinum cor noſtrum accipite. Qui diuinum iam animum Confeſſarius accepit, oportet vt & animum hominis pœnitentis notum habeat. Neſcit duarum partium ſequeſter eſſe, qui mentem illarum neſcit, & ignorat internum illarum ſtatum. Caueat is, qui de mundando corde pœnitentis Mariæ agit, ne ipſe maculis & ſordibus inquinetur. Ioan. 20, 10.

VI.

Sanctus Bonauentura in Confeſſion. cap. 1. particul.

Seruet munditiem. ticul.2. *Sollicitus etiam ſit Sacerdos, ne dum confitentem foris à ſordibus purgat, ipſe ex iis quæ audit, per voluntariam delectationem interiùs ſordidetur. Debet enim eſſe vt nobilis manus, quæ alium lauans lauatur, mundans mundatur; non vt lixiuia vilis, quæ alia mundificans inquinatur.* Meminerit igitur Confeſſarius Pauli Apoſtoli, eiuſque Apoſtolicæ curæ ac ſollicitudinis, ne ſe inquinaret, dum purgandis & emundandis proximis ſuis vacabat. 1. Cor.9, 27. *Caſtigo*, inquit, *corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Nobilis profectò manus erat, quæ dum mundaret animas, ipſius anima magis pura ac nitida reddebatur. Non erat vilis aqua, quæ dum purgat, ſordidatur. Apoſtolicus Confeſſarius ſibi prouideat, caueàtque diligenter, ne cùm puras animas effecerit, ſordida ipſius anima fiat, & vt immunda habeatur, & condemnetur.

Compareant, in anima pœnitentis, imago Chananææ; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti ſeuerè agentis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR ACCEPTATÆ POENITENTIÆ. *Matt. 15.*

Chananæa malè accepta, et benè accipiens



DAVID MALE ACCIPI NON CVRANS, ID SOLVM PETENS:

Ne proijcias me à facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

YY2

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO ...

Digitized by Google

IMAGO VIGESIMANONA EXPLICATA.

QVID acciderit mulieri Chananææ, refert D. Matthæus cap.15, 21. *Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamauit, dicens ei: Miſerere mei Domine, fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens ait: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Nouit piiſſimus ac clementiſſimus Dominus, cùm opus eſt, ſeueritatem oſtendere; nouit dimittere pœnitentes, vt magis alliciat, & eorum affectum probet. Conſtat ex dictis, ante filiæ liberationem bonam pœnitentiam paſſam eſſe mulierem Chananæam, nec curaſſe, idque ſolum prætendiſſe, ne ſine ſalute filiæ à facie Chriſti recederet, ſicut & Dauid ſolam animæ ſuæ ſalutem curans & cupiens orabat: *Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Pſal. 50, 13 Hoc tibi exemplar

Digitized by Google

proponitur, vt ſis omnino paratus ad quamlibet pœnitentiam acceptandam, quam tibi Confeſſarius iniungat, id curans ſolùm, vt anima tua à peccatis liberetur, & ſimul ab ignibus Purgatorij. Quantum è re tua ſit impoſitio pœnitentiæ, vt à purgantibus flammis immunis fias, audi Richardum de Poteſtate ligandi atque ſoluendi cap. 24. *Nouimus, quoniam quidam cauterio, quidam curantur vnguento. Eſt autem magnum beneficium, & miſericordia plenum, quantumlibet acerbo remedio, à morbo curari mortifero. Quanta ergo, quæſo, indulgentia, quantáve beneficentia, id putreſcentis morbi leni mederi vnguento, quod poſt modicum opus haberet curari cauterio? Quid autem eſt qualibet pœnitentialis ſatisfactio, niſi vnguentum lene, in comparatione concremationis purgatoriæ?*

Miraculoſa imago.

Pſal. 47, 8. *Miraculum in Chananæa patratum.* Pſal. 1, 4.

VEntus fremens eſt indignatio diuina. *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis*: inſtar pulueris peccatores proiicit, & excutit è terræ ſolo. *Non ſic impij, non ſic; ſed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Diuina ira mari ſimilis eſt, & inſtar fre-

Pſal. 87, 8. mentis maris vertit ac voluit fluctus. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.* Ventus & mare indignationis diuinæ tunc temporis quieſcunt, cùm quis pœni-

tentiam agit, & acceptat. *Pœnitentiâ Deus mitigatur*, ait Tertullianus lib.de Pœnitent. Mirabilem ſe Chriſtus reddidit, cùm ventos ſimul & mare ad ſuæ vocis imperium pacauit. vnde & homines ſtupentes dixerunt: *Qualis eſt hic, quia mare & venti obediunt ei?* Matth.8, 27.
Poſtulat Dauid, poſtulat & Chananæa, *Ne proiicias* Pſal.50,13
me à facie tua; & ad hanc vocem ſilet ventus, quieſcit mare. Quis non obſtupeſcat? quis non dicat, Quænam virtus eſt iſta, cuius vi mare & venti iræ & indignationis Dei reprimuntur? Et quis etiam non reſpondeat? *Pœnitentiâ Deus mitigatur*. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

CHriſte ſancte, qui feminam Chananæam reiecisti, & admiſiſti; malè tractaſti, & filiæ liberatione recreaſti: hîc vre, hîc ſeca, per te & per Confeſſarium meum, hoc peto ſolum, libera animam à dæmonis ſeruitute, ne dimittas me ſine gratia abſolutionis, *Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Pſal.50,13

AT-

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Chananææ, exemplar acceptantis Pœnitentiam.

I.

Imitatio Chananææ acceptantis pœnitentiam.

CHriſtus non minùs piè, quàm ſapienter ſtatuit ac prouidit, ne vlla in Sacramento Baptiſmi pœnitentia imponeretur, ſecùs verò fieret in Confeſſionis Sacramento. Larga Baptiſmi indulgentia vti voluit, vt ſuauiter & amanter alliceret homines, ne rurſus peccata committerent. Sacramentum verò Confeſſionis ita condidit, vt in eo venia daretur, ſalutariſque pœnitentia ſimul iniungeretur. Non minùs piè quàm ſapientèr ita diſpoſuit, vt qui larga illa indulgentia ac beneuolentia abuſi fuerant, temperatam pœnitentiæ rigore veniam conſequerentur, & à peccando deterrerentur. Benè monet Cyrillus lib. 8. in Ioannem cap. vlt. *Nullus peccator abſoluendus eſt, antequam per dignam pœnitentiam correctus, & interiùs appareat viuificatus.* Optet igitur pœnitens, vt ea ſibi imponatur pœnitentia, quæ animam à peccando refrænet.

II.

Socius in labore Chriſtus.

Pœnitentia Sacramentalis vim habet ex meritis Chriſti,

Chriſti, qui ſocium ſe præbet, vt cum ipſo pœnitente ſimul laboret, ita vt proferre liceat, quod olim Salomon propoſuit æterno Patri diuinæ eius ſapientiæ, poſtulans incarnationem. *Mitte illam de* Sap.9,10. *cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit & mecum laboret.* Cùm ſciamus Deum nobiſcum eſſe, & laborare nobiſcum Sapientiam Patris, quid timemus? *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pſal.22,4. Qui ſocium Deum habet, nihil putat arduum, nihil aſperum, omnia tranſilit, ac dicit: *In Deo meo* Pſal.17,30 *tranſgrediar murum.*

III.

Semel & iterùm legimus peccaſſe Dauidem: ſemel, cùm adulterium patrauit; iterùm, cùm ſuum populum recenſuit. Propter adulterium prolem a- *Abſolutio cum ſatisfactione.* miſit & perdidit, propter cenſum verò ſuorum diram peſtem paſſus eſt; quapropter numquam ſine pœnitentia iniuncta remiſſionem & abſolutionem obtinuit. Prima pœnitentia leuior, ſecunda grauior: illa non deterruit Dauidem, quò minùs rurſus delinqueret; iſta detinuit, quò minùs in peccatum relaberetur. Relabi non vult, qui grauem poſtulat pœnitentiam, & ſibi impoſitam libenter admittit & exequitur.

IV.

Debitum culpa. Magnum debitum peccatum eſt. Magnum debitum ſemper vice vna non ſoluitur & extinguitur, nec peccatum & eius reatus ſola Confeſſione penditur, ſed pœnitentia quoque neceſſaria eſt, vt temporalis pœna, in quam beneficio Sacramenti æternum ſupplicium mutatum eſt, compenſetur & exſtinguatur. Potuiſſet, ſi Deus voluiſſet, condonationem culparum differre ac ſuſtinere, donec plenè atque plenariè ſibi fuiſſet ſatisfactum. Noluit creditor eſſe ſeuerus, maluit condonator eſſe pius, qui ſolutionem plenam non expectans, indulgentiam largiretur, & abſolutionem impenderet.

V.

S. Ioannes Chryſoſtomus in cap.23. Matthæi: *Si errauimus paruam pœnitentiam imponendo, melius eſt de miſericordia Dei rationem, quàm de auſteritate reddere. Vbi enim pater familias eſt largus, diſpenſator non debet eſſe auarus. Vt ſi Deus benignus, vt quid Sacerdos auſterus?* Confeſſarius iudex eſt, cùm agit nonnihil ſeuerius: ſi mitiùs & benigniùs ſe gerat, pater eſt. Time Confeſſarium iudicem, patrem tamen reuerere. Licet Deo dicere, licet eius dicere Vicario, quod Dauid Pſalm.37,1. orauit, *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Baſilius in hunc locum: *Reprehenſionem non deprecatur,*

Confeſſarium timeat iudicem, vereatur patrem.

tur, ſed ne cum furore arguatur. Non item detrectat corripi, ſed in ira corripi, veluti ſiquis Medico, qui paratus ſit per ferrum, & cauterium, & amara remedia auxilium ferre in cura morbi alicuius, dicat: Ne, quæſo, per ignem, neu per ferrum & inciſiones, ſed per leues & faciles medicinas me cura. Talis enim non remedium omnino, ſed laborem doloremque remedij detrectat.

VI.

Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Credidit femina Chananæa, ethnicam ſe faſſa eſt, accepit pro delicto pœnitentiam, & patienter acceptata, & ſibi & filiæ profecit ad ſanitatem. Cùm in ſtatu grauis morbi confiteris Sacerdoti, te obiurgat, actam vitam reprehendit, te ſalute indignum cenſet, affirmatque te dignum, qui perpetuo morbo labores, è lecto ſanus non ſurgas: patienter age, patienter ſuſtine, vt inflicta pœnitentia ſalutaris tibi ſit. Sic itur ad ſanitatem: tantùm id poſtula quod optabat Chananæa, & quod Dauid inſtanter & ardenter poſtulabat. *Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.*

Rom. 10, 10. *Imitatio in ægritudine.*

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti durè Chananæam excipientis, exemplar Confeſſarij.

I.

Imitatio Chriſti Chananaam excipientis.

CHriſtus Chananæam durè excepit, ſed cum illa ita ſe geſſit & ita eam repulit, vt ſemper illam traheret ad ſe. Charum tibi à te canem repellis, & ipſe redit. Chriſtus exemplo ſuo informat Confeſſarios ac Vicarios ſuos, vt ſi quando opus ſit ſeueriùs agere cum pœnitentibus, ita ſe gerant, vt eos ab vſu confeſſionum non arceant, ſed alliciant, vt, nobilium canum more, Dei iuſtitiam eſurientium, ad thronum gratiæ recurrant.

II.

Diſplicentia propria iuuat Confeſſarium.

Quoties rogat quis, *Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me*, in eo ſtatu eſt, quem deſcribit in Commentariis Auguſtinus. *Eſt enim*, ait, *Spiritus ſanctus in confitente. Iam ad donum Spiritus ſancti pertinet, quia tibi diſplicet quod feciſti. Immundo ſpiritui peccata placent, ſancto diſplicent. Quamuis adhuc veniam de peccatis præteritis non habeas, tamen ex parte quòd tibi diſplicet malum quod commiſiſti, Deo coniungeris. Hoc enim tibi diſplicet, quod & illi. Iam duo eſtis ad expugnandam febrem tuam, tu, & medicus. Quia*

Quia ergo non poteſt eſſe confeſſio peccati, & punitio peccati in homine à ſeipſo: cùm quiſque ſibi iraſcitur, & ſibi diſplicet, ſine dono Spiritus ſancti non eſt. Hanc iram pœnitentis erga ſe, hanc punitionem & diſplicentiam alit & fouet Confeſſarius, cùm adiungit pœnitentiam.

III.

Conſideret Confeſſarius bis à Chriſto datum Apoſtolis Spiritum ſanctum, ſemel quidem, cùm Ioan. 20, 20.
Chriſtus afflauit; iterùm, cùm factus eſt de cælo ſonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis, & Actor. 2, 2.
ſciat Spiritu ſancto, quo ditatus eſt, vti, ſuauiter ſe gerendo & agendo cum pœnitente, & interdum ſeueriùs & vehementiùs procedendo, ſicut & Chriſtus ipſe cum Chananæa proceſſit. Nouit Agnus Dei nonnihil aliquando iraſci, nouit & columba Spiritus ſancti iram ſuam habere. Benè Auguſtinus Sermone de Apparitione Spiritus ſancti, in 1. Canonicam Ioannis: *In columbæ ſpecie Spiritus ſanctus venit, quo nobis charitas infunditur. Quare hoc? Fel columba non habet, tamen roſtro & pennis pro nido pugnat, ſine amaritudine ſæuit, ſine felle corrigit & caſtigat.* Ergò Spiritus ſancti miniſtris ſine amaritudine ſæuire, ſine felle corrigere & caſtigare pœnitentes licet. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Pſal. 4, 5.

Confeſſarij ira ſine peccato.

IV.

Caueat nimiam indulgentiam. Caueat diligenter Confeſſarius, ne nimia indulgentia ſibi ſuiſque pœnitentibus noceat. Meminerit Heli Sacerdotis, qui cum duos haberet filios ſacrilegos & laſciuos, mitiùs cum illis egit quàm oportebat, & impia ſua pietate ſeipſum ac proles perdidit. Iſtæ cæſæ gladio perierunt, ille abiectus à ſede ceruices ſuas fregit, & pœnas mortales luit. Confeſſarius pater eſt: cùm nimis parcit & indulget pœnitentibus, hoc facit vt petulantiores euadant, miſerè pereant. Pereat & ipſe repulſus, & abiectus à ſede, quam indignè tenet & occupat. Chriſtus cum Chananæa ſeuera pietate proceſſit, & Confeſſarius, qui piè ſeuerus eſt, Chriſtum refert, Chriſtum imitatur. *1. Reg. 4. 18.*

V.

Sit cautus. Aduertat interim modeſtus Confeſſarius, quanta ſit opus cautione, cùm feminas confitentes audit. Chriſtus cùm exciperet Confeſſionem Samaritanæ, *Ioan. 4, 6.* *fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem*, ne feminam ſibi adſtantem intueretur. Cùm acceſſit Magdalena, retrò ſtetit, ne ſe oculis Chriſti exponeret. Cùm adeſt Chriſto Chananæa, auertit ab illa faciem. Audiendus in hac parte eſt & accipiendus S. Bonauentura in Confeſſ. cap. 1. particul. 3. *Debet*

etiam

etiam cauere Sacerdos, ne vultum ſibi confitentis, maximè mulieris, reſpiciat, ne confitentes confundantur, & ne ipſe delectatione illicita capiatur. Unde debet ſemper mulier ſedere à latere Confeſſionis, quia, vt dicit Habacuc, Facies eius ventus vrens. Habac. 1, 9

VI.

Baſilius in Aſceticis: *Quemadmodum Præpoſitum abſque vllo affectuum motu medelam infirmis applicare debere diximus, ita viciſſim oportet eos, qui curantur, iniunctas pœnas non inimico animo ſuſcipere, nec tyrannidem exiſtimare ad animæ ſalutem per commiſerationem impenſam curam. Turpe namque eſt, eos qui corporibus ægrotant, tantum habere fidei Medicis, vt ſiue incidant illi, ſiue vrant, ſiue amaris pharmacis ſanent, pro benefactoribus eos habeant: nos verò non eodem præditos eſſe affectu erga eos, qui animas noſtras curant, ſi quando per laborioſam curandi rationem ſalutem noſtram ſtudioſè procurant.* Non ita magni Deus æſtimat valetudinem corporalem, quam Medicis humanis curandam ac cuſtodiendam committit: ſalutem ſpiritalem magni pendit, cuius procuratores conſtituit Sacerdotes, quibus tradita poteſtas eſt conſecrandi & offerendi Corpus & Sanguinem Chriſti, vt nimirum quos habet miniſtros ſacri altaris, Vicarios etiam ſumat, vt ſanctificent & immolent æterno Patri ani- *Habeatur Medicus ſalutis.*

Digitized by Google

animas pœnitentium , quas in ſummo habet pretio. Reſpondent ſibi res empta & eiuſdem æſtimatio , reſpondent quoque ſibi anima pœnitentis & pretium Sanguinis Chriſti, quo & ipſa redempta & obtenta eſt.

Compareant, in anima pœnitentis, imago Lazari ligati ; in ſpiritu Confeſſarij , imago Chriſti abſoluentis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

EXEMPLAR ABSOLVTIONIS. *Ioan. 11.*
Lazarus suscitatus, & absolutus.



DAVID PETENS ABSOLVTIONEM.
Redde mihi lætitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMA EXPLICATA.

AVGVSTINVS de Vtilitate pœnitent.cap.3.
*Sacerdotes parcere debent pœnitentibus: qui-
bus enim remittunt peccata, remittit Deus.
Nam ipſe Lazarum de monumento ſuſcita-
uit, ſoluendum tamen Diſcipulis obtulit; per hoc oſten-
dens ſoluendi poteſtatem Sacerdotibus eſſe conceſſam.* Chri-
ſtus voce magna clamauit: *Lazare veni foras.* Pro- Ioan.11,
diit è ſepulchro Lazarus, totus vinctus & ligatus, 44.
dixitque Chriſtus Diſcipulis: *Soluite eum, & ſinite* Ioan.11,
abire. Solutus eſt, & abſolutus, quemadmodum in 41.
expreſſa imagine apparet. Exprimit præſens imago,
quid fiat cum pœnitente Dauide, poſtquam iam
confeſſus eſt, poſt confeſſionem iam factam, in-
iunctamque pœnitentiam. Sacramentum Pœniten-
tiæ forma abſolutionis perficitur, dum dicit Sacer-
dos: *Ego te abſoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, &
Filij, & Spiritus ſancti.* Benè S.Ephræm de Pœniten-
tia: *Tres dies habet pœnitentia ad conſequendam veniam,
quoniam nouit Trinitatem vinculum peccati ſoluentem.*
Quid gratius, quid iucundius iſta abſolutione eſt?
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & Spiritu principali Pſal.50,14

Pſal.59,9. *confirma me.* Hieronymus in illud Pſalmi, *Iuda Rex meus,* ſatis benè monet nos: *Videte in quanta gloria eſt qui agit pœnitentiam, Iudas enim Confeſſus interpretatur.* Hæc regalis confeſſio abſolutione coronatur; abſolutione, inquam, quæ ita vitalis eſt, vt eius virtute fiat quod adſtruit S. Ephræm: *Peccatores accipit, & iuſtos eos efficit. Heri mortui erant, hodie Chriſto per pœnitentiam viuunt. Heri alieni & inimici, hodie domeſtici & amici Dei.*

Miraculoſa imago.

Miraculum patratum in Lazaro.

QVoties homo confitetur & abſoluitur, toties miraculum patratur, toties Lazarus è ſepulchro procedit, & à nexibus mortis liberatur. Auguſtinus Tract.49.in Ioannem: *Quid eſt procedere, niſi ab occultis velut exeundo te manifeſtare? Sed vt confitearis, Deus facit, magna voce clamando, id eſt, magna gratia vocando. Ideò cùm proceſſerit mortuus adhuc ligatus, confitens & adhuc reus, vt ſoluerentur peccata eius, miniſtris hoc dixit Dominus: Soluite eum, & ſinite abire.* Hoc tam inſigne miraculum tribuendum non tam miniſtris, quàm Chriſto, cui Dauid: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Hac ſuper re rurſus audiatur Auguſtinus de Verbis Domini Serm. 8. *Quis peccatorem mortuum in peccatis reſuſci-*

reſuſcitabit, niſi qui remoto lapide clamauit dicens, Lazare prodi foras? Quid eſt autem foras prodire, niſi quod occultum erat, foras prodire? Foras prodire non poſſet, niſi viueret: viuere autem non poſſet, niſi reſuſcitatus eſſet. Ergo in confeſſione, ſui accuſatio, Dei laudatio eſt. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

DEus potens, qui Lazarum mortuum ab inferis reſuſcitaſti, & à mortalibus vinculis per manus Apoſtolorum abſoluiſti: Lazarus alter ego ſum, clama, obſecro, *Lazare veni foras;* præcipe Sacerdoti, Solue, & ſine eum abire: dicatque Sacerdos tuus, & Confeſſarius meus: *Ego te abſoluo à peccatis tuis.* cuius abſolutionis virtute, *redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.*

Ioan. 11, 44.

Pſal. 50, 14

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ:
Exemplar Lazari abſoluti, exemplar accipientis abſolutionem.

I.

NAzianzenus Orat. 49. *Magnam hanc vocem, Lazare veni foras, in ſepulchro iacens audiſti. Quid enim*

Imitatio Lazari habentis abſolutionem.

enim verbo vocalius & exaudibilius ? Prodiiſti non quatriduo, ſed multis diebus mortuus ad vitam rediens, atque funebribus vinculis ſolutus es, caue ne rurſus emoriaris, iiſque qui in ſepulchris habitant, aggregeris; ac peccatorum tuorum funibus conſtringaris: incertum enim eſt, an rurſus è ſepulchro ad vitam excitaberis. Petiiſti: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me:* reddita ſalus eſt, & ſimul vita, cùm vitalis ac ſalutaris abſolutio impenſa eſt; cogita iterandam forſan non eſſe; cura diligenter, ne rurſus in laqueos mortis incurras.

II.

Tertullianus libro de Pœnitent. *Si tibi indulgentia Domini accommodat, vnde reſtituat quod amiſeras, iterato beneficio gratus eſto, nedum ampliato: maius eſt enim reſtituere, quàm dare, quoniam miſerius eſt perdidiſſe, quàm non accepiſſe.* Datur in Baptiſmate gratia, amittitur per peccatum, redditur ac reſtituitur per Sacramentum Pœnitentiæ. Beneficentia diuina in donatione gratiæ Baptiſmatis ſatis reſplenduit, ſed meliùs apparet in iſta reſtitutione, quam Deus facit virtute Sacramenti Pœnitentiæ implens Dauidicum votum, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.*

Magnitudo beneficij.

III.

Vitalis & ſalutaris abſolutionis particeps factus, Lazarum

Lazarum alterum te eſſe conſidera, alterum Dauidem ſimul te eſſe arbitrare. Cantat naufragus Dauid: *Torrentem pertranſiuit anima noſtra.* Cantat Lazarus abſolutus: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.* Adiungat ſe Dauidicus pœnitens, at ſimul canat. *Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: niſi quia Dominus erat in nobis. Cùm exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutiſſent nos. Cùm iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.*

Libertas pœnitentis. Pſal. 123, 5. 7.

IV.

Ouis perdita dicebas, *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam.* Inuenit te Paſtor, & oſtendit in te magnam clementiam ſuam. Fumoſa facie eras, & clamabas, *Dele iniquitatem meam:* deletâ culpâ, tua anima candida reddita eſt. Eras miſer paralyticus, & ſtatum tuum recognoſcens aſſerebas, *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* mutaſti ſtatum, mutaſti conditionem, conuerſa eſt contritio in gaudium & exultationem, in lætam iucundamque

Pſal. 50, 3. *Reſtaurat abſolutio perdita bona.* Pſal. 50, 4. Pſal. 50, 5.

que abſolutionem. Satis benè Iuſtinianus de Gradu perfect.cap.3. *Confeſſio compunctione referta animum replet gaudio, agilitate quadam lætificat pœnitentem.* Inſtar filij prodigi clamabas, *Peccaui in cælum & coram te, non ſum dignus vocari filius tuus;* & factus eſt tanti patris dignus filius. Cæcus eras, & dicebas, *Illumina oculos meos.* Illuminatus es, benè & verè confeſſus es ſimul cum Samaritana, & cum ea in nouam creaturam tranſlatus & transformatus es. Qui malè priùs audiebas, audis benè. Qui tibi diſplicebas, Deo places. Qui cor mundum poſtulabas, impetraſti. Qui liberationem tuæ animæ cupiebas, accepiſti. Omnia hæc & ſimilia beneficia vno hoc verbo continentur, *Abſolutus es.* Proficiat igitur Lazare, proficiat Chriſtiane Dauid, abſolutio Sacramentalis viuifica & ſalutaris tibi impenſa, tibi conceſſa, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Luc.15,21 Pſal.12,4.

V.

Rom.10,10. *Imitatio in ægritudine.*

Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Lazarus in ſepulchro iacuit mortuus, ante cuius reſurrectionem iuſſit Chriſtus vt ſepulchrum aperiretur, non quidem vt fœtorem exhalaret, quàm vt mortuus ſe aperiret & exponeret quis eſſet. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum,* qui delicta ſua iactant, & fœtorem putridum mittunt; patens quoque guttur

Pſal.5,10.

tur eorum eſt, qui ore ſuo ſe produnt, & ſalutem ſibi acquirunt. Salutaris enim, & vitalis corpori & animæ Sacramentalis abſolutio eſt; pete ergo abſolutionem, in qua ſalus ſita eſt; precare quod ſibi voluit Dauid: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Pſal.50,14

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti Lazarum ſuſcitantis, exemplar Confeſſarij.

I.

CHriſtus Lazarum ſuſcitat, & per Apoſtolos ſoluit, & in Sacramento Confeſſionis vtrumque præſtat per Confeſſarios. Cùm enim Miniſter Sacramenti dicit, *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, mortuus reſurgit, ligatus abſoluitur. Qui indignè miniſtrat, Lazarum ſuſcitat ac ſoluit, & loco Lazari ritè ac dignè confitentis, ligatus & mortuus in ſepulchro deliteſcit. *Imitatio Chriſti Lazarum ſuſcitantis.*

II.

Cùm naſcitur in regno Princeps, qui vinculis detinentur liberantur. Naſcitur Chriſtus per gratiam, & incipit viuere in homine, vbi primùm redit in gratiam & amicitiam cum Deo. vnde Paulus, *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Hic idem Galat.2,20

Bbb ipſe

ipſe Apoſtolus cupiens in cordibus pœnitentium oriri Chriſtum, clamabat, *Filioli mei, quos iterùm parturio, vt formetur Chriſtus in vobis.* Formatus intus in Lazaro cùm clamaret, *Lazare veni foras*, in honorem myſticæ natiuitatis liberatur per Apoſtolos, & per Confeſſarios pœnitens eripitur, qui in carcere erat, & vinculis detinebatur. Præſtat vtrumque Confeſſarius, cùm dicit, *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, Chriſtum per gratiam parturit, & efformat in anima, & ſimul captiuum à carcere & vinculis ſoluit.

Galat.4,19

Confeſſarius è carcere liberat.

III.

Confeſſarius iudex eſt, formam à Chriſto accepit, per quam poſſit ac debeat abſoluere, nec tamen certam accepit formam, per quam debeat pœnitentem ſuum ligare. Si quis ligatus maneat, nec Chriſto nec eius Vicariis id tribuat, adſcribat ſibi, qui ſeipſum ad vincula traxit, in vinculis tenet. Si quis abſolutus ſit, non ſibi ſed Chriſto ſuam tribuat liberationem qui dixit Apoſtolis: *Soluite eum, & ſinite abire*, & ſimul præſcripſit, quibus verbis abſolutionem impendere tenerentur. Impendunt nomine Chriſti, vt Chriſto hoc ſingulare beneficium adſcribant, dicantque: *Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.*

Forma abſolutionis auctor eſt Chriſtus.

Ioan.11, 41.

Pſal.115, 17.

IV.

IV.

Spiritus viuificat, ſecundùm Paulum Apoſtolum, 2.Cor.3,6.
proinde Chriſtus conſtituens, & ſimul inſtituens Confeſſarios ait, *Accipite Spiritum ſanctum*, Spiritum Ioan.20,10.
ſcilicet vitæ, vt mortuos ipſos in peccatis ſuis ſepultos excitetis, & in priorem vitæ ſtatum reſtituatis. Chriſtus poſtquam è ſepulchro reſurrexerat, inſufflauit in Diſcipulos, & ſpiritum Confeſſariis ſuis *Spiritus vitæ penes Confeſſarios eſt.*
attribuit & communicauit, vt nouerint, debere priùs à mortuis ſuſcitare ſeipſos, quàm eos qui iacent in peccatis mortui, tentent reſuſcitare. Moneant prætereà pœnitentes ſuos, cùm à commiſſis abſoluuntur, & vitæ ſpiritu donantur, donari Spiritu Chriſti, qui liber eſt, iam à morte euaſit, nec mors illi vltrà dominabitur, vt & in ipſis ſemper viuat, numquam moriatur.

V.

Confeſſarius accipit Spiritum ſanctum à Chriſto, de quo Auguſtinus lib.15. de Ciuitate, cap.26. loquitur in hæc verba: *Ipſe Dominus Ieſus non ſolùm dedit vt Deus, ſed etiam accepit vt homo. Propterea dictus eſt plenus gratia. In ipſo enim vtraque natura monſtrata eſt, humana ſcilicet & diuina. Accepit quippe vt homo, effudit vt Deus. Nos autem accipere hoc donum poſſumus pro modulo noſtro, effundere autem ſuper alios non*

Digitized by Google

vtique poſſumus, ſed vt hoc fiat, Deum ſuper eos, à quo id efficitur, inuocamus. Ad hanc doctrinam ſtabiliendam figendamque in mentibus Apoſtolorum, & ſimul Confeſſariorum, priuſquam ſpiritum vitæ Lazaro infunderet, orauit Patrem, & nos pariter oremus, vt qui iacent in peccatis mortui, virtute Spiritus ſancti reuiuiſcant.

Oratio Confeſſarij vitalis.

VI.

Auguſtinus lib.50. Homiliarum, Homil.27. *Eleuatus eſt Lazarus, proceſſit ex tumulo, & ligatus erat; ſicut ſunt homines in confeſſione peccati agentes pœnitentiam. Iam proceſſerunt à morte. Nam non confiterentur, niſi procederent. Ipſum confiteri, ab occulto & tenebroſo procedere eſt. Sed quid Dominus Eccleſiæ ſuæ, inquit? Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo. Proinde, Lazaro procedente, quia impleuit Dominus miſericordiæ ſuæ bonum perducere ad confeſſionem mortuorum latentem, iam cetera implet Eccleſia myſteria, Soluite illum, & ſinite abire.*

Miniſterium Eccleſiæ.

Matth.16, 19.

Ioan.11, 41.

Compareant, in anima pœnitentis, imago Matthæi; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti vocantis. Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR MISERICORDIÆ SATISFACTORIÆ. *Matt. 9.*

Matthæus vocatus vt impios doceat.



DAVID VERBO. ET EXEMPLO DOCENS.

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMAPRIMA EXPLICATA.

DEVS quidem pius ac clemens eſt in remiſſione culparum, iuſtus quoque vindex eſt in ſolutione pœnarum, quas non modò quærit, ſed etiam exigit à pœnitente, vt diuinæ ſuæ iuſtitiæ ſatisfaciat. Satisfactoria opera cùm multa ſint, tria præ ceteris ſunt magis principalia atque communia, nimirum pietatis, mortificationis, & orationis. Quæ tria ſuo ordine refert & offert pœnitens Rex. *Docebo iniquos* Pſal. 50, 15.
vias tuas, & impij ad te conuertentur. hæc ſpiritalis miſericordia eſt. *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus* Pſal. 50, 16.
ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. hæc carnis & ſanguinis refrænatio eſt. *Domine labia mea* Pſal. 50, 17.
aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. hæc diuina laudatio, hæc vocalis oratio eſt. Primum omnium eſt opus miſericordiæ, *Docebo iniquos vias tuas.* Pulchra hæc ſatisfactio eſt, vt qui conuerſus eſt, deuios reducat ad Deum ſimilis, per omnia Matthæo, qui ſemel à Chriſto vocatus, opes ſuas egenis reliquit, & ſeipſum Chriſto obtulit, vt errantes omnes ad viam virtutis & ſalutis reuocaret.

Compo-

Digitized by Google

Compoſuit primò reus cauſam ſuam, dein ad alienam rem componendam feſtinus accurrit. Præit exemplo, ſequamur & nos *Domino Soli iuſtitiæ obtemperantes*, quemadmodum agens de Baptiſmo monet Baſilius: *Illuminemur ab ipſo, intellectuſque & virtutis gratiam promereamur, vt in ipſo teſtificemur, & non ſolùm ipſi niue reddamur candidiores, ſed & vicinos noſtros illuſtremus.*

Miraculoſa imago.

Miraculum in Matthæo patratum.

QVamuis per Confeſſionem & abſolutionem ſit extinctus ignis gehennæ, reſtat & alius ignis ſopiendus, qui purgandis animabus iuſtorum in futuro ſæculo deſtinatus eſt. Quantas vires ignis Purgatorij habeat, ſacræ Litteræ conteſtantur. Eiuſdem naturæ & conditionis cum illo traditur, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: differunt, quòd vnus æternus eſt, alter verò temporarius. Hic corporea & ſpiritali miſericordia reſtinguitur. Ad vtramque hanc exercendam exemplo ſuo nos prouocant Dauid & Matthæus. Accedit & Cyprianus Sermone de Eleëmoſyna: *Sicut lauacro aquæ ſalutaris gehennæ ignis extinguitur, ita eleëmoſynis atque operibus iuſtis delictorum flamma ſopitur. Emundandis purgandiſque peccatis noſtris, medelis ſpiritualibus vulnera noſtra curemus.*

curemus. Dedit Dominus curandis ſanandiſque vulneribus remedia ſalutaria, ſatisfacere pro peccatis. Mirabilis pœnitentiæ Baptiſmus, qui ignem gehennalem extinguit: mirabilis ſatisfactio miſericordiæ, quæ purgatoriam flammam reſtinguit. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

DEus, qui Matthæum publicanum pœnitentiæ & ſatisfactionis ſimul magiſtrum eſſe voluiſti; concede mihi hanc gratiam, vt imitator eius exiſtam. Hanc ſi conceſſeris, miſericors erga pauperes & errantes, alter ero Euangeliſta Ma[illegible]æus. *Docebo* Pſal. 50, 15 *iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.*

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Matthæi, exemplar miſericordiæ opera facientis.

I.

AMbroſius lib. 2. de Pœnitent. cap. 6. *Subiiciamus nos Deo, vt non ſubditi ſimus peccato; & tanta fiat conuerſio, vt qui Deum non agnoſcebamus, ipſi eum iam aliis demonſtremus.* Quia verò tanta fuit conuer- *Imitatio Matthæi miſericordia operibus ſatisfacientis.*

 ſio

ſio Pauli, dicit ipſe de ſe 1. Timoth. cap. 1, 16. *Miſericordiam conſecutus ſum ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam æternam.* Magnum veræ pœnitentiæ indicium & argumentum eſt, ſi quis conuerſionis animarum affectum & zelum habeat, curetque ſalutem aliorum, præſertim eorum quos malo exemplo ſuo à tramite iuſtitiæ auertit, & malè viuere docuit. Rogat Baſilius, quomodo certa reddatur anima quòd purgata ſit à peccatis; & reſpondet Regula 296. ſi totus ſit in conuerſione peccatorum, & concludit: *Quando igitur animam ſuam vel erga propria peccata, vel erga aliena iuxta prædicta affectam cognouerit, tunc demum certus ſit illam mundam eſſe à peccato.* Sic oſtendit ſe mundam à peccato Samaritana, quæ poſtquam conuerſa eſt, rediit ad Samariam, relicta hydria, & docuit Samaritanos. de qua Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 99. *Cæleſti Saluatoris gratia & doctrina plena ad docendos alios continuò fuit profecta.*

II.

Qui benè operatur, benè docet. Non verbis ſolùm, ſed & bonis moribus reductio impiorum facienda eſt. Satis benè idem Ambroſius in Apolog. Dauid cap. 16. *Sicut enim bonæ vitæ ſpecimen & virtutis exemplar in iis viris eſt, qui inoffenſa vitæ ſuæ tempora percurrerunt: ita qui anteactis renuntiantes flagitiis, vel incredulitatis erroribus emendauerint*

dauerint

dauerint curſum poſterioris ætatis, ad imitandum propoſiti ſunt, qui vel opere vel cogitatione labuntur. Talis igitur eſto, vt intuentes te peccatores vitam ſuam componant, & prauos ſuos mores reforment. Talis euaſit Matthæus, qui dicente Chriſto, *Sequere me*, Chriſtum ſecutus eſt, vt non tam verbo quàm facto ipſo peccatores ſectatores Chriſti efficeret. Matth. 9. 9

III.

Cùm Abner peccaſſet contra Dauidem, in gratiam Regis admiſſus, quàm primùm illud curauit, vt qui ſuo exemplo conſpirauerant, in partes regias attraheret. *Surgam*, inquit, *& congregabo ad te Dominum meum regem omnem Iſraël, vt ineant tecum fœdus, & imperes omnibus, ſicut deſiderat anima tua.* Vocauit Chriſtus Matthæum, & offerens ſe vocanti reſpondet: *Surgam, & congregabo ad te Dominum meum omnem Iſraël.* Quòd ſi tot impios conuertere pœnitentes nequeas, lucrare quot delinquentes poſſis. Si renitantur, conare rebelles reducere, certus omnino, quòd licet tuis conatibus euentus non reſpondeat, reſpondebit tamen ſolutio, reſpondebit & præmium. *Benè ſatisfacit.* 2. Reg. 3. 21.

IV.

Recognouit Rex Ezechias beneficium ſibi remiſſionis collatum. *Tu autem*, dicit Rex Deo, *eruiſti ani-* Iſai. 38. 17

mam meam, vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum
Solutio debiti. *omnia peccata mea.* Recognouit deinde debitum ſuum, & ſtatim de ſolutione facienda, de ſatisfactione reddenda cogitauit. *Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater notam faciet filiis veritatem tuam.* Communis Reip. pater Rex ille erat, omneſque ſibi ſubiectos paterno affectu complectebatur, & omnibus veluti filiis chariſſimis veritatem prædicandam à ſe Deo promiſit. Ad huius Regis exemplum omnis pœnitens componatur. Si Princeps eſt, ſubditis; ſi dominus, ſeruis; ſi pater, filiis rectam viam vitæ, ſalutis & veritatis demonſtret. Sciat veram eſſe illam Laurentij Iuſtiniani ſententiam de Compunct. Chriſtian. perfect. *Optimum & acceptabile Deo opus eſt, pro honore ipſius vtilitatibus animarum inſiſtere, illarum continuum fructum ſpiritualem acquirere.*

V.

Exclamat S. Bonauentura Serm. 2. de S. Matth. *O quanta fuit huius Apoſtoli pœnitentia! quàm dura, quàm aſpera, quàm diuturna in prædicando!* Duram, aſperam, & longam vitam duxerat in peccatis; & vt illam compenſaret ac reſarciret, pœnitentiam anteactæ vitæ contrariam elegit, quam in prædicationis Euangelicæ miniſterio per totum vitæ diſcurGeneſ. 1, 4. ſum paſſus eſt, *Deus diuiſit lucem à tenebris*, & lux à

tenebris

tenebris libera, Deo ſeruit in eo, vt & homines dirigat, & aberrantes à via in viam reducat. Diuiſit à tenebris peccatorum Apoſtolos ſuos Chriſtus, & conſtituit eos totius vniuerſi luminaria. *Vos eſtis*, inquit, *lux mundi*: & vt dignum Deo pro accepto beneficio præſtent obſequium, addit, *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.* Digna lucis Apoſtolicæ compenſatio, animas dirigere, & eas ad Deum ſuum reuocare.

Miniſterium lucis. Matth. 5, 14.

VI.

Ezechias æger erat, & cùm vellet à morbo ſuo recreari, recurrit ad confeſſionem, ac ſimul Deo obtulit ſatisfactionem. Vide quid ipſe canat: *Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.* Præmiſit Rex confeſſionem, & addidit ſatisfactionem, quando veritatis viam ſubiectos ſibi ſe docturum eſſe pronuntiat. Hæc Matthæi Apoſtoli compenſatio ſurgentis è telonio ſuo: & hæc eadem eſſe debet ſatisfactio, quam impendit Deo pœnitens è lecto ſurgens, reſtitutus ſanitati, vt dicat cum Ezechia, *Pater filiis notam faciet veritatem tuam*: & cum Dauide, *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.*

Imitatio in ægritudine. Iſai. 38, 19. Iſai. 38, 19. Pſal. 50, 15

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti vocantis Matthæum, exemplar Confeſſarij.

I.

Imitatio Chriſti vocãtis Matthæum. CHriſtus, qui de cælo venit vt errantes ad viam vitæ & iuſtitiæ reduceret, pœnitentem ſuum Matthæum fecit ſui cæleſtis inſtituti coadiutorem. Confeſſarius vices Chriſti agit in confeſſione, & pœnitentes ad ſemitas rectas ducit: è re ſua ſatis erit, ſi ita illos diſponat, vt ſui adiutores habeat in reductione animarum, quarum cura ſibi commiſſa eſt. Sic ſol aërem luce cæleſti perfundit, cuius medio terrenum ſolum illuſtrat. Sic ignis ignem accendit, cuius miniſterio interdum vtitur vt frigidos calefaciat.

II.

Confeſſarius cùm ipſe peccator ſit, & ſatisfactione indigeat, pulchram compenſationem reddit *Satisfactio Confeſſarij.* Deo, cùm animam pœnitentis lucratur: lucrum quippe Creatoris, ſalus creaturæ eſt. Ad hanc præſtandam ſatisfactionem Iacobus Apoſtolus, ſimulque Confeſſarius Confeſſarios excitat, dum ſcribit: Iacob. 5. 19. *Fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum; ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit*

rit peccatorem ab errore via ſua, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Multitudinem culparum etiam à ſeipſo commiſſarum operiet Confeſſarius.

III.

Quanti referat Confeſſario, benè ſuas partes agere, vel ex hoc intelligere poteſt, quòd Deus ipſe ſignificauit Ezechieli, innuit & Confeſſario: *Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annuntiaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via ſua impia, & viuat; ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipſe morietur, quia non annuntiaſti ei: in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius, quas fecit: ſanguinem verò eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iuſto, vt non peccet iuſtus, & ille non peccauerit; viuens viuet, quia annuntiaſti ei, & tu animam tuam liberaſti.*

Damnum, & lucrum.

Ezech. 3, 17.

IV.

IV.

Attrahat Confeſſarius. Habet in ſe Chriſtus Dominus hanc vim, vt homines ad ſe trahat. dicit enim in Canticis Sponſa: *Trahe me poſt te*, & Chriſtus dicit de ſe, *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Magnes ad ſe rapere annulum ſolet, & illo velut inſtrumento vtitur, vt alium trahat. Rapuit ad ſe Chriſtus Matthæum, & vſus Matthæo eſt vt alios ad ſe alliceret. Traxit ad ſe Confeſſarios virtute Spiritus ſancti. *Accipite*, inquit, *Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, & hanc ab eis petit & quærit compenſationem, vt trahant pœnitentes ſuos, magneti iungant, & ſecum coniungant. Coniungit Chriſto, qui dicere poteſt verè: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.*

Cant. 1, 3. Ioan. 12, 32. Ioan. 20, 10. 1. Cor. 4, 16.

V.

Satisfacit Confeſſarius ſuo officio, ſi quod præſtitit in conuerſione Matthæi Chriſtus, præſtet & ipſe. Chriſtus in conuerſione Matthæi medicum egit, criminatoribus quippe reſpondit: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus.* Satisfacit medici officio, qui non ſolùm infirmo medetur, ſed etiam cùm iam conualuerit, docet & monet, quomodo ſe gerere debeat, ne relabatur in morbum. Admonuit Chriſtus Matthæum, vt ſi vellet dignos pœnitentiæ

Matth. 9, 12. *Curet perfectè ſalutem pœnitentis.*

fructus ferre, telonio renuntiaret. Monuit quoque paralyticum vt ſurgeret, tolleret lectum, & factus iam ſanus ambularet: cumque illum poſteà inueniſſet, impoſuit cœpto operi coronidem, cùm addidit, *Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Ioan.5,14. Non implet Confeſſarius officium ſuum ſolùm audiendo, impendendo pœnitentiam & abſolutionem; adhuc opus eſt, vt boni Medici inſtar docendo & monendo declaret, qualis pœnitens in poſterum futurus ſit, & qualem viam inire debeat, ne rurſus offendat, ſed inoffenſo pede in cælum tendat.

S. Auguſtinus Sermone de Gratia: *Oportet nos, qui* Redarguat. *præeſſe populo, & paſtoris nomen, quamuis indigni, tenemus, vt vobis adminiſtrare diuini verbi pabula curemus, & ita vos ſollicita mente tractare, vt quod malum in vobis videmus, cum fraterno amore redarguamus; & quod bonum eſt, fructificare & enutrire laboremus. Beatus eſt qui ſe ſolummodò, Domino adiuuante, ſaluat: ſed multò beatior eſt, qui ſecum alios ad cæleſte regnum trahere feſtinat, dicente Scriptura, Qui audit, dicat, Veni.* Apoc.22,17. Quiſquis talis eſt, vt ait Baſilius Regul.184. ſit memor Apoſtoli dicentis: *Sic nos exiſtimet homo vt mi-* 1.Cor.4,1. *niſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Non velut propriam quamdam ſcientiam ex ſua ipſius auctori-*

 tate

tate diſpenſet, ſed velut miniſterium Dei in cura & ſollicitudine animarum per Sanguinem Chriſti redemptarum, cum timore & tremore erga Deum adimpleat, ad exem-
Epheſ.6,6. *plum eius, qui dixit: Sic loquimur, non vt hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra; & cum commiſerationis affectu erga eos qui audiunt, faciens illud Apo-*
1.Theſ.2,7 *ſtoli: Tamquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita placidè inter vos agentes cupiebamus vobis non ſolùm Euangelium Dei tradere, verùm etiam noſtras ipſorum animas.* Præſtitit vtrumque Matthæus, præſtet & Confeſſarius.

Compareant, in anima pœnitentis, imago patientis ſanguinis fluxum; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti ſanguinem reſtringentis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

Digitized by Google

EXEMPLAR SATISFACTIONIS, ET MORTIFICATIONIS *Matt. 9.*

Mulier ſluxum ſanguinis patiens, et refrenans.



DAVID CONTRA SE DEI VIRTVTEM IMPLORANS.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Ddd 2

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMASECVNDA EXPLICATA.

OSTENDITVR in effigie miraculum patratum in femina, cuius facta eſt mentio ab Euangeliſta Matthæo cap. 9, 20. *Ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius.* Fimbriam tetigit, & ſanguinis fluxum repreſſit. Hæc femina typus eſt, imago eſt animæ pœnitentis, quæ nouit effrænis carnis laſciuiam reprimere, quæ nouit fluxum & luxum ſanguinis refrænare. Nemo concupiſcentiis ſuis frænum iniicit, niſi priùs virtute diuina animetur; ac proinde mulier animoſa recurrit ad Christum, implorานſque Dei manum & opem, ait: *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Pſal. 50. 16. Satis opportunè Ephræm in eos, qui quotidie peccant, & quotidie pœnitentiam agunt, inquit: *Quouſque, ô amice, inimicum ſuſtines, & quæ illi placent quotidie efficis? Cape meum conſilium, quod te ſaluare poterit, & expiato ſimul animo & corpore, accede ad Saluatorem, qui cunctos procedentes ei in pœnitentia feruenti, & fide perfecta ſanat.* Concipit magnos animos pœnitens in ſe-

ſeipſum, qui hoc eodem ſpiritu ductus ſibi bellum indicit, & vt de ſe victoriam comparet, agatque triumphum, ſocius fit præſentis feminæ, recurrit ad Chriſtum, & cum Dauide diuinum auxilium implorat & impetrat ab eo, cuius ſuprema iuſtitia punitione noſtra non gaudet, ſed voluntaria ſatisfactione. *Neque enim Deus,* vt ait Gregorius 3. Parte Paſtoralis cap. 31. *noſtris cruciatibus paſcitur, ſed delictorum morbos medicamentis contrariis medetur, vt qui voluptatibus delectati diſceſſimus, rurſum fletibus amaricati redeamus. Et qui per illicita deflectendo cecidimus, etiam à licitis noſmetipſos reſtringendo ſurgamus. Et cor, quod vulnerauerat elatio ſuperbiæ, curet abiectio humilis vitæ.* Perfecta huius ſatisfactionis forma, præſens imago eſt.

Miraculoſa imago.

Miraculum patratum in femina ſanguinis fluxum patiente.

CVm vita humana tota annexa ſanguini ſit, & à ſanguine pendeat, qui cupit & petit à ſanguinibus liberari, non amat, ſed odit vitam & animam ſuam, implens id quod Chriſtus ait, vt homo ſibi ipſi inuiſus ſit: *Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Si ſpectes naturæ ordinem, id fieri nequaquam poteſt: ſublimi eſt opus virtute,

Ioan. 12, 25.

te, vt quis concipiat odium in ſe, & ſibi inuiſus, Deo dignè ſatisfaciat. Ne perdas vitam, odio proſequere vitam: vt animam tuam cuſtodias, illam odiſſe oportet. Auguſtinus: *Magna & mira ſententia, quemadmodum ſit hominis in animam ſuam amor vt pereat, odium ne pereat. Si malè amaueris, tunc odiſti: ſi benè oderis, tunc amaſti. Felices qui oderunt cuſtodiendo, ne perdant amando.* Felix pœnitens, cui vita ipſa exoſa eſt, quoniam in Deum deliquit, & ductus ſuiipſius odio dicit, *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Mira petit, & hæc mira operatur pœnitentia, de qua Ephræm: *Peccatores pœnitentia immolat, ſed rurſus eos viuificat.* Ad hanc miraculoſam imaginem

Pſal. 50, 16.

Oratio noui Dauidis.

DEus, qui iam deſperatam feminam à fluxu ſanguinis liberaſti: da mihi virtutem contra hoſtes meos, contra luxum laſciuientis carnis & ſanguinis. *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Pſal. 50, 16.

AT-

Digitized by Google

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ:
Exemplar mulieris fluxum ſanguinis patientis, exemplar opera mortificationis facientis.

I.

Imitatio feminæ à fluxu ſanguinis curatæ.

CVm caro ſerua, & anima iure ſuo domina ſit, inuerſus ordo eſt in homine peccatore, anima ſeruit, caro verò dominatur. Opus igitur eſt, vt cùm homo iam deſiit eſſe peccator, reſumat anima imperium ſuum, & caro, ſiue velit ſiue nolit, per ieiunia, cilicia, & alias exercitationes admonita, animæ famuletur. Ne deeſſet officio ſuo caro, *caſtigo,* inquit Apoſtolus; *corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* In hunc eumdem locum Iuſtinianus de Interior. conflict. cap. 3. *Non orat beatus Apoſtolus carnis inſolentiam, & quàm importunè contra ſpiritum rebellis exiſtat. Ne igitur indignum indebitumque ſibi vndicaret imperium, caſtigatione prudenti, ſeruituti illam ſubigere ſatagebat.* Hæc caſtigatio tunc prodeſt ad ſatisfactionem, cùm valorem accipit ex Deo; & idcircò idem Apoſtolus aſſerit, *Sufficientia noſtra ex Deo eſt.* Recurrat igitur ad Chriſtum, ad eius pedes ſe proſternat, tangat

1. Cor. 9, 27.

2. Cor. 3, 6.

tangat fimbriam, hauriat virtutem vt carnem ſubiiciat; & per eius ſubiectionem iuſtitiæ diuinæ ſatisfacere queat.

II.

Contraria contrariis curantur, luxum igitur carnis & ſanguinis, vnde ortum peccatum habet, contrariis ſatisfactionis pœnis ac pœnitentiis cohibendum eſſe, declarat Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 8. *Proculdubiò magnopere à peccato reuocant, & quaſi quodam fræno coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitioſos habitus malè viuendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt.* Etenim, vt ait Ephræm agens de Pœnitentia: *Peccatum ſeminat paſſiones & perturbationes, & pœnitentia illas demetens, ſuperſeminat vitæ rationem laudabilem.* *Carnis punitio.*

III.

Delectatur diuina iuſtitia; cùm ſeipſum homo caſtigat. Inuita procedit in reos, inuita delinquentes punit ac plectit, & maximè gaudet, cùm Deo nihil aut parum relinquitur puniendum. Quamobrem agens Dauid de ſua ipſius punitione, dicit: *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ.* additque deinde: *Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Benè *Deo grata.* *Pſal. 50, 16.*

Chryſoſtomus Homil.41. ad Popul. *A nobis vltionem ſumamus, ita placabimus iudicem.* Placabimus, & inſuper recreabimus. Similis ſibi Dauid eſt cùm ait Pſalmo 37, 4. *Non eſt ſanitas in carne mea*, hoc eſt, vt S.Baſilius notat, *Ego preueniens, nec expectans vt quiſquam externè corpus meum vlcere malo puniat, me ipſum caſtigaui, & meam carnem, per quam peccatum admiſi, flagellis tradidi, me puniendo multiſque modis caſtigando.*

IV.

Sit auſtera. Cùm hœdus in ſacris Litteris Symbolum ſit peccatoris, Deuter. cap.14,21. lex illa promulgata eſt. *Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.* Iſidorus in hunc locum: *Hœdus hîc ſub peccatoris figura introducitur. Proinde peccans non eſt coquendus in lacte matris ſuæ, id eſt, non purgandus mediocribus tenerrimiſque Eccleſiæ diſciplinis, ſed auſterioribus præceptis eius ſunt excoquenda peccata, cuius magna ſunt crimina, vt qui per laſciuiæ blandimenta ſe perdidit, fortiori diſciplina ſe redimat.* Si noueris te punire, noueris te redimere.

V.

Sit humilis. Humanæ mortis impetu corpus terrenum cadit, cæleſtis reſurgit ſpiritus. Mortificatio noſtra carnis depreſſio eſt, & animæ reſurrectio. Ad carnis hu-
Coloſ.3,5. miliationem incitat nos Apoſtolus, cùm dicit, *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Ad reſurrectionem

rectionem ſpiritus nos hortatur, cùm ait: *Si conſurre-xiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite; non quæ ſuper terram.* Corpus igitur deprimatur, vt ſpiritus ſuſcitetur; caro pœnitentiis retundatur, vt anima reuiuiſcat. Via & arte humiliationis Dauidis ſpiritus aſſurrexit; aſſurrexit & anima mulieris patientis ſanguinis fluxum, eriget etiam ſe ſpiritus pœnitentis, ſi nouerit ſe exercere, ſi nouerit ſe humiliare. *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Coloſ. 3, 1. Matth. 23, 12.

V I.

Sanguis origo peccati carnalis eſt, vt monet Auguſtinus in hunc Pſalmum, & oportet vt non ſolùm peccatum per Confeſſionem tollatur, ſed etiam eius radix & origo reſcindatur. Non tollitur omnino arbor, ſi radicitus non euellatur. Si ramos ſecueris, & truncum abſtuleris, maneant tamen infixæ terræ radices, illæ haud dubiè pullulabunt. Radix & origo peccati ſanguis eſt; in Confeſſione ramos & truncum ſuſtuliſti, neceſſe eſt vt iam per ſatisfactionem ſanguinis radicem euellas, ne commiſſa & iam remiſſa peccata reuireſcant. Satis benè monet Eccleſiaſticus cap. 9, 12. *Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum, & non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem.* Sanguis *Sanguis origo peccati.*

principium ruinæ eſt, & qui ſibi ab illo non cauet poſt confeſſionem, rurſus cadet. Benè ſibi conſulit pœnitens, cùm per ieiunia & alias exercitationes ſibi bellum indicit, ac dicit, *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ.* Magnum hoc teſtimonium acceptæ iuſtificationis. Rogat enim Baſilius Regula 296. *Quomodo certa reddatur anima, quòd repurgata ſit à peccatis?* Reſpondet: *Si præſtiterit mandatum Apoſtoli dicentis, Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.*

Pſal. 50, 16.

Coloſ. 3, 5.

VII.

Imitatio in ægritudine.

Ezechias ægrotabat, cumque confeſſionis ſuæ virtute ſalutem ſibi comparaſſet, cogitauit de danda ſatisfactione, quam & optimam eſſe cenſuit, ſi carnis mortificationem adiungeret. & quidem adiunxit, *Domine vim patior, reſponde pro me. Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit? Recogitabo tibi annos meos in amaritudine animæ meæ.* Hæc animæ amaritudo mortificatio eſt, quam ſponte ſua ſuſcepit Ezechias, dum eamdem vim pateretur, quam patiebatur Euangelica illa femina, & quam in ſe expertus clamabat Rex. *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.*

Iſai. 38, 14.

Pſal. 50, 16.

Audi

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti curantis ſanguinis fluxum, exemplar Confeſſarij.

I.

CHriſtus comprimebatur à turbâ, cùm fluxum ſanguinis patiens femina fimbriam eius tetigit, & ſanata eſt. Confeſſarius pœnitentiis coarctatus & compreſſus, Chriſtum ipſum agit, & dicit: *Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo.* Hæc Paulus, hæc Confeſſarius, qui & ſe nouerat comprimere, nouerat ſe punire. *Caſtigo*, inquit, *corpus meum, & in ſeruitutem redigo.*

Imitatio Chriſti curantis ſanguinis fluxum.

Tit. 2, 11.

1. Cor. 9, 27.

II.

Accidere interdum ſolet, vt vacans quis audiendis excipiendiſque confeſſionibus, tantum habeat concurſum pœnitentium, vt ab illis comprimatur & obruatur, & in tanta multitudine vna anima reperiatur, quæ paſſionibus carnis & ſanguinis bellum indicat, & quæ ſola nouerit de ſe triumphare. Cùm hoc accidit, exiſtimet Confeſſarius ſe locum tenere Chriſti, qui cùm à numeroſa turba opprimeretur, in tanto numero vna ſolùm mulier extitit, quæ tan-

Digitized by Google

gens fimbriam ſanitatem recepit, & fluxum ſanguinis, quem patiebatur, repreſſit.

III.

Spiritus ſanctus carnem & ſanguinem odit, & recuſat ibi eſſe vbi caro & ſanguis regnant. Teſtatur hoc ipſum Deus, cùm ait, *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Cùm ita ſe res habeat, ſapienter Chriſtus Spiritum ſanctum carnis & ſanguinis hoſtem Confeſſariis largitus eſt, vt partes Spiritus ſancti agant, & cauſam eius pro virili tueantur. Tuentur, cùm pro ſalute animæ ſuæ contra carnem & ſanguinem pugnant. Tuentur, cùm huiuſmodi militiæ ſtrenuos milites quærunt, & quos habent pœnitentes, eidem adſcribunt militiæ, vt hoſtes ſibimet exiſtant. In hoc bello dux militum, ductor pœnitentium debet eſſe Confeſſarius: fuit & Chriſtus, quem mulier illa ſecuta eſt, & eius inhærens veſtigiis, veſtis fimbriam oſculata, de proprio ſanguine incruentam victoriam reportauit. Quòd ſi, dum te ipſum vincis, & victoriam tuiipſius proſequeris, aliquis intercurrat, & conetur ab incepto propoſito deterrere, memineris eiuſdem Chriſti, qui paſſionis ergô Ieroſolymam aſcendebat, & cùm retardare eum Petrus vellet, in ipſum grauiter inuectus eſt. *Vade*, inquit, *poſt me ſatana,*

Geneſ.6,3.

Confeſſarius dux eſt.

Matt.16, 23.

tana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ ſunt Dei, ſed ea quæ hominum.

IV.

Contingere ſæpè ſolet, vt diuturnum morbum patiens Medicos plurimos conſulens, oleum & operam perdat, nec remedium inueniat, & tandem bonâ fortunâ ſuâ, cùm minùs cogitet, in Medicum incidat, cuius ope à morbo ſuo recreetur & liberetur. Accidit hoc mulieri fluxum ſanguinis patienti, quæ impenderat fortunas ſuas, vt conduceret Medicos ſibi, quorum medica arte curaretur. Defecit ars Medicorum, defecit pecunia ægrotantis, & ipſa mendica reddita eſt. Venit ægra miſera ad Chriſtum, tetigit fimbriam, curata eſt, ſanata eſt. Felix femina, quæ Medicum ſalutis inuenit, & eius opera vſa conualuit. Accidit hoc ipſum pœnitenti, qui rudes & indoctos Confeſſarios frequentare ſæpè ſolet, & poſt eorum vſum & conſilium in veteri ſtatu manet. Perdidit oleum & operam. Prouidet tandem Deus, vt in ſpiritalem, ſapientem & doctum incidat Confeſſarium, cuius ope reſipiſcat ac conualeſcat. Felix pœnitens eſt, felix & Confeſſarius: ille, quia ſalutem accepit; iſte verò, quia dedit, & officio ſuo ſatisfecit.

Felicitas eſt in Confeſſario.

V.

V.

Oportet, vt pœnitens bonam de Confeſſario ſuo habeat opinionem & exiſtimationem, qualem de Chriſto deſcripta iam mulier habuit. Dixit mulier: Matth. 9, 21. *Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero.* Hæc fides quantum illi profecerit, oſtendit Chriſtus cùm ait, *Fides tua te ſaluam fecit.* Bonam de ſe Confeſſarius opinionem acquirit, cùm mortificationem Chriſti portat in corpore ſuo. Bonum ſibi nomen comparant milites, cùm hoſtes ſtrenuè oppugnant & expugnant. Hoſtis ſibimet Confeſſarius eſt, ſeipſum oppugnet & expugnet, vt bonum nomen non ſolùm apud Altiſſimum, ſed etiam apud homines obtineat. *Apoſtolici* enim (inquit Hieronymus Epiſtola 14. ad Celantiam) *& præcepti eſt, & exempli, vt habeamus rationem non conſcientiæ tantùm, ſed etiam famæ. Non ſuperfluum & à fructu vacuum, gentium magiſter hoc docet: vult enim etiam extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, vt religionem ipſam religionis diſciplina commendet. Et ideò ſicut luminaria in* Philip. 2, 15. *mundo lucere nos iubet in medio nationis prauæ & peruerſæ, vt incredulæ mentes errantium, ex noſtrorum actuum lumine, ignorantiæ ſuæ tenebras deprehendant.* Itaque Confeſſarius, cùm Iudex ſit, & Chriſti vicarius, mortificationem eiuſdem in corpore ſuo gerere debet.

Bona Confeſſarij opinio.

VI.

S. Auguſtinus Serm. 94. de Tempore: *Audiant ergo iudices terræ, corpus caſtigent, libidines frænent, ament ſapientiam, vincant concupiſcentiam. Et vt hoc faciant, erudiantur. Hæc eſt autem ſumma eruditionis, ſeruire Domino, & exultare ei cum tremore. Exulta ergo ei, & non tibi. Ei à quo es quod es; non ſolùm quòd homo es, ſed etiam quòd iuſtus es.* Excitent reos ſuos, vt ſimilia ipſi præſtent. Benè Iuſtinianus Sermone de Ramis palmarum: *Admonentem Apoſtolum audi. Obſecro vos, fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Obſecro corpus exhiberi in laboribus, in ieiuniis, in vigiliis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, vt eſſe valeat hoſtia viua, ſancta, Deo placens, atque perfecta. Nouerat excellentiſſimus Doctor, quàm petulanter aduerſus ſpiritum laſciuiat corpus, quantumque virtutis renitatur bono, ſi abſque pœnitentiæ eruditione permaneat, propterea hortatur, vt ſub temperantiæ coërceatur iugo, ipſiuſque immoderata refrænetur voluptas, ne ſibimet ruina efficiatur & animæ.* Accedit Gregorius in Pſalmum quartum Pœnitentialem, & vices agens Confeſſarij, dicit: *Admonemur in hoc Pſalmo, carnales cupiditates reſtringere, & de Dei miſericordia numquam deſperare. Quiſquis ergo deſperans de venia agere pœniten-*

Mortificatio.

Rom. 12, 1.

Digitized by Google

tentiam dubitat, Dauid pœnitentiam in animum reducat. Audiamus & nos Dauid clamantem, & nos clamemus; gementem, & congemiſcamus; flentem, & collacrymemur; correctum, & collætemur. Clamat Dauid, *Libera me de ſanguinibus:* clamemus & nos non ſolùm vocibus, ſed etiam gemitu, fletu, & lacrymis, quibus æternum gaudium emamus & acquiramus.

Compareant, in anima pœnitentis, imago hominis muti; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti os eius aperientis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

Digitized by Google

Fff 2

Digitized by Google

Digitized by Google

tis opportunè Ambroſius lib. 1. de Virginitate prope initium, *Quòd ſi nomen filij*, inquit, *addidit patri vocem, ego quoque deſperare non debeo, quin vocem, licet mutus, accipiam, ſi loquar Chriſtum.* Si quis pœnitens more Sacerdotis Zachariæ Chriſtum loquatur, & ipſe Sacerdos eſt qui offert ſacrificium laudis, cùm dicat citatus Ephræm, *Ipſe ſibi populus in Eccleſia Sacerdos quonam modo efficitur, quia conſcientiam habet prò ſeſe ſacrificium offerentem. Ex corde orat, & ipſe pro ſe ipſo Dominum placat.* Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

CHriſte magne, qui mutorum linguas aperis, vt te orando & te laudando pro debitis ſuis ſatisfaciant: vt & ego debitam faciam tibi compenſationem, *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Pſal. 50. 17.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ:
Exemplar muti loquentis, exemplar orantis pœnitentis.

Digitized by Google

I.

Imitatio muti loquentis.

PVlchrum acceptæ gratiæ ſignum eſt, cùm preces & ſupplicationes ſatisfactorias Deo pœnitens offert. Benè & verè in Apologia Dauid capite 17. ſcribit Ambroſius: *Os peccatoris Deus claudit, ne iuſtitias loquatur Dei; iuſti aperit, vt loquatur.* Cùm in ſtatu peccati iaceres, mutus eras, & luebas dignas pœnas; iuſtus es redditus, ſolutum eſt vinculum linguæ, vt dignos pœnitentiæ fructus rectè loquendo, orando, & Deum laudando feras. Ferebat quidem fructus, & quidem perpetuos Dauid, cùm dicat Pſalm.114,2. *In diebus meis inuocabo.* Super quem locum Baſilius, *Nos autem*, inquit, *vna orantes die vel hora, breuem aliquam ſuper peccatis noſtris triſtitiam paſſi, quieſcimus, quaſi iam pro malitia noſtra æqua menſura ſatisfecerimus: at hic ſanctus confeſſionem ſe omni vitæ ſuæ tempori commenſuratam oſtenſurum dicit: In omnibus diebus vitæ meæ inuocabo.*

II.

Neceſsitas orationis.

Non ſufficit bona confeſſio, requiritur etiam oratio, cùm Cyprianus Serm. de Lapſis ita concluſerit: *Dominus orandus eſt, Dominus noſtra ſatisfactione placandus; orare oportet impenſiùs, & rogare.* Nulla melior expiatio, quàm illa confeſſio Dauidica: *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi.*

Pſal.31,5.

abſcondi. Dixi: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Viden' Confeſſionem cum peccati venia & remiſſione coniunctam? Aduerte quid ſtatim addat: *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno*: pro hac, inquam, remiſſa & condonata impietate omnis homo iuſtificatus & ſanctificatus orabit, vt precum & orationum ſolutione, quod reliquum eſt debitum, extinguat. Pſal. 31, 6.

III.

Nihil charius, quàm quod precibus apud homines emitur; ſecùs verò accidit apud Deum, qui reſerat labia, ac preces donat, quibus ipſum rogare & placare debeamus. Bonus Deus eſt, qui verba ſacræ abſolutionis Confeſſario tuo præbet, vt à peccatis abſoluat. Bonus Deus, qui & libellos tibi ſupplices dictat & format, quibus eidem Deo præſtes ſatisfactionem. Si Princeps, apud quem agitur de remiſſione iniuriarum, ſupplicationes ſibi faciendas componeret, de felice ſucceſſu dubitatio nulla foret. Nec dubitandum, gratam Deo futuram eſſe orationem pœnitentis, allaturamque remiſſionem pœnæ debitæ, cùm precum & orationum Deus ipſe auctor exiſtat. *Donum Dei oratio.*

Digitized by Google

IV.

Oratio conuenit cum columba Noë. Pœnitentis oratio cum myſtica illa columba, quam Noë miſit ex arca, magnam habet conſonantiam, quemadmodum titul. de Pœnitent. cap.5. Bonauentura commemorat. *Sicut enim illa denuntiauit pacem, & iam ceſſaſſe diluuium; ſic oratio denuntiat pœnitentiam, reconciliationem, & veniam peccatorum. Et ſicut columba illa portauit ramum oliuæ; ſic oratio ramum diuinæ gratiæ. Et ſicut columba habet duplicem alam; ſic oratio habet duplices alas, ſcilicet ieiunium & eleëmoſynam. vnde dicitur: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ?* (Pſal.54.7.) Inſtar columbæ Dauid gemit in oratione ſua: (Pſal.37, 10.) *Domine, ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.* Habet columbina eius oratio duas alas, miſericordiæ vnam, mortificationis alteram. Miſericordiæ alam, dum canit, (Pſal.50, 15.) *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur*; mortificationis alam, quia petit, (Pſal.50, 16.) *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ.* Myſtica igitur columba eſt oratio pœnitentis, quæ nuntiat peccatorum diluuium iam ceſſaſſe, cælumque iam ſerenum refulſiſſe.

V.

Oratio Chriſtum ſonat. Quid ſitibundus quærit? potum. Quid famelicus appetit? cibum. Quid mutus deſiderat? verbum. Verbum Chriſtus eſt, & ſiquis ſupplicans in oratione

tione præter iſtud verbum quærat, non benè orat. Audiendus Bernardus Serm. vlt. in Cantica. *Vnum eſt enim, alioquin non rectè oras, ſi orando præter Verbum aliquid quæras, quoniam in ipſo ſunt omnia. Ibi remedium vulnerum, ibi ſubſidia neceſſitatum, ibi reſarcitus defectuum, ibi profectuum copiæ, ibi denique quidquid accipere vel habere hominibus expedit, quidquid decet, quidquid oportet.* Qui mutus fuit in peccatis, verbum quærit, & ait, *Domine labia mea aperies.* Chriſtum ſonet, vt benè laudet & oret, & orando & laudando reſarciat pœnæ damnum, quod virtute abſolutionis ablatum adhuc non erat. Peropportunè hortatur Iuſtinianus Serm. de Euchariſtia: *Diuinæ, quantum vales, intende laudationi. Ipſa eſt, vnde pro tuis poteſt delictis ſatisfacere.*

VI.

Rex Ezechias Deo gratus, compenſare cupiens *Imitatio in ægritudine.* beneficium ſanitatis acceptum, fudit preces & orationes. *Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt* Iſai. 38, 14. *columba.* Concludit tandem: *Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.* Hæc muti hominis ſanati digna ſatisfactio eſt, & hanc exigit ab eo Deus, cui ſalutem impertiuit. Clamet ſicut hirundinis pullus, meditetur vt columba, pſalmos in honorem Dei canat, cantet, & di-

cat: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.*

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti ſanantis mutum, exemplar Confeſſarij.

I.

Imitatio Chriſti hominem mutum ſanantis.

CHriſtus dat muto loquelam, vt fundere preces queat; & Confeſſarius, cùm iniungit orationes, aperit os pœnitentis, vt Deum laudet & oret. Præſcribit recitandas preces, quibus præter meritum pœnitentis accedit meritum Chriſti ſatisfacientis, vt ſpeciali ac ſingulari eius virtute promoueantur. Nullas Confeſſarius preces, nullas orationes imponit, quas non deſignet & notet rubricâ Sanguinis Chriſti, qui præter communem morem & ordinem in datis & impoſitis ſupplicationibus, ſicut in aliis iniunctis pœnitentiis, vires ſuas exercet.

II.

Chriſtus cùm mutum ſanat, apprehendit eum ſeorſim, quaſi velit vt ille oret, & velit ipſe ſimul orare. Et quidem orat; ſcribit namque Euangeliſta: *Et apprehendens eum de turba ſeorſim, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in cælum ingemuit,* Confeſſarius tunc tempo-

Marc. 7. 33.

ris

ris Chriſtum refert, cùm remotum à turba ſuum pœnitentem habet, & antequam illum ſoluat, orationem illam præmittit: *Dominus noſter Jeſus Chriſtus te abſoluat*: & cùm impenſam iam abſolutionem ſubſequitur eiuſdem Sacerdotis ſupplicatio: *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum ſint tibi in remiſſionem peccatorum.* Præit Sacerdos oratione pœnitentem, vt qui loco pœnitentiæ preces & orationes imponit, ipſe dux ſit & magiſter, ducat & doceat pœnitentes ſuos orare. Præcedit ac ſubſequitur abſolutionem oratio, ne illa ſola & ſolitaria incedat, ſed honorata & comitata procedat.

Præit in oratione Confeſſarius.

III.

Pertinet huc exhortatio Iacobi Apoſtoli cap. 5, 16. *Chariſſimi, confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orauit: & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.* Hortatur Iacobus in primis, vt & pœnitens ſuam faciat confeſſionem, Confeſſarius illam excipiat, & deinde mutuò ſe Deo commendent, vt mutuæ orationis virtute ſalutem adipiſcantur. Conueniant ergo inter

Mutua pœnitentis & Confeſſarij oratio.

ſe Sacerdos ſimul & pœnitens, vt alter pro altero oret, alter alterius cauſam apud Deum agat, exem-
3.Reg.18, 42. plo Prophetæ Eliæ, qui non tam ſibi quàm aliis oratione ſua prouidit.

IV.

Confeſſarius in cælum oculos erigat. Chriſtus oculos in altum ſuſtulit, & gemitum edidit, cùm mutum iſtum ſanauit. Lingua orauit, cùm ingemuit; orauit oculis, cùm cælum ipſe ſuſpexit. Pulchra eſt oris, pulchra oculorum oratio.
Pſal.118, 81. Vna & altera Dauid vſus eſt, cùm ait: *Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſuperſperaui: Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando conſolaberis me?* Habent dictionem ſuam oculi, habent & orationem. Hanc orandi artem Chriſtus docuit, exercuit, & exercere voluit Confeſſarios, quorum munus eſt ad orandum pœnitentes ſuos excitare, vt cum ipſis gementes, & cælum ſimul aſpicientes, Deo & cælo pro commiſſis offenſis ſatisfaciant.

V.

Gemat. Chriſtus cùm ingemuit, emiſit ex ore ſpiritum, cuius conſortes ac participes poſteà fecit Apoſtolos & Confeſſarios, vt ſcirent ſe Spiritum ſanctum accepiſſe, qui docet cum gemitu orare pro ſalute pœnitentium. Orabat, & ſimul gemebat Paulus, cùm dicebat:

dicebat : *Similiter autem ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram : nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus : ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8, 26.
Loquitur Paulus, doctus à Spiritu ſancto, in quem cadere gemitus nequit, ſed gemendi exercet magiſterium, quo ducti miniſtri prædicationis & confeſſionis pro ſua & ſuorum ſalute orant ſimul & gemunt.

VI.

S. Auguſtinus lib. de Vera & falſa pœnit. cap. 20. *Adiuuet pœnitendo, orando, & ſemper eum iuuet leniendo, ſpem promittendo, eleëmoſynas faciendo, & cetera bona pro eo agendo; conſolando, & ſi opus fuerit increpando : doceat loquendo, inſtruat operando. Sit particeps laboris, qui vult fieri particeps conſolationis.* Orat, vt adiuuet.
Nulla maior conſolatio eſt, quàm ea quæ pertinet ad conſcientiam : tam nobilis ac ſublimis conditionis eſt, vt non habeat ſimilem in terris, ſed in cælis quærenda ſit. Cæleſti quidem gloriæ conformis eſt, ac proinde de ſe Paulus affirmat, *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* 2. Cor. 1, 12.
Hinc efficitur, vt quemadmodum ſupernæ Sanctorum beatitudinis conſortes non habentur, nec ſunt, qui participes laborum & tribulationum non fiunt; ſic etiam Confeſſarij in gloria ſanctæ conſcientiæ pœnitentium non commu-


communicent, niſi priùs ſe ſocios adiungant, & viam patiendi, & ſatisfaciendi communem ingrediantur & proſequantur. Pulchrè quoque S. Gregorius Nazianzenus, *Habes*, inquit, *medicinæ regulam. Chriſti diſcipulus es mitis & humani, infirmitateſque noſtras portantis. Benignum illum & humanitate præditum agricolam imitare, Dominum adhuc precare, ne infructuoſam & inutilem ficum excidat, atque odio habeat, verùm conuertat, & curet, & ſtercus iniiciat, hoc eſt eam correctionem, quæ peccati confeſſione & manifeſtâ pudefactione, atque ignominioſiori vitæ ratione conſtat. Quis ſcit an mutabitur, ac fructum feret, Ieſumque à Bethaniâ redeuntem alet?*

Compareant, in anima pœnitentis, imago Petri plorantis; in ſpiritu Confeſſarij, imago Chriſti eum reſpicientis.

Reſpice in ſimilitudinem picturæ.

IMA-

EXEMPLAR INTERIORIS SATISFACTIONIS. *Matt. 26.*
Petrus amarè flens, cor ſuum amarum offerens.



DAVID CÆTERA SACRIFICIA RESPVENS, ET COR OFFERENS.
Quoniam si voluiſſes sacrificium, dedissem vtique. &c.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMA QVARTA EXPLICATA.

AVGVSTINVS lib.50.Homiliarum Homil.50. *Non ſufficit pœnitenti mores in melius mutare, & à malefactis recedere, niſi & de iis quæ malè facta ſunt, ſatisfaciat Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium.* Quamobrem pœnitens Dauid, vt impleat officium ſuum, ſatis ſapienter adiecit: *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vti-* Pſal.50,
que, holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo, ſpiri- 16.
tus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Reſpexit Ieſus pius ac clemens Simonem, poſtquam ab ipſo defecit. *Et egreſſus foras* Petrus, Matth.26,
fleuit amarè, vt fletibus ac lacrymis ſuis teſtaretur, de 75.
corde amaro & afflicto ſe dignum Deo facere ſacrificium. Cor contritum & humiliatum mœſti & afflicti Petri non deſpexit, qui tam benignè & amanter illum reſpexit. Hic idem Apoſtolus eſt, qui dixerat paulò antè, *Ecce nos reliquimus omnia.* Rebus Matth.19,
omnibus renuntiauit, nec quidquam ſibi reſerua- 27.
uit, quod pœnitens Deo poſſet poſt negationem offerre. Cùm auro & argento careret, dicere licuit Pe-

Digitized by Google

Actor.3,6. tro: O Chriſte ſancte, *argentum & aurum non eſt mihi, quod habeo hoc tibi do,* ſpiritum tribulatum & afflictum, *cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Benè Baſilius in Pſalm. *Proprium eſt hominum prudentium in peccatis & rebus turpibus erubeſcere, & conſcientiæ ſtimulis tangi, & humiles ſe reddere.* Proprium quoque eſt hominum verè pœnitentium, continuis lacrymis ac fletibus pro delictis more Petri ſatisfacere. Eapropter, vt ait Gregorius 3. Parte Paſtoral. cap. 300. *admonendi ſunt, qui peccata deplorant operum, vt conſummata mala perpetuo diluant lamento, ne plus adſtringantur in debito perpetrati operis, & minùs ſoluant fletibus ſatisfactionis.*

Miraculoſa imago.

Miraculum in Petro pœnitente patratum.

PEtrus Apoſtolus non ſolùm in ſtatu iuſtitiæ, ſed etiam in peccati ſui commiſſione lapis erat. Cùm non ſemel tantùm, ſed etiam tertiò negauerit, ita obduruit, vt duro ſaxo ſimilis videretur. Cùm ſic obduruiſſet, reſpexit Ieſus lapidem, reſpexit Petrum, & egreſſus foras fleuit amarè. Illuſtre ſanè miraculum maius & excellentius illo quod Deus operatus eſt, cùm è deſerti petra dulces illas aquas eduxit. *De petra melle ſaturauit eos.* Quòd ſi ſub illo petræ miraculo latebat ſacrificium altaris, ſub

Matth.26, 75.

Pſal.80,17

Digitized by Google

ſub amaris Petri lacrymis grata Deo patet hoſtia, gratum Deo ſacrificium. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Qualis hæc hoſtia ſit, patet ex iis quæ aſſerit Cyrillus in cap.6. Leuitic. *Hæc eſt lex hoſtiæ peccati; in loco, quo iugulantur holocauſta, occident, & id quod peccati eſt coram Domino, Sancta ſanctorum ſunt. Vide quàm multa miſericordia & benignitas Dei eſt, vt vbi holocauſtum iugulatur, ibi etiam hoſtia, quæ pro peccato eſt immolari iubeatur: vt ſcilicet intelligat ſe qui peccauit, & pœniteat conuerſus ad Dominum, & contribulati ſpiritus hoſtiam iugulat, in loco iam ſancto ſtare, & ſociari iis, qui pertinent ad Deum.* Ad hanc miraculoſam imaginem Pſal.50, 18. Leuit.5.

Oratio noui Dauidis.

DEus, cui placuit pœnitentis & ſatisfacientis Petri cor contritum & afflictum, placeat & meum: alter Petrus ego ſum in delinquendo, idem tu ipſe es in abſoluendo, remittendo, & acceptando hoc vnicum ſacrificium. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Pſal.50, 18.

Digitized by Google

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ: Exemplar Petri amarè flentis, exemplar ſpiritus contribulati & humiliati.

I.

Imitatio Petri amarè flentis.

GRegorius lib.9. Moralium, verſans illa verba Iob cap.9,28. *Sciens quòd non parceres delinquenti*, inſtat: *Si delinquenti non parcitur, quis ab æterna morte eripitur, cùm à delicto nemo mundus reperitur? An pœnitenti parcit, & delinquenti non parcit? Quia cùm iam delicta plangimus, nequaquam iam delinquentes ſumus. Sed quid eſt, quòd Petrus, cùm negat, reſpicitur, & Redemptoris negati reſpectu ad lacrymas vocatur? Quid Paulus, cùm Redemptoris nomen in terra conaretur extinguere, eius verba de cælo meruit audire? Sed tamen culpa in vtroque punita eſt: quia & de Petro, teſte Euangelio, ſcriptum eſt, Recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat, & egreſſus foras fleuit amarè; & de Paulo hæc eadem, quæ hunc vocauit, Veritas, dicit, Ego oſtendam ei quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Delinquenti ergo Deus nequaquam parcit, quia delictum ſine vltione non deſerit.*

Matth.26, 75.

Act.9,16.

II.

II.

Auguſtinus in illud Pſalmi, *Voluntariè ſacrificabo tibi*, in hanc formam philoſophatur: *Si cogereris offerre Domino Deo tuo ſacrificium gratum illi & acceptum, ſicut anteà vouebantur ſacrificia in vmbra futurorum, fortè non inuenires in grege tuo placitum taurum, in capris hircum aræ Domini dignum; & non inueniens, ſatageres quid faceres, & diceres fortè Deo: Volui, & non habui. Ipſum voluiſſe, laudaſſe eſt: non enim verba à te quærit Deus, ſed cor. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Sacrificium voluntarium.

III.

Idem Auguſtinus Sermone 3. de Natali Domini: *Sunt multi qui vouent, alius pallam, alius oleum, alius ceram ad luminaria noctis, alius vt vinum non bibat per aliquot annos, alius vt ieiunia certo tempore faciat, alius vt carnes non comedat. Non eſt iſtud votum optimum, & perfectum. Adhuc melius volo. Non eligit Deus nec ſpeciem tuam, nec oleum tuum, nec ieiunium tuum: ſed hoc quod in te hodie redemit, ipſum offer, hoc eſt, animam tuam. Et ſi interroges me, Quomodo animam meam, quam ipſe habet in poteſtate, offeram? Et ego reſpondebo tibi, quomodo. Moribus ſanctis, cogitationibus caſtis, operibus fructuoſis; auertendo à malo, & conuertendo ad bonum.* Sacrificium anima.

IV.

IV.

Sacrificium contriti cordis.

Iſidorus in Exhortat. ad Pœnitent. agens Petrum pœnitentem, dicit: *Audi Chriſte triſtem fletum, amarumque canticum, quod perculſus & contritus modulatur ſpiritus, cerne lacrymarum fluxus.* Agens quoque Dauidem pœnitentem, & ſimul ſatisfacientem, ait: *Placita ſit tibi, ô Domine, confeſſio oris mei, & pro munerum oblationibus, quas manu non offero, hunc contriti cordis mei fletum tibi ſacrificium ſummitto, & hanc pœnitentiæ actionem pro acceptione, ſi mihi fuerit denegata, ſuſpicito, quia & actio à te iniungitur, non acceptio demandatur.*

V.

Leuitic. 5, 11.

Cyrillus in cap. 7. Leuitic. *Sacrificium ſalutaris in oleo fieri iubetur, ſacrificium verò pro peccato non fit in oleo: dicit enim, Non ſuperponet oleum, cùm iam pro peccato eſt. Quod ergo pro peccato eſt, nec oleum lætitiæ, nec thus ſuauitatis imponitur.* Nec Dauid noſter, nec Petrus ſacrificio oleum infundunt. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Sicut nec etiam in ſua Confeſſ. Bernardus, *Suſcipe ergo Domine*, ait, *de mea miſera vita reſiduum annorum meorum: pro his verò quos malè viuendo perdidi, quibus perditè vixi, cor contritum & humiliatum ne deſpicias. Dies mei declinauerunt, & perierunt ſine*

Sacrificium ſpiritus contribulati.

ne fructu; impoſſibile eſt vt eos reuocem: ſed placeat tibi, vt recogitem illos in amaritudine animæ meæ.

VI.

Nouit Rex Ezechias, quàm grata foret immolatio cordis mœſti, & oblatio amari ſpiritus, qui omiſſis victimis & ſacrificiis, hoc vnum in ſtatu ægritudinis ſuæ Deo ſalutis auctori conſecrauit. *Domine, ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei; corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.* Hæc eſt ſumma amaritudo, quam intus Petrus ſentiebat, cùm foras egreſſus eſt, & fleuit amarè. Hanc quoque experiatur ille, qui dignè confeſſus ſalutem recuperauit. Fleat amarè cum Petro, clamet cum Ezechia, *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima;* cum Dauide ſpiritum amarum immolet, ac dicat: *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.*

Imitatio in ægritudine.

Iſai. 38, 16.

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti Petrum reſpicientis, exemplar Confeſſarij.

I.

Reſpexit Ieſus Petrum, tetigit cor eius, & fleuit amarè. Reſpicit Chriſtus pœnitentes per Con-

Imitatio Chriſti Petrum reſpicientis.

Pſal.10,4. Confeſſarios ſuos: *palpebræ eius interrogant filios hominum*, & penetrant eorum corda, vt intus affligantur, conterantur, & humilientur propter commiſſa delicta. Hoc pœnitentis ſacrificium per manus Confeſſarij oblatum Deo, Deo gratiſſimum eſt; præſertim cùm pater ſpiritum ſuum afflictum cum tribulato corde filij pœnitentis coniungit.

II.

Reſpexit Ieſus Petrum, cùm pateretur, & ſeipſum pro ſalute Petri peccatoris immolaret, & tantum effecit, vt & ipſe Petrus de ſeipſo dignum Deo ſacrificium libaret & conſecraret. Reſpiciat Confeſſarius pœnitentem, paratus pro ſalute eius animæ vitam & ſanguinem fundere, ſi promouere velit confitentem, vt gratum de ſe holocauſtum Deo faciat, & dignè pro debitis pœnis ſatisfaciat.

Confeſſarius oſtendat ſe paratum ad mortem.

III.

Affligat ſe pro pœnitente.

Reſpexit Ieſus Petrum, cùm & ipſe tribulatus eſſet, nec ita afflictus eſſet pro paſſione, quam ferebat, quàm pro peccato Petri, qui deliquerat ac defecerat. Tribulatus ſic & afflictus Chriſtus à Petro facilè obtinuit, vt pro delicto patrato affligeretur, & ipſe ſpiritum ſuum afflictum tribulatumq́ue Deo offerret, & per iſtam oblationem dignam commiſſæ iniuriæ redderet compenſationem. Confeſſarius afflictus

Digitized by Google

flictus & tribulatus pœnitentem ſuum reſpiciat, & oſtendat vultu ſuo, quàm grauiter ſentiat iniuriam Deo illatam, & ſimul pœnam, cui propter commiſſum crimen pœnitens ſeipſum ſubiecit. Confeſſarius ita triſtis, ita mœſtus commouebit pœnitentem, vt animam tribulatam & afflictam Deo pendat, & debitum ſuum extinguat.

IV.

Reſpexit Ieſus Petrum, cùm iam pro delicto ipſius attereretur, & dum eum Petrus ſic attritum videt, motus eſt ad contritionem, & cordis contriti oblationem, quam fecit Deo gratam & acceptam ſolutionem. Reſpiciat Confeſſarius hominem reum, pro diuinis doleat, ac conteratur offenſis; vt pœnitentem ſuum alliciat ad habendam de commiſſis contritionem, & reddendam Deo dignam & iuſtam ſatisfactionem. *Doleat.*

V.

Reſpexit Ieſus Petrum, cùm totus humiliatus eſſet, venit in ſtatum humiliationis propter delictum Petri, quem ſic contemptus & deſpectus reſpiciebat. Cùm Petrum Chriſtus intueretur, inclinauit caput ſuum, ad cuius humiliationem & inclinationem, cor ſuum Petrus ſubiecit ac ſubdidit Deo, cui cordis humiliati & ſubiecti immolatio maximè pla-

Humiliet ſe. cet atque ſatisfacit. Præ ſe ferat Confeſſarius humiliationem, vt ſui exemplo moueat pœnitentem ſuum, ad hoc, vt humilem cordis ſui immolationem conficiat, ſoluat debitum, liber à debito maneat. Cùm Sacerdos dicere ſolet ex altari, *Humiliate capita veſtra Deo*, ipſe ſuum priùs caput deprimit, & ad eius exemplum adſtantes pariter caput inclinant. Confeſſarius, qui non capita, ſed corda humilianda Deo euulgat, cor ſuum ipſe priùs deprimat, ſequentur & pœnitentes.

V I.

Reſpexit Ieſus Petrum, cùm ſummo in eum amore arderet, & ad eius aſpectum fleuit amarè. Ioan. 18, 18. Frigus tunc temporis erat, hiems erat, cùm Petrus negaret, & quidem inſtigatus ab iis qui ſe ad prunas calefaciebant, nec tamen Petrus calebat, ſed frigeſcebat, quamuis ad ignem accederet. Tunc caluit, cùm Sol iuſtitiæ illum reſpexit, & cor eius congelatum in fletum lacrymarum reſoluit. *Diligat pœnitentem.* Reſpice, & fac ſecundùm exemplar Chriſti, oſtende charitatis affectum, quo flagras in pœnitentem, ideò enim Spiritum ſanctum accepiſti, cùm factus eſt Confeſſarius, & qualis ſit diuinus Spiritus, audi Dauidem Pſal. 147, 18. canentem. *Flauit ſpiritus eius, & fluent aquæ.* Flabit Spiritus ſanctus, & fluent aquæ, fluent lacrymæ pœniten-

nitentium liquefactæ virtute amoris, quem Chriſtus habuit in ſe, & in Petrum deriuauit, vt effectus iam Confeſſarius, expiatis & confeſſis dicat, & exhortetur, *Effundite coram illo corda veſtra.* Pſal.61,9.

VII.

S. Ambroſius Serm.46. *Reſpexit Dominus, & apertis oculis eius emendauit errorem. Rectè oculis emendat, quia ſcriptum eſt, Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Ergo Petrus prorupit ad lacrymas, nihil voce precatus. Inuenio enim, quòd fleuerit, non inuenio quid dixerit. Lacrymas eius lego, ſatisfactionem non lego. Rectè planè Petrus fleuit, & tacuit. Lacrymæ, inquam, tacitæ quodammodò preces ſunt. Veniam non poſtulant, & merentur: cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur. Niſi quòd vtiliores lacrymarum preces ſunt, quia ſermo in precando fortè fallit, lacryma omnino non fallit, ſermo enim interdum non totum profert negotium, lacryma ſemper totum prodit affectum. Videte quantum fletus profuerit Petro. Antequam fleret, lapſus eſt; poſteà quàm fleuit, erectus eſt: & qui ante lacrymas præuaricator extitit, poſt lacrymas paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui priùs ſe ipſe non rexit.* Ecce dux & rector pœnitentium Petrus eſt, cuius regimine ductus in Pſalm.129. Gregorius dicit Deo: *Tribularer, ſi non ſcirem miſericordias tuas, Domine: tribulationibus* Corrigat amanter. Pſal 33. 16.

quippe cordis noſtri remedium miſerationis diuinæ occurrit, & contra diffidentiæ malum firmiſſimæ ſpei adhibet conſolationem, promiſſionum diuinarum certa nobis præponens exempla, quibus peccantium ſalutem ſe malle aſſerit, quàm perditionem. Quorumdam quoque correctionem ad animum reducens, quos & ſi à ſtatu rectitudinis error ſubruit, conditoris tamen gratia in melius reformauit. Ecce grauium delictorum mole obrutus, & de meritorum qualitate diffiſus aſpicio Zachæum, intueor Mariam, conſidero Petrum, in quibus miſerationis diuinæ ſplendor apparuit, atque per eos ſpem veniæ peccantibus dedit.

Compareant, Chriſtus in cruce ſatisfaciens, Dauid ſaluus è naufragio.

Eccli. 38. 28. Saluus pœnitens *cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ* Chriſti crucifixi.

IMA-

EXEMPLAR PERFECTÆ SATISFACTIONIS.
Chriſtus extra portam Ieruſalem paſſus.



DAVID PLANE SATISFACIENS, ET PORTVM CAPIENS.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion. &c.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, et holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMAQVINTA EXPLICATA.

EXITVS acta probat : & actam pœnitentiam Dauidis probat exitus è mari , & ſimul ingreſſus in portum iuxta ſanctam Ieroſolymam , vbi Chriſtus crucifixus eſt , vt nos à peccatis redimeret , ac noſtris debitis ſatisfaceret. Reſtaurator omnium ruinarum Ieruſalem Chriſtus eſt : ipſe eſt omnium animarum ſatisfactio atque redemptio, quam oblatam neceſſariò Deus acceptat. & propterea poſitus iam in portu concludit Dauid : *Benignè fac Domine in bona vo-* Pſal.50, 20.
luntate tua Sion , vt ædificentur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ , oblationes , & holocauſta; tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Coniungit oblationes ſuas cum ſacrificio iuſtitiæ , quæ immolatio Chriſti eſt , vt Chriſto paſſo ſe conformet , & ex eo facta oblatio valorem accipiat & pretium, definiente hoc ipſum Concilio Tridentino ſeſſ.14. capite 8. *Accedit ad hæc, quòd dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt , conformes efficimur.* Accedit & in ſua Confeſſione Bernardus : *Quod nos de-*

buimus, tu ſoluiſti; quod nos peccauimus, tu luiſti; quod nos neglexìmus, tu ſuppleſti. Proficiat ergo nunc, Domine, & in extremis meis plenaria; imò ſuperflua ſatisfactio mors tua, & pretium inæſtimabile pretium fuſi Sanguinis tui.

Miraculoſa imago.

Miraculum in naufrago Dauide patratum. SI naufragum Dauidem conſideres ex vaſta peccatorum abyſſo, debili tabulæ innixum, ſaluum & incolumem euaſiſſe, ſummum eſſe miraculum non inficiaberis. Cùm adhuc eſſet in mari, & cum fluctibus luctaretur, de ſalute ipſius deſperabatur.
Pſal.3,1. Fatetur hoc ipſe: *Domine, quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me. Multi dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.* Præter ſpem & expectationem illorum, *Tu autem Domine ſuſceptor meus es: gloria mea & exaltans caput meum.* Magnum portentum, magnum prodigium, vt quod impoſſibile cenſebatur, fieret omnino poſſibile. Ambroſius lib.2. de Pœnitent. cap.2. *Impoſſibile videbatur per pœnitentiam peccata dimitti: conceſſit hoc Chriſtus Apoſtolis ſuis, quod ab Apoſtolis ad Sacerdotum officia tranſmiſſum eſt.* Suſcipit ſuum naufragium Chriſtus, & vt plenè ſatisfaciat, mirabiliter patitur ac moritur. Bonauentura in Soliloq. *Vide nunc, ô anima*

ma mea, & diligenter conſidera mira & inaudita prodigia, quæ fecit Dominus ſuper terram. Deus illuditur, vt honoreris; innocens flagellatur, vt conſoleris; iuſtus crucifigitur, vt libereris. Ad hanc miraculoſam imaginem

Oratio noui Dauidis.

Reſpice, æterne Pater, in faciem Chriſti tui, qui ſanctificatio noſtra eſt, & noſtra ſatisfactio, qui reparat animarum noſtrarum ruinas; quique pro cunctis debitis noſtris dignam, æquam, & iuſtam compenſationem tibi offert, & ego nouus Dauid in portu ſalutis iam conſtitutus pariter offero: *Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.* Pſal. 50, 20.

ATTENTIO.

Attende fili Pœnitentiæ:
Exemplar Chriſti patientis, exemplar perfectè ſatisfacientis.

I.

Paulus ad Hebr. cap. 13, 10. *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt.* *Imitatio Chriſti patientis & ſatisfacientis.*

Digitized by Google

uiunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.

II.

Auguſtinus lib. Cur, quando, & quomodo Deus homo, cap. 9. *Ecce gratiâ Dei per Chriſtum ſatisfactionem habemus. Sed quid eſt vt tam aſperam ſatisfactionem videamus, ſcilicet per mortem ipſius Chriſti, & per innumera opprobria? Ad quod ita reſpondendum videtur. Sicut enim primus homo per ſuauitatem peccauit, ſic peccatum ipſius per aſperitatem reparari debuit; & qui iam facilè victus eſt à diabolo, vt Deum peccando exhonoraret, tam facilè vt faciliùs non poſſet; dignum fuit, vt ſatisfaciens Chriſtus pro peccato, tanta difficultate ad Dei honorem diabolum vinceret. Nihil aſperius poteſt homo ad honorem Dei pati, quàm mortem ſponte, non ex debito; & nihil maius poteſt homo dare Deo, quàm ſe ſua ſponte, & non ex debito, morti tradere ad honorem eius. Cùm verò, qui tantum donum dat ſponte Deo, ſine retributione eſſe debere non iudicabitur, neceſſarium videtur, vt Pater retribuat Filio. Alioquin aut iniuſtus eſſe videtur*

videtur ſi nollet, aut impotens ſi non poſſet, quæ à Deo ſunt aliena.

III.

Cui bono Chriſtus patiatur, explicat deinde Auguſtinus. *Quibus autem conuenientibus fructum & retributionem ſuæ mortis attribueret, quàm propter quos hominem ſe fecit, & quibus moriendo exemplum moriendi propter iuſtitiam dedit? Fruſtrà itaque imitatores eius erunt, ſi meriti eius participes non fuerint. Aut quos iuſtiùs faciat heredes debiti, quo ipſe non eget ex abundantia ſuæ plenitudinis, quàm parentes & fratres ſuos, quos videt, & tot tantis debitis obligatos egeſtate tabeſcere in profundo miſeriarum, vt eis dimittatur, quod pro peccato deberent, aut detur quo peccato carerent? Nihil enim rationabilius, nihil dulcius, nihilque deſiderabilius mundus audire poteſt. Tantamque fiduciam iam ex hoc valet concipere, vt confidendo cogitet, quòd nullum hominem Deus reiiciat à ſe ſub hoc nomine accedentem, ſi tamen ad tantæ gratiæ participationem conuenienter & ſicut oportet accedat.* Conuenienter, & ſicut oportet, accedit qui paſſus naufragium in mari per pœnitentiam euadit Chriſtianus noſter Dauid. *Quis Deus ſimilis tui, qui* Mich. 7, 18.
aufers iniquitatem, & tranſis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? Non immittet vltrà furorem ſuum, quoniam volens miſericordiam eſt. Reuertetur, & miſerebi-

Digitized by Google

tur noſtri: deponet iniquitates noſtras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.

IV.

Concludit tandem Auguſtinus: *Gratias igitur omnipotenti Deo agimus, quia ſicut cecidimus grauiter, releuati ſumus mirabiliter, & miſericordiam omne debitum tranſſcendentem pro Mediatoris morte reperimus. Nempe quid miſericordius intelligi valet, quàm cùm peccatori damnato æternis tormentis, & vnde ſe redimat non habenti, Deus Pater dicat: Accipe Vnigenitum meum, & da pro te. & ipſe Filius: Tolle me, & redde pro te.*

V.

Imitatio in ægritudine. *4.Reg.2.* Rex Ezechias, cùm iam in extremis eſſet, faciem ſuam ad parietem conuertit. Quiſnam ille paries eſſet, declarat Auguſtinus libro de Viſitat. infirmorum cap.2. *Paries Chriſti humanitas eſt. Ad hunc reuerà parietem Ezechias ſub mortis articulo, quem ei Propheta per ſpiritum prædixerat, faciem conuertit, & ita conualuit.* Conualuit virtute Chriſti, & meritis paſſionis eius plenè ac perfectè ſatisfecit. Agit deinde Auguſtinus cum ſingulis ægrotis, & ait: *Quem habes interceſſorem, habes mediatorem, conſtitue tibi propitium adiutorem. Et ſi Deus pro te, quis contra te? Firmiter & fideliter credenda eſt Dei incarnatio & paſſio. Hæc, fili mi, fides tua habeat, perſcrutetur, & teneat cor*

tuum,

tuum, nihil dulcius ſapiat, os tuum audacter confiteatur & concinat. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem Rom. 10, 10.
confeſſio fit ad ſalutem. Fateatur debitum ſuum, & cùm ſoluendo non ſit, offerat Chriſtum paſſum, quem præſciens Dauid obtulit & immolauit. *Tunc acceptabis*, inquit, *ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.*

Hæc mutatio dexteræ Excelſi. Pſal. 76, 11.

Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Iſai. 53, 4.

I.

COmmutauit veſtes & arma princeps Ionathas cum Dauide, vt reciprocus inter eos amor in poſterum firmaretur. Hinc factum, vt Ionathas coram patre ſuo irato partes ageret Dauidis, ſatisfaceret pro ipſo, extremo ſe exponens vitæ diſcrimini. Verus Ionathas Chriſtus eſt, qui cum ſuo pœnitente, nouo nimirum Dauide, veſtes, arma, & ſtatum ſuum permutare dignatus eſt, vt amoris ſui præclarum ſpecimen daret, & coram Patre cauſam Dauidis pœnitentis ageret, non detrectans pro eo paternam ſuſtinere indignationem, & pro eius ſatisfactione vitæ ſubire diſpendium. Nec defuerunt, qui

Mutatio Chriſti & pœnitentis mutatio Ionathæ, & Dauidis. 1. Reg. 18, 4.

prædi-

prædictam commutationem irriderent, vnde &
Pſal.88, 51. Dauid ipſe ait: *Memor eſto Domine opprobrij ſeruorum tuorum, quod continui in ſinu meo, multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui, Domine: quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui. Benedictus Dominus in æternum. Fiat, fiat.*

II.

Pſal.118, 176. *Mutatio cum oue errante.* Dauid pœnitens, ouis ſcilicet errans, dicebat: *Erraui ſicut ouis quæ periit.* Miſertus diuinus Ionathas ouis errantis, eius naturam ac conditionem ſuſcepit in ſe, vnde & ſcriptum eſt Iſaiæ cap. 53, 6. *Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrùm. Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.*

III.

Cum Rege Æthiope. Dauid inſtar Regis Æthiopis totus infectus &
Pſal.50, 3. niger in Oratorio comparuit, & poſtulabat, *Dele iniquitatem meam.* Miſertus Ionathas eſt, & atrum illum colorem attraxit ad ſe, vt turpem ſuam pellem Æthiops ille mutaret. Fatetur hoc ipſum Chriſtus, cuius ſacra humanitas loquitur ac dicit in Canti-
Cant.1, 4. cis: *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem.* Formoſa quidem ex matre, ex qua nata illa proceſſit; nigra

Digitized by Google

gra verò ex paſſione, quam pro nobis in ligno crucis ſuſtinuit.

I V.

Dauid pœnitens inſtar leproſi dicebat: *Domine, ſi vis, potes me mundare.* & ipſe clamabat: *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Succurrit clamanti leproſo Ionathas ille diuinus, & vt liber ille à macula lepræ foret, egit ipſe in cruce leproſum, cuius miſericordiæ teſtimonium deponit tamquam teſtis oculatus Iſaias: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: & nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum.*

Cum leproſo. Matt. 8, 2. Pſal. 50, 3. Iſai. 53, 4.

V.

Dauid pœnitens quaſi paralyticus erat, iacebat miſer in lectulo, nec aditum inueniebat, vt ad Ionatham ſuum veniret. Venit è tecto demiſſus, & ſimul ſuſpenſus orat: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Condonauit Chriſtus crimina, ita tamen condonauit, vt paralytici vices ipſe ſumeret in ſe, & paralytici inſtar iaceret in cruce, ſuſpenderetur, & Patri ſuo ſiſteretur. Facilis paralytico Chriſtus, difficilis Chriſto Pater, ac proinde clamat è cruce: *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?*

Cum paralytico. Pſal. 50, 5. Matth. 27, 46.

Digitized by Google

VI.

Cum prodigo. Dauid pœnitens, cùm omnia ſua ſe perdidiſſe animaduerteret, more prodigi, reatum ſuum confeſſus eſt, & poſtulauit veniam, quam inuenit apud Patrem, & ab eo ſtolâ primâ indutus eſt. Quam ille veſtem accepit, Ionathas nuditate ſua perſoluit. Conuenit Ionathæ noſtro celebre illud prouerbium Prou. 20. 16. Salomonis: *Tolle veſtimentum eius, qui fideiuſſor extitit alieni: & pro extraneis aufer pignus ab eo.* Ecce nudus natus eſt fideiuſſor, & nudus in cruce obiit, qui Iob 1,21. & dicit: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.*

VII.

Dauid pœnitens, prioris commiſſi memor, excla- Pſal. 50,7. mabat: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in* Cum homine cæco. *peccatis concepit me mater mea.* Clamores gratis & acceptis auribus excepit Deus, & miſit Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, vt primum illud peccatum damnaret in carne, quam ex puriſſima Matre ſibi filius hominis factus vendicauit. Vnde & Homil. 2. in Matthæum Chryſoſtomus benè monet: *Cùm ergo audieris, quia Filius Dei filius ſit & Dauid & Abrahæ, dubitare iam deſine, quòd & tu, qui filius es Adæ, futurus ſis filius Dei. Non enim ſemetipſum ita humiliaſſet, niſi nos eſſet exaltaturus. Natus eſt enim ſecundùm carnem,*

carnem, vt tu naſcerere ſpiritu: natus eſt ex muliere, vt tu deſineres filius eſſe mulieris.

VIII.

Anima pœnitentis Dauidis ſimilis Samaritanæ, quæ verè & benè confeſſa eſt, crimina commiſſa expiauit, aquam viuam gratiæ accipiens, cuius loco ſitim Ionathas noſter ſubiuit, vnde & ipſe dicit, *Aruit tamquam teſta virtus mea;* & actus iam in crucem ait, *Sitio.* Sitit ille, vt animæ pœnitentis ſuccurrat, & gratiæ ſuæ aquam viuam infundat. *Cum Samaritana.* Pſal. 21, 16. Ioan. 19, 29.

IX.

Dauid pœnitens virtute confeſſionis ſuæ mores mutat, euadit, transformatus in alterum virum, haurit à Chriſto decorem, haurit à Chriſto ſplendorem: & cùm ipſe ſplendidus ac decorus efficiatur, efficitur Chriſtus ſuæ formæ ac pulchritudinis expers. Crede teſtanti, crede teſti oculato Iſaiæ capite 53, 1. *Quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum.* *Cum pœnitente.*

X.

Dauid pœnitens ſurdis auribus diuina mandata exceperat, venit ſurdus ad Sacramentum auricu- *Cum ſurdo.*

 laris

laris Confeſſionis, in quo ſe Chriſto præſentauit,
Pſal. 50, 10. ac dixit: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Surdus auditum accepit, & ille qui dedit auditum, ſurdis auribus illatas ſibi iniurias & offenſas tolerauit.
Pſal. 37, 14. *Ego verò*, Chriſtus ait, *tamquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.*

XI.

Dauid pœnitens ſeipſum deſpexit, dum diceret,
Matt. 8, 8. *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*: ſe-
Pſal. 50, 11. ipſum execratus eſt, dum adderet, *Auerte faciem tuam*
Cum Centurione. *à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Deſpicientem ſe Dauidem, ac pariter execrantem, Ionathas magni fecit, magni æſtimauit; vnde & ipſe
Iſai. 53, 2. deſpectus fuit. *Vidimus eum, & non erat adſpectus; & deſiderauimus eum, deſpectum & nouiſſimum virorum*:
Galat. 3, 13. & quod amplius eſt, *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt,*
Deut. 21, 23. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

XII.

Pſal. 50, 12. Anima pœnitentis Dauidis impuræ Magdalenæ
Cum Magdalena. ſimilis, cùm munditiem affectaret, exclamabat: *Cor mundum crea in mè Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Obtinuit quam cupiebat puritatem, ſed non gratis. Vt pura & munda eſſet Magda-

Magdalena, Chriſtus ipſe malè apud Simonem audiuit; quaſi impurus & immundus iudicatus eſt. Tunc in priuata menſa, poſteà communi iudicio declaratus eſt immundus, quamobrem extra portam repulſus & reiectus, extra caſtra paſſus eſt. Huc pertinet illud Dauidicum: *Deſtruxiſti eum ab emundatione.* Pſal. 88, 45.

XIII.

Anima pœnitentis Dauidis ne repulſam pateretur, obſecrabat: *Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Annuit precibus & obſecrationibus Chriſtus; ea tamen conditione, vt anima pœnitentis Dauidis admitteretur, ipſe tamen à Patre repelleretur, & quidem repulſus eſt. Hinc ortum habuit querela illa Dauidis: *Tu verò repuliſti & deſpexiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum.* *Cum Chananæa.* Pſal. 50, 13. Pſal. 88, 93.

XIV.

Dauid pœnitens virtute ſanctæ abſolutionis reſurgit à mortuis, & à mortalibus nexibus, quibus intricatus erat, eripitur more Lazari, qui cùm eſſet in ſepulchro mortuus, virtute vocis Chriſti ſuſcitatus, & manibus Apoſtolorum à vinculis, quibus conſtrictus erat, liberatus eſt. Orabat Dauid, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me,* vt ſalutarem & vitalem abſolutionem conſequeretur meritis eius, qui dignatus eſt mori, mor- *Cum Lazaro.* Pſal. 50, 14.

Digitized by Google

tiſque ſe nexibus capi, vt Dauid pœnitens reſurgeret, & à peccatis abſolueretur.

XV.

Cum Matthæo. Dauid à peccatis abſolutus ſatisfacere Deo cupiens, *Docebo*, inquit, *iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Hoc quidem officium ſolius Chriſti eſt, qui ſic poteſt impios docere, vt illos à ſua impietate conuertat, & tamen virtute commutationis, quæ intercedit inter Ionatham & Dauidem, inter pœnitentem & Chriſtum, audet dicere Dauid, *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Docet pœnitens tamquam diſcipulus Chriſti, qui cathedram crucis aſcendens, oſtendit veritatis doctrinam pulchram eſſe ſatisfactionem. Aſcendit crucis telonium, qui habebatur publicanus, vt in Leuiticum ſtatum Matthæus publicanus aſſumeretur.

Pſal. 50, 15.

XVI.

Anima noui Dauidis cupiens, vt blanda & fluxa caro dignas ſuis exceſſibus pœnas lueret, & ex parte ſua daret compenſationem, quam Deus ab ea exigebat, orauit, *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Feruor carnis & ſanguinis remittatur neceſſe eſt, vt debitum remittatur & tollatur. Fluxit flagellata caro Chriſti, dum pateretur; fluxit & ſanguis, vt fluxum

Pſal. 50, 16.

Cum patiente fluxum ſanguinis.

xum carnis & ſanguinis in nobis reſtringeret, & æs alienum extingueret: vnde & ipſe dicit, *Sicut aqua* Pſal. 21, 15. *effuſus ſum.*

XVII.

Dauid ſtudioſus ſatisfactionis, cùm certus eſſet *Cum muto.* in oratione ſitam eſſe debitorum ſolutionem, nec poſſe ſe vel vnum ſolum verbum enuntiare coram Deo, niſi Chriſtus oris clauſtrum, & linguæ vinculum ſoluat, petit, *Domine labia mea aperies, & os meum* Pſal. 50, 17. *annuntiabit laudem tuam.* Meruit ſilentio ſuo Chriſtus aperire ora mutorum, & vt muti pœnitentes orare poſſent, & orando ſatisfacerent, *Oblatus eſt, quia ipſe* Iſai. 53, 7. *voluit, & non aperuit os ſuum:* dicitque ipſe de ſe, *Ego autem ſicut ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.*

XVIII.

Dauid non externam ſolùm, ſed etiam internam *Cum Petro.* ſatisfactionem offert. *Sacrificium Deo ſpiritus contri-* Pſal. 50, 19. *bulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Hoc illud ſacrificium eſt, quod Petrus pœnitens immolauit. *Egreſſus Petrus foras, fleuit amarè.* Nec illud Matth. 26, 75. obtuliſſet, niſi Petrum Chriſtus reſpexiſſet. *Reſpexit* Luc. 22, 61. *Jeſus Petrum.* Deus autem intuetur cor, & cùm illud intueretur, ſuo ſignificauit obtutu, cor contritum & humiliatum gratum Deo eſſe ſacrificium, & illud

Petrus

Digitized by Google

Petrus libauit. Contemplatus eſt Petrus Ionatham ſuum, conſiderauit pro ſe crucem & mortem pati, inde gemitus, inde amaræ lacrymæ, inde ſuſpiria &
2.Reg.1, 26. voces, *Doleo ſuper te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum. Sicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam.*

XIX.

Cum naufrago Dauide. Dauid è naufragio iam ereptus, & in portu conſtitutus, contritus, confeſſus, & abſolutus, magnitudinem tanti beneficij recognoſcens, contemplatur in paſſione Ionatham paſſum naufragium, vt naufragum ſuum liberaret. Paſſus eſt Christus naufra-
Pſal.68,3. gium. *Veni*, inquit, *in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.* Venit in profundum Ionathas, qui de pœnitentia, ſecunda poſt naufragium tabula, ſuo Dauidi prouidit. Si quis Princeps aliquando ſit in pelago, & vi tempeſtatis tota nauis laceretur, vnaque tabula maneat, cedit Principi, cui iure naturæ debetur, & ſubditus ſuo extremo periculo tenetur Principi tabulam reddere, ne caput Reipublicæ pereat. Nunc aliter ſe res habet: in naufragio pœnitenti de ſecunda tabula prouidetur, in qua ſaluus & incolumis euadit, & Chriſtus Rex regum, ac Dominus dominantium, in paſſione ſua ſubmergitur,
&

& in naufragio moritur. Hæc mirabilis commutatio, quæ Ionathæ cum Dauide ſuo intercedit, cui fauet vel ipſa Mater aſſiſtens in ipſo naufragio, aſſiſtit tamquam ſtella maris, quam in iſto extremo diſcrimine inuocant pœnitentes, ac ſimul ſalutant:

Aue maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Heuæ *nomen.*
Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac & caſtos.
Vitam præſta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Ieſum,
Semper collætemur.

Paſſio Domini noſtri IESV CHRISTI, *& merita beatæ* MARIAE *ſemper Virginis, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, Amen.*

Digitized by Google

Audi Pater Pœnitentis: Exemplar Chriſti Crucifixi, exemplar Confeſſarij.

ROgat S. Baſilius Reg.177. *Quomodo, qui potentes ſunt, infirmitates impotentium portare debeant.* Reſpondet: *Si portare eſt ſufferre, & curare iuxta quod*
Iſai.53,4. *ſcriptum eſt: Quoniam ipſe infirmitates noſtras tulit, & morbos portauit: & hic reſipiſcentiæ modus & ratio quadrabit, per quam impotentes potentiorum cura & ſollicitudine curabuntur.* Hoc officium boni Confeſſarij eſt, de quo Richardus cap.17. de Poteſtate ligandi atque ſoluendi: *Tunc autem Domini miniſter viriliter agit quod ſuum eſt, paſtoris, cùm ipſe Dominus dignatur operari quod ſuum eſt, Saluatoris.*

Compareant, Agnus, & Ouis redempta & reconciliata, imago arcana animæ innouatæ vſu Pœnitentiæ Sacramentalis.

In troſpice exemplar tanti myſterij.

IMA-

AGNVS REDEMIT OVEM.
Reconciliauit peccatorem.



GLORIA PATRI, ET FILIO,
ET SPIRITVI SANCTO.

BIBLIOTECA N.A. ROMA VITTORIO EMANUELE

Mmm 2

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMASEXTA EXPLICATA.

& declaratur myſterium reconciliationis & reformationis.

CYRILLVS Alexandrinus lib. II. in Ioannis cap. 27. *Nexus vnionis noſtræ ad Deum Patrem, Chriſtus eſt; nobis quidem vt homo, Deo autem Patri, vt Deus naturaliter vnitus. Non erat enim poſſibile, corruptioni ſubiectam humanam naturam ad immortalitatem conſcendere, niſi natura immortalis atque incommutabilis ad eam deſcendiſſet, ac communione participationeque ſui à mortalitatis voſtræ terminis ad ſuum bonum reformatos eleuaret. Conſummati ergo ſumus, reductique ad vnionem Dei Patris, mediatione Saluatoris, id eſt Chriſti.* Attende ſimul & audi quod cap. 25. dixerat idem Cyrillus. *Pro noſtris peccatis vnigenitus Dei Filius homo factus, vt ſacram hoſtiam in odorem ſuauitatis Deo Patri ſeipſum obtulit: vt cùm è medio ablatum ſit quod à Deo nos ſeparat, id eſt peccatum, nihil nobis impedimento ſit, quin, ſi voluerimus, Deo adhæreamus, ac participatione ipſius per Spiritum ſanctum fruamur, reformantes nos ad iuſtitiam, ad ſanctificationem,* *Forma facta reconciliationis.*

Digitized by Google

& ad imaginem primam. Nam ſi peccatum à Deo diſſeparat, iuſtitia certè coniunget, ac nullo quodam modo intermedio, Deo nos aſſiſtere facit. Ecce aſſiſtit Deo inuenta, redempta & ſeruata ab Agno ouis. Conſonat dictis, & quidem ſatis appoſitè, S.Laurentius Iuſtinianus in Faſciculo amoris cap.9. *Beatus quem Dei inhabitat verbum. Qui poſſidetur, vt poſſideat; diligitur vt diligat; atque in illo manet, in quo theſauri omnes ſapientiæ Dei abſconditi ſunt.* Nuſquam meliùs erit oui, quàm in humeris paſtoris: nuſquam meliùs animæ, quàm in humeris Mediatoris & Redemptoris.

ATTENTIO.

Attende, & audi. Deut.27,9.

Agnus redemit ouem, reconciliauit peccatorem.

Myſterium gloriæ Dei, & Agni, myſterium ſeruatæ & innouatæ animæ.

I.

Salus animæ glorioſa Deo Patri, Filio, & Spiritui ſancto.

GLoria diuina eſt, pœnitentem Dauidem à tempeſtate & naufragio maris liberaſſe. Quamobrem antiquus Dauid canit Deo gloriam, Pſalm.17,2. *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firma-*

ſirmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deſcribit deinde tempeſtatem ſatis diram, ſatis ſæuam, quam ſubiit, & paſſus eſt. *Commota eſt, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.* Poſt tempeſtatis deſcriptionem ait: *Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis: ab iis qui oderunt me, quoniam confortati ſunt ſuper me.*

II.

Gloria diuina eſt, in portum ſalutis deduxiſſe pœnitentem, canente hoc ipſum Dauide Pſal.106,8. *Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et ſacrificent ſacrificium laudis, & annuntient opera eius in exultatione. Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis: ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ, & exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat. Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eduxit eos. Et ſtatuit procellam eius in auram, & ſiluerunt fluctus eius. Et lætati ſunt quia ſiluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

Confi-

Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum.

III.

Hanc eamdem Dei gloriam eſſe, cecinit pœnitens Ionas cùm paſſus naufragium eſt, & ſecundæ tabulæ loco *præparauit Dominus piſcem grandem vt deglutiret Ionam, & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas Dominum Deum ſuum de ventre piſcis. Et dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Et proieciſti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Et ego dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: verumtamen rurſus videbo templum ſanctum tuum. Ad extrema montium deſcendi; terræ vectes concluſerunt me in æternum, & ſubleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea, ad templum ſanctum tuum. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtrà, miſericordiam ſuam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcumque voui, reddam pro ſalute Domino.*

Ionæ 2,1.

IV.

Auguſtinus libro Meditation. cap. 17. liber iam

factus

factus è naufragio , ſacrificium laudis immolans æterno Patri , dicit : *Per ſummum Sacerdotem verum Pontificem , & bonum Paſtorem, qui ſe obtulit tibi in ſacrificium, ponens animam ſuam pro grege ſuo, te rogo : per ipſum qui ſedet ad dexteram tuam , & interpellat pro nobis , Redemptorem & aduocatum noſtrum , pietati & benignitati tuæ ſupplico, amantiſſime & benigniſſime amator hominum Deus , vt des mihi cum eodem Filio tuo & Spiritu ſancto te in omnibus benedicere , & glorificare cum multa cordis contritione, & lacrymarum fonte, cum multa reuerentia & tremore. Quia quorum eſt vna ſubſtantia , vnum eſt & datum.*

V.

Gloria eſt trium diuinarum perſonarum , impium hominem ſanctum & iuſtum reddere. Ambroſius lib.3. de Spiritu ſancto, cap.5. *Sicut ſanctificat Pater , ita ſanctificat & Filius , ſanctificat & Spiritus. Sanctificat Pater, ſecundùm quod ſcriptum eſt : Deus Pater ſanctificet vos , vt integer ſpiritus veſter , & anima, & corpus ſine querela in die Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Et alibi Filius dicit : Sanctificato eos in veritate. De Filio autem idem Apoſtolus dixit. Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia , & ſanctificatio, & redemptio. Vides quia factus eſt ſanctificatio ? Sed factus eſt nobis , non vt ille mutaret quod erat , ſed vt nos ſanctificaret*

1.Theſſal. 5, 23.

Ioan.17, 17.

1 Cor.1, 30.

Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum.

III.

Hanc eamdem Dei gloriam eſſe, cecinit pœnitens Ionas cùm paſſus naufragium eſt, & ſecundæ tabulæ loco *præparauit Dominus piſcem grandem vt deglutiret Ionam, & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas Dominum Deum ſuum de ventre piſcis. Et dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Et ego dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: verumtamen rurſus videbo templum ſanctum tuum. Ad extrema montium deſcendi; terræ vectes concluſerunt me in æternum, & ſubleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea, ad templum ſanctum tuum. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtrà, miſericordiam ſuam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcumque voui, reddam pro ſalute Domino.*

Ionæ 2,1.

IV.

Auguſtinus libro Meditation. cap. 17. liber iam factus

factus è naufragio, ſacrificium laudis immolans æterno Patri, dicit: *Per ſummum Sacerdotem verum Pontificem, & bonum Paſtorem, qui ſe obtulit tibi in ſacrificium, ponens animam ſuam pro grege ſuo, te rogo: per ipſum qui ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis, Redemptorem & aduocatum noſtrum, pietati & benignitati tuæ ſupplico, amantiſſime & benigniſſime amator hominum Deus, vt des mihi cum eodem Filio tuo & Spiritu ſancto te in omnibus benedicere, & glorificare cum multa cordis contritione, & lacrymarum fonte, cum multa reuerentia & tremore. Quia quorum eſt vna ſubſtantia, vnum eſt & datum.*

V.

Gloria eſt trium diuinarum perſonarum, impium hominem ſanctum & iuſtum reddere. Ambroſius lib.3. de Spiritu ſancto, cap.5. *Sicut ſanctificat Pater, ita ſanctificat & Filius, ſanctificat & Spiritus. Sanctificat Pater, ſecundùm quod ſcriptum eſt: Deus Pater ſanctificet vos, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in die Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Et alibi Filius dicit: Sanctificato eos in veritate. De Filio autem idem Apoſtolus dixit. Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Vides quia factus eſt ſanctificatio? Sed factus eſt nobis, non vt ille mutaret quod erat, ſed vt nos ſanctificaret*

1.Theſſal. 5, 23.
Ioan.17, 17.
1 Cor.1, 30.

caret in carne. Spiritum quoque ſanctum ſanctificare Apo-
2.Theſſal. 2, 13. *ſtolus docet; ſic enim dicit: Gratias agere debemus Deo ſemper pro vobis, fratres dilectiſſimi, à Deo, quia elegit nos Deus primitias in ſalutem in ſanctificatione Spiritus, & fide veritatis.*

Miraculoſa imago.

Miraculum Redemptionis & reconciliationis.

AMbroſius Orat.1. quæ ad ſanctiſſimam Trinitatem: *O immenſa pietas! ô immenſa & ineffabilis charitas! vt liberares ſeruum, Filium tradidiſti. Deus factus eſt homo, vt perditus homo de poteſtate dæmonum erueretur. Quoniam benignus amator hominum Filius tuus Deus noſter, cuius piis viſceribus non ſatis viſum eſt, vt ſe inclinaret factus homo de vera Virgine, niſi etiam ſubiret crucis ſupplicium, effuſo Sanguine propter nos & noſtram ſalutem. Venit pius Deus, venit pro pietate & bonitate ſua, venit quærere & ſaluum facere quod perierat. Quæſiuit ouem perditam, quæſiuit & inuenit, & humeris ſuis reportauit ad caulas gregis pius Dominus, & verè multùm mitis paſtor. O charitas! ô pietas! Quis audiuit talia? Quis ſuper tantæ miſericordiæ viſcera non obſtupeſcat? Quis non miretur? quis non collætetur?* Bonauentura in Soliloquiis: *Admiremur, gratulemur, amemus, laudemus, adoremus, quoniam per Redemptoris noſtri mortem de morte ad vitam, de tenebris ad lucem,*
de

de exilio ad patriam, de corruptione ad incorruptionem, de miſeria ad gloriam, de luctu ad gaudium vocati ſumus. Auguſtinus in Soliloquiis : *Omnis gloria, omnis laus, omnis magnificentia, omnis beatitudo, omnis clementia, ſit Deo Patri & Filio, & Spiritui ſancto.* Ad hanc miraculoſam imaginem

Gratiarum actio.

Auguſtinus in Pſalmum 49.

Sacrificium laudis quærit à nobis Deus. Habebat hoc ſacrificium laudis Zachæus in patrimonio ſuo, habebat vidua in ſacello ſuo, habebat neſcio quis hoſpes in dolio ſuo. Alius non alicubi, ſed in animo ſuo: quia pax in terra hominibus bonæ voluntatis. O ſacrificium gratuitum, gratiâ datum! Non quidem hoc emi quod offerrem, ſed tu donaſti; nam nec hoc haberem. Sacrificium laudis eſt, gratias agere illi à quo habes, & cuius miſericordia tibi dimittitur quidquid tu mali habes.

Oratio.

Ambroſius Orat. ad SS. Trinitatem, & S. Ephræm.

Gratias ago labiis & corde, & omni qua valeo virtute, infinitæ miſericordiæ tuæ, Domine Deus noſter, pro omnibus miſerationibus tuis, quibus mirabiliter

nobis perditis ſubuenire dignatus es per Filium tuum Saluatorem & recuperatorem noſtrum, qui mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: & nunc viuens ſine fine, ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis, & ſimul tecum miſeretur, quia Deus eſt ex te Patre, coæternus tibi & conſubſtantialis per omnia, vnde poteſt nos in æternum ſaluare. Manda virtuti tuæ, & confirma hoc quod operatus es in nobis. Perfice quod cœpiſti, vt ad plenam tuæ pietatis gratiam mereamur peruenire. Fac nos per Spiritum ſanctum intelligere, & mereri, ac debito honore venerari magnum
1.Tim.3, 16. *hoc pietatis tuæ myſterium, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt mundo, aſſumptum eſt in gloria.* S. Ephræm de Compunct. & paſſion. *Gloria Patri, qui nos liberauit ex tenebris inferni, & poſuit nos in paradiſo voluptatis. Gloria Filio, qui nos liberauit ab inextinguibili igne, ac verme æterno, noſque dignatus eſt dignitate cæleſti atque ſupernæ Ieruſalem. Gloria Spiritui ſancto, qui nos liberauit ex corruptela peccatorum, & confuſione ſempiterna, noſque coronauit in exultatione in lumine vero, & exſuperante gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Ad

Ad imaginem Chriſti miraculoſam Vota Dauidis frequentiam Confeſſionis offerentis.

Vota mea Domino reddam. Pſalm. 115, 14.

ASSIDVITAS ET CONSTANTIA IN CVLTV ET VSV SANCTÆ CONFESSIONIS.

CVM quis è naufragio, morbo lethali, aut extremo periculo euaſit per miraculum, ſummo liberatori pium votum offerre, apponere, & appendere in ſacro Oratorio ſolet, tum in gratam accepti beneficij recordationem, tum etiam in deuotionem perpetuam erga ſuum benefactorem, qui tantis eum malis, tantis periculis exemit. Captiuus cōpedes & catenas, claudus fulcra, naufragus tabulam, in qua ſaluus factus eſt, appenſam in primis dicat & conſecrat.

I.

NAufragus ergo Dauid, qui poſt ſacri Baptiſmatis ſuſceptionem relapſus eſt, & ſimul naufragium paſſus mirabiliter euaſit, euectus ſecun- *Votum frequenter confitendi tabula poſt naufragiū.*

Digitized by Google

da tabula poſt naufragium, quæ Pœnitentia eſt, in memoriam ſibi collati beneficij, & deuotionem perpetuam erga Redemptorem Deum, Pœnitentiæ Sacramentalis auctorem, ſuſpendat in ſacro Oratorio tabulam, ſalutis ſuæ inſtrumentum ac monimentum, quo peccatores moneantur & excitentur ad agendam pœnitentiam, in qua tota delinquentium ſalus animarum ſita eſt. Suſpenderunt captiui filij Sion, & pœnitentes quidem, organa ſua, quibus canere ac ludere conſueuerant. Teſtantur hoc
Pſal. 136, 2. ipſi. *Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, cùm recordaremur Sion. In ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra.* Cùm ſuſpenderent organa ſua, communi voce clamarunt: *Filia Babylonis miſera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Miſera Babylon, eſt anima peccatoris, cuius proles culpa eſt: tot fœtus edit & prodit, quot
Iacob. 1, 15. patrat crimina. *Concupiſcentia cùm conceperit, parit pec-*
Pſal. 7, 15. *catum.* Item: *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Cupiebant vincti, cùm organa ſua ſuſpenderent, vt Babylonis fœtus, antequam ſumerent incrementum, ad petram allidenrentur; antequam flagitia creſcerent, ad petram myſticam Eccleſiæ confitentis & abſoluentis proiicerentur. Hoc ipſum votum naufragi

naufragi Dauidis eſt, cùm tabulam ſuam appendit, vt filia Babylonis miſera, miſera ſcilicet anima, vbi peccata commiſerit, recurrat ad Confeſſionem, & ad pedes Confeſſarij, cuius abſolutione, cùm adhuc non adoleuerint, more paruulorum ad petram commiſſa ſtatim allidantur. Huc pertinet, quod D. Petrus apud Clementem Epiſt. 1. dicebat ſingulis Chriſtianorum, debere *actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire, & in omni loco Deum reſpicere firmiter, ſcire ſuas cogitationes malas cordi ſuo aduenientes ad Chriſtum allidere, & Sacerdotibus Domini manifeſtare.*

II.

DAuid non ſolùm ereptum è naufragio mirabiliter ſe eſſe fatetur, ſed etiam affirmat inſtar ouis errantis ſe fuiſſe, & pænè iam periiſſe. *Erraui*, inquit, *ſicut ouis quæ periit*. Liber à tanto diſcrimine & crimine, coram bono paſtore gratitudinis ergô ſimulacrum ouis perditæ ſtatuit, vt intuentes contemplanteſque votum ſuum, quoties errauerint, & à veritatis tramite declinauerint, ſuos agnoſcant errores, recognoſcantque cælitus miſſum Paſtorem, qui non in paſſione ſolùm, ſed etiam in Confeſſione errata noſtra ſuſcipit in ſe, & in ſe ſuſtinet. *Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: & poſuit in eo Dominus iniquitatem omnium noſtrùm.*

Effigies ouis errantis.

Pſal. 118, 176.

Iſai. 53, 6.

Digitized by Google

noſtrûm. Errauimus omnes vt oues, vt oues omnes clamemus & balatum noſtrum edamus. Hæc bona hæc ingenua perditæ ouis conditio, vt cùm gregem ſuum dimiſerit, & paſtorem ſuum amiſerit, frequentes edat balatus, quibus auxilium imploret, repetat viam & ducem, vt ad caulas reuocetur. Hæc eadem dos, hæc ſors eſt animæ electæ, & ſimul prædeſtinatæ, vt ſi aliquando aberrauerit, errantis ouis mores imitetur, & in ſtatu etiam peccati & perditionis ſuæ declaret ſe non ad hœdos malos & reprobos, ſed ad oues potiùs ſeruandas ſaluandaſque pertinere. Oſtendit ille, qui dixit: *Erraui ſicut ouis quæ periit*. Oſtenderunt qui clamarunt ac reclamarunt: *Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: & poſuit in eo Dominus iniquitatem omnium noſtrûm*. Quamuis peccatores ſimus, & vnuſquiſque noſtrûm dederit ſe in viam ſuam, vt maior eſſet errantium numerus, errorumque multitudo, *poſuit in eo Dominus iniquitatem omnium noſtrûm*, vt per vnius ac ſolius iniquitatis mentionem inſinuaretur, propter crimina omnium & ſingulorum hominum ſingulare peccatum, Chriſtum de cælis miſſum, & in has regiones veniſſe. Tanti ponderis vel vnum peccatum eſt, vt eſſet ferendo ſolus, cuius humeris Pater illud impoſuit, nec

Repetita Confeſſio ſignum prædeſtinationis.

Pſal. 118, 176.

Iſai. 53, 6.

nec doluit ſibi impoſitum, ſed ſub onere gemuit, & gemere docuit animam quæ vel vnius criminis ſarcina fuerit onerata. Cùm Chriſtus ipſe, in quo Dominus iniquitatem noſtram poſuit & depoſuit, tanto pondere preſſus dicat, *Miſer factus ſum, & in-* Pſal. 37, 7.
curuatus ſum vſque in finem. quî fieri poteſt, vt qui patrator eſt criminis, eius grauitatem non ſentiat? *Peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem.* & Iacob. 1, 15.
vbi mors eſt, ſenſus deeſt. *Surge qui dormis, & exur-* Epheſ. 5, 14.
ge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus: bonus ſcilicet paſtor, qui perditam quærit ouem, & eam inuentam, ac ſimul eius errorem ſuſcipit in ſe ipſe, & humeris ſuis imponit.

III.

DAuid Rex, cùm Regum cederet nemini, diuinæ maieſtatis reus in miſeram ſeruitutem venit. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Seruus emptitius homo peccator eſt, *venumdatus ſub peccato;* licet Rex & monarcha ſit, tranſit in vile mancipium. Hæc Regis Dauidis conditio, poſtquam peccatum commiſit, & à Domino defecit. Liberiam, & quidem miraculosè à ſtatu miſeræ ſeruitutis coram infante Chriſto & eius Matre effigiem Æthiopis Regis apponit & appendit, vt qualis anteà fuerit, innoteſcat, & ex quo ſtatu pietas ac miſe-

Effigies Regis Æthiopis. Ioan. 8, 34. 3. Reg. 21, 20.

Digitized by Google

miſericordia diuina ipſum mirabiliter eduxerit, illuceſcat iis qui ſunt adhuc emptitij peccati ſerui & vilia mancipia. Libertas inæſtimabilis eſt, quæ nullo venditur auro, nemo qui illam non amet, nemo qui illam non quærat, ſi ſemel amiſerit. Peccaſti, & omnem ſtatim libertatem perdidiſti, in miſeram delapſus ſeruitutem. Expertus illam fuerat Auguſtinus, qui Tract.41. ſuper Ioannem exclamat: *O miſerabilis ſeruitus! Plerumque homines, cùm dominos malos patiuntur, venales ſe petunt; non quærentes dominum non habere, ſed ſaltem mutare. Seruus peccati quid faciat? quem interpellet? apud quem venalem ſe petat? Deinde ſeruus hominis aliquando ſui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requieſcit: ſeruus peccati, quò fugit? ſecum ſe trahit quocumque fugerit. Non fugit ſeipſam mala conſcientia. Non eſt quò eat, ſequitur enim ſe, non recedit à ſe: peccatum enim quod fecit, intus eſt.* Solum vnum reſtat effugium, & ſimul refugium, quod ſtatim oſtendit Auguſtinus: *Ad Chriſtum omnes fugiamus contra peccatum, Deum liberatorem interpellemus.* Interpellat illum Auguſtinus Sermone 48. *Veni Domine Redemptor, veni. Agnoſcat te captiuus, fugiat te captiuator; tu eſto mihi liberator.* Hunc liberatorem interpellauerat priùs Dauid: *Dele*, inquit, *iniquitatem meam.* Contraxerat vnam Rex labem, vnam macu-

Pſal.50,3.

lam,

lam, & ſtatim ab inuſta ſeruitutis nota mundari & purgari cupiebat. Qui officiis ſordidis occupantur, ferrarij ſcilicet & carbonarij, denigrantur, maculantur, deturpantur, & non curant; qui verò nobilioris ſunt conditionis, minimam in ſe maculam non patiuntur, & ſi vel vnam ſimilem habeant, ſtatim delendam procurant. Sic Dauid, *Dele*, inquit, *iniquitatem meam.* Non habeo nec exerceo ſordidum officium peccatorum, qui ſemper peccatis ſtudent; ſed cùm primùm deturpatam & denigratam animam meam eſſe deprehendo, recurro ſtatim ad fontem, & oro, *Dele iniquitatem meam.* Recurro ſimul ad Matrem, miſeram ſeruitutem abiiciens, acceptanſque glorioſam conditionem filius Euæ. *Domine, quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Baſilius in hunc locum: *Filius ancillæ tuæ ſum, quam valdè puellam adhuc inimicus decipiens, & à tuo abducens imperio, peccati ſeruam conſtituit. Sed ego ad te conuertor, ad priſtinum redeo Dominum, antiquam cognoſco ſeruitutem. Dirupiſti vincula mea, quoniam à peccati ſeruitute liberaſti. Idcircò tibi ſacrificabo, non quidem quadrupedem biſulcam aut ruminantem, neque volatilia pura, neque ſiliginem oleo conditam, neque lucidum thus, vel illud compoſitum thymiama (hæc enim*

Signum nobilis animæ repetita confeſſio.

Pſal. 115. 16.

ex terra tibi Domino offeruntur) ſed meam ipſius poſſeſſionem, & cordis mei fructum, vnde tuam laudem tamquam in altari quopiam mentem meam ſacrificabo, & offeram tibi laudis ſacrificium, innumeris holocauſtis pretioſius.

IV.

Effigies leproſi. DAuid macula culpæ infectus, & mundus à lepra factus, ſe deſcripſit & depinxit in leproſo illo Euangelico, cuius effigies apparet in Oratorio, ſacrata ac dicata Deo, qui præter naturæ ordinem pœnitentem ſuum à lepra peccati mundauit atque
Matt.8,2. purgauit. Vix dixerat, *Domine, ſi vis, potes me mundare*; cùm ſtatim Chriſtus ait, *Volo, mundare.* Difficultate rei impetrandæ ſolent à petitione deterreri homines ſæpè; ne pœnitentes à poſtulatione veniæ terreantur, ſtatim impetrant indulgentiam. Vix Da-
2.Reg.12,13. uid emiſerat illam vocem, *Peccaui Domino*, cùm ſtatim occurrit Nathan, *Tranſtulit quoque Dominus peccatum tuum*. Hinc edoctus, rurſus in vocem illam
Pſal.31,5. erupit, *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.* Cùm facilis eſt impetratio, facilis eſt petitio, facilis & oratio. Quid veniâ, quid indulgentiâ

Digitized by Google

tiâ facilius? *Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Quid inde? pro hac remiſſione & condonatione *orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.* Omne tempus opportunum Deo eſt vt leproſi miſereatur; ſemper hoc in ore habet, *Volo, mundare.* Præueniat reus in Confeſſione Deum, & verba leproſi vſurpet, *Domine, ſi vis, potes me mundare.* Qua ſuper re de Caſto connubio cap. 13. Iuſtinianus benè diſcurrit, benè philoſophatur: *Nihil ſic cordis amiſſam reparat gratiam, ſicut iugis oris confeſſio. Si delictorum maculis fœdatur, ſi hebetudine grauatur, ſi deſperatione tangitur, ſi agitatur tentatione, currat ad Confeſſionem, & liberabitur. O beata Confeſſio, quæ Deum placat, reconciliat pœnitentem, cælum aperit, mundat cor, onus aufert, mentem lætificat, & remittit peccatum! Vnde Propheta ſanctus: Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Sit itaque frequens, ſit humilis, ſit deuota, ſit integra, ſit lacrymoſa, perſeueranſque. Quantò grauius eſt delictum, & crebrior recidiuatio, tantò ampliùs aſſidua ſit confeſſio. Eò quidem corporis facies fit mundior, quò magis abluitur. Hoc de interiori facie ſentiendum eſt. Sordes quippe corporis aqua, cordis autem contritio diluit & Confeſſio.*

Iugis oris confeſſio vtiliſſima.

Pſal. 31. 5.

V.

Effigies paralytici.

DAuid infirmitatis ſuæ conditionem recognoſcens, & ſe ſimilem paralytico deprehendens, Chriſto ſe humiliter præſentauit, cuius fauore ac beneficio de miſero ſtatu ſuo ereptus & extractus conualeſceret, ſicut reipſa conualuit. Memor diuinæ beneficentiæ, in æternum monimentum imaginem paralytici Euangelici ante Chriſtum conſtitutam voluit eſſe formam ſuam, cuius intuitu pœnitens ad faciendam Confeſſionem moueretur, ductus non tam neceſſitate præcepti, quàm cognitione propriæ ægritudinis & infirmitatis. Qua ſuper re audiendus eſt S. Laurentius Iuſtinianus de Perfect. Monaſtic. conuerſat. cap.19. *Non coactè, non ex ſeruili timore, ſed libenti animo, & ſua ſponte verè pænitens confitetur. Caueat namque quod à multis reprehenſibiliter agitur. Sunt nempe multi qui propterea ad Confeſſionem accedunt: quia confitendi inſtat tempus, vel quia Eccleſiaſtica ſtatuta compellunt, aut quia Patrum decreta ſic ordinant. O quàm libentiùs hi tales ſine confeſſione præterirent! ô quàm incundiùs, quia ipſorum cor non eſt rectum cum Domino, ſua peccata celarent! ſed ne calumnientur in publico, ne in congregatione detegantur, ne redarguantur à Prælato, id faciunt. Sciant verò huiuſmodi, quoniam ipſorum taliũ confeſſio Deo parum grata, & ſibi ipſis*

ipſis modicùm eſt proficua. Sicut autem voluntarium fuit delictum, ita & ſpontanea debet eſſe confeſſio. Nam tepidi, indeuoti, & ingrati cordis eſt indicium, nolle confiteri. Qui verò veraciter ſe agnoſcit, & Deum ardenter diligit, frequenter confitetur. Non tantùm ſemel, ſed ſæpiùs in ſuæ pœnitentiæ Pſalmis culpam Dauid fatetur, & ad eius crebram frequentemque confeſſionem ducitur, vel ex eo maximè quod ait, *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* Qui veraciter ſe agnoſcit, frequenter confitetur, exemplo pœnitentis Dauidis, qui dicit de ſe: *Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi.* hoc eſt, vt commentatur Baſilius, *Confitebor iudici, & accuſatorem præueniam, patefaciens ipſe opera mea. Mandatum enim accepimus: Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris.*

Notio Dei, & ſuiipſius, cauſa frequentis confeſſionis.

Pſal. 50, 5.

Pſal. 24, 2.

VI.

Dauid vitio luxuriæ ſuæ iam perierat, ſed ſingulari Dei beneficio, qui obierat, reuixit, & in tanti fauoris compenſationem prodigi Euangelici ſimulacrum diuino obtulit Patri, qui, teſte Ambroſio Epiſt. 43. *adoleſcentiorem filium, qui prodegerat omnem ſubſtantiam à patre acceptam viuendo luxurioſè, regredientem tamen vnius ſermonis inflexus humilitate, quòd in patrem peccaſſe ſe fatebatur, occurſu pio fouit, ſupra collum eius cecidit, primam illi ſtolam, annulum, & calcea-*

Effigies prodigi.

Digitized by Google

V.

Effigies paralytici.

DAuid infirmitatis ſuæ conditionem recognoſcens, & ſe ſimilem paralytico deprehendens, Chriſto ſe humiliter præſentauit, cuius fauore ac beneficio de miſero ſtatu ſuo ereptus & extractus conualeſceret, ſicut reipſa conualuit. Memor diuinæ beneficentiæ, in æternum monimentum imaginem paralytici Euangelici ante Chriſtum conſtitutam voluit eſſe formam ſuam, cuius intuitu pœnitens ad faciendam Confeſſionem moueretur, ductus non tam neceſſitate præcepti, quàm cognitione propriæ ægritudinis & infirmitatis. Qua ſuper re audiendus eſt S. Laurentius Iuſtinianus de Perfect. Monaſtic. conuerſat. cap.19. *Non coactè, non ex ſeruili timore, ſed libenti animo, & ſua ſponte verè pœnitens confitetur. Caueat namque quod à multis reprehenſibiliter agitur. Sunt nempe multi qui propterea ad Confeſſionem accedunt: quia confitendi inſtat tempus, vel quia Eccleſiaſtica ſtatuta compellunt, aut quia Patrum decreta ſic ordinant. O quàm libentiùs hi tales ſine confeſſione præterirent! ô quàm iucundiùs, quia ipſorum cor non eſt rectum cum Domino, ſua peccata celarent! ſed ne calumnientur in publico, ne in congregatione detegantur, ne redarguantur à Prælato, id faciunt. Sciant verò huiuſmodi, quoniam ipſorum talis confeſſio Deo parum grata, & ſibi ipſis*

ipſis modicùm eſt proficua. Sicut autem voluntarium fuit delictum, ita & ſpontanea debet eſſe confeſſio. Nam tepidi, indeuoti, & ingrati cordis eſt indicium, nolle confiteri. Qui verò veraciter ſe agnoſcit, & Deum ardenter diligit, frequenter confitetur. Non tantùm ſemel, ſed ſæpiùs in ſuæ pœnitentiæ Pſalmis culpam Dauid fatetur, & ad eius crebram frequentemque confeſſionem ducitur, vel ex eo maximè quod ait, *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* Qui veraciter ſe agnoſcit, frequenter confitetur, exemplo pœnitentis Dauidis, qui dicit de ſe: *Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi.* hoc eſt, vt commentatur Baſilius, *Confitebor iudici, & accuſatorem preueniam, patefaciens ipſe opera mea. Mandatum enim accepimus: Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris.*

Notio Dei, & ſui ipſius, cauſa frequentis confeſsionis.

Pſal. 50, 5.

Pſal. 24, 1.

VI.

Dauid vitio luxuriæ ſuæ iam perierat, ſed ſingulari Dei beneficio, qui obierat, reuixit, & in tanti fauoris compenſationem prodigi Euangelici ſimulacrum diuino obtulit Patri, qui, teſte Ambroſio Epiſt. 43. *adoleſcentiorem filium, qui prodegerat omnem ſubſtantiam à patre acceptam viuendo luxurioſè, regredientem tamen vnius ſermonis inflexus humilitate, quòd in patrem peccaſſe ſe fatebatur, occurſu pio fouit, ſupra collum eius cecidit, primam illi ſtolam, annulum, &* calcea-

Effigies prodigi.

calceamenta deferri iuſſit, atque honoratum oſculo, donatum munere, admirabili ſuſcepit conuiuio. Ad ſe reuerſus, & ad Deum conuerſus prodigus recurrit ad Confeſſionem, & ſimul ad Communionem, quarum vnus eſſe debet vſus, vna frequentia, quemadmodum iam citatus Iuſtinianus expreſsè definit. *Se reuocat ad ſe, & in ſpiritu mœroris, & zelo compunctionis ſtatuit ſe ante Dei tribunal, & humiliter de omnibus quæ cogitatione, omiſſione, verbo vel opere commiſit, accuſat ſe, atque vt ſibi ignoſcatur, exorat. Nec diu perſeuerat in prece, quin ſentiat veniam ſe percepiſſe à Domino, dummodò purè ac fideliter confiteatur. Hæc namque regula, hic confitendi modus à cunctis qui Deo militant, & ad perfectionem attingere deſiderant, ſeruandus eſt. Eò etenim mens fit Deo propinquior, quò mundior cuſtoditur: atque tantò quiſque dignior efficitur ad ſumendum Dominici corporis Sacramentum, quantò à ſordibus peccatorum fuerit purgatior. Duo namque Sacramenta hæc in vnum conueniunt: amboque ſimul à Chriſti fidelibus frequentari oportet.*

Idem vſus Confeſſionis & Communionis.

VII.

Effigies cæci à natiuitate.

DAuid lumen oculorum amiſerat, & cæcitatem incurrerat: mirabiliter viſum recepit, & gratus Deo, Euangelici cæci effigiem conſtituit in Oratorio, vt oblatæ contemplator imaginis nouerit Chriſtum

Chriſtum eſſe, qui virtute ſuæ Confeſſionis cæcos illuminat. Cæcus cæco ſimilis eſt, & hic ſimilis alteri, qui cùm eſſet cæcus & mutus, ſcribit de ipſo ſacer Euangeliſta: *Erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum, & cùm eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ.* Grande miraculum: accepit loquelam, & viſum, & tamen recepti viſus nulla fit mentio. *Locutus eſt mutus.* Confeſſus eſt cæcus, ac virtute confeſſionis aperuit oculos, & oculorum lumen recepit. Habet vim hanc auricularis Confeſſio, vt cæcitatem abſtergat, lumen afferat, & quò fuerit illa frequentior, eò prudentior & oculatior ille reddatur, vt quæ reiicienda ſunt, quæ amplectenda, curioſiùs inſpiciat. Quòd ſi confeſſio, eiuſque frequentatio pœnitenti amara ſit, meminerit ſenioris Tobiæ, qui cùm cæcitate laboraret, piſcis marini felle curatus & ſanatus deſcribitur. Dulcis ac ſuauis amaritudo eſt, quæ lumen oculorum affert; amara verò peccati dulcedo eſt, quæ viſum aufert. Conſonat dictis ſanctus Laurentius Iuſtinianus lib. de Obedientia cap. 15. dum ait: *Oris pia confeſſio eſt perficienda, ſicut edocta per Spiritum ſanctum mandat Eccleſia, quam proculdubio quantò quis exercuerit frequentiùs, tantò erit Deo propinquior, ſui interioris hominis perſcrutator clarior.* & paulò inferiùs enumerans vir-

Luc. 11, 14.

Cauſa maioris luminis iugis confeſſio.

tutes Confeſſionis, aſſerit: *Purgat ſordes, relaxat facinora, infundit lumen.*

VIII.

Effigies Samaritanæ. DAuid benè & verè contritus atque confeſſus, reuocatus eſt à Samaritanorum via, quam priùs peccando intrauerat, canitque reuerſus ad ſe:
Pſal.114,7 *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.* Dauidis anima inſtar Samaritanæ ceciderat, & inſtar eiuſdem mulieris ſurrexit & reſurrexit, ducenſque Dauid ſummi beneficij loco conuerſionem animæ ſuæ, benefactori ſuo appendit imaginem Samaritanæ mulieris, quæ iuxta puteum Iacob peccata ſua confeſſa eſt, & poſteà in ciuitate Samariæ diuinum ſuum
Confeſsio laudis & culpæ frequentanda. Confeſſarium laudauit & celebrauit. Hæc pulchra pœnitentis vota; confeſſio criminum, & confeſſio laudationum, de quibus loquitur Pſalm.115,14. Dauid ipſe: *Vota mea Domino reddam.* Auguſtinus in hunc locum. *Confeſſio duobus modis accipitur in Scripturis: eſt confeſſio laudis, quæ pertinet ad honorem; eſt confeſſio gementis, quæ ad pœnitentiam pertinet eius qui confitetur. Confitentur enim homines qui laudant Deum: confitentur, cùm accuſant ſe, & nihil dignius facit lingua. Verè puto, quòd ipſa ſunt vota, de quibus dicitur in Pſal-*

mo, Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea. Pſal.65, 14.
Quàm addictus & affectus eſſet erga vnam & alteram Confeſſionem, & nos omnes affectos velit Dauid, vel ex hoc intelligi poteſt, quòd cùm ſemel propoſuiſſet, *Vota mea Domino reddam coram omni populo* Pſal.115, 14.
eius, iteret eamdem in ipſo Pſalmo ſententiam, *Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius, in* Pſal.115, 18.
atriis domus Domini, in medio tui Ieruſalem. Excitat nos Dauid, ad iterandas frequentandaſque diuinarum laudationum noſtrarumque culparum confeſſiones, vt eadem promptitudine animi, qua Deum celebramus, peccata noſtra confiteamur.

IX.

DAuid lotus & ablutus, qui priùs oderat lucem ne arguerentur opera eius, ad lucem venit, ac ſolem vidit qui apparuit in monte Thabor, vbi effigiem ſui reliquit in tribus illis Apoſtolis, qui ſplendoribus Chriſti illuſtrati, & eius niuibus candidati, myſteriis ſacræ Transfigurationis affuerunt. *Effigies Transfigurationis.*
Aſcende in montem tu qui euangelizas Sion. dictum eſt Iſai.40,9.
Iſaiæ. & ille quidem in montem Thabor aſcendit, & pœnitentibus ait, *Lauamini, mundi eſtote, auferte* Iſai.1,16.
malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quæ verba verſans Iuſtinianus lib. de Obedient. cap.15. ait: *Non corporis ablutionem, ſed cordis commendat præcipit-*

que munditiam. Aqua namque corporales abluit maculas, ſpirituales verò delictorum confeſſio ſalutaris. Hoc Pro-
Pſal. 50, 9. *pheta intelligens, Dominum deprecabatur dicens: Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Nouerat quippe non ſui eſſe arbitrij, rectam ac Deo placitam de propriis facinoribus compunctionem habere; neque innocentiæ mentis, ad libitum obtinere candorem. Hoc ſpeciale eſt munus ad profectum & meritum prærogatum electis. Nam clamor vocis, motus labiorum verbalis confeſſio, tunſio pectoris, corporis inclinatio, & plura eiuſmodi ſunt, quæ valet ex ſe coram Deo quiſque peragere, minimè tamen humilitatem cordis, piæ compunctionis gemitum, & gratum facientis charitatis poſſidere ſuſpirium. Hoc namque ſolius Dei eſt opus. Præuenit enim gratia ipſius prædeſtinatos ad vitam, conuertit auerſos, veritatiſque infundit lumen habitantibus in regione vmbræ mortis.* Chriſtus transfiguratus eſt, qui lumen & nimium candorem infundit dicenti Pro-
Pſal. 50, 9. phetæ, *Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Quis iſte Sol iuſtitiæ reſplendens in monte Thabor, qui illuminat, & non comburit? Qui, ne comburatur peccator, radiis di-
Ioan. 20, 22. uinæ iuſtitiæ excitat flatum Spiritus ſancti; *inſufflauit*, cùm inſtituit, & condidit Sacramentum Confeſſionis, & æſtum iuſtitiæ ſuæ repreſſit, ne læderet,

ret, ne offenderet pœnitentes. Quoties accedis, quoties ad pedes Confeſſarij venis, flatum cæleſtis aëris quæris, & inuenis, ne ardores ſolares ſentias, ſentias lumen. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* Tunc facies peccatorum confundentur, cùm in extremo iudicio Sol iſte comparebit, totus ardens, & ignitus, & flatus Confeſſionis Sacramentalis deerit. Benè monet Auguſtinus in Pſalm. 99. *Semper confitere, ſemper enim habes quod confitearis. Difficile eſt in hac vita, vt ſic homo moretur, vt nihil inueniatur in eo quod reprehendatur. Opus eſt vt te reprehendas, ne ille reprehendat, qui condemnaturus eſt.* *Recreatio frequentis confeſſionis.* Pſal. 33, 6.

X.

DAuid, quem ſurdum fecerat culpa, & confeſſio auricularis aures & auditum ſurdo præbuit, vt monita ſibi data perciperet & exciperet, in actionem gratiarum iconem ſurdi Euangelici appendit, dedicauitque Chriſto, qui ſuſtulit ſurditatem. Hoc ſuo voto monet, & hortatur pœnitentes, vt, qui ſurdi vitio ſuo viuunt, Confeſſionis Sacramentalis virtute aures & auditum recuperent, quibus conſilia diuina Confeſſariorum ore prolata accipiant, acceptent, & ſeruent. Quare nobis præſtiterit Deus auditum agens de perfectionis gradibus *Effigies ſurdi ſanati.*

cap.4. in hæc verba declarat Iuſtinianus: *Ob hoc itaque nobis Deus tribuit auditum, quatenus, ipſo mediante, corde intelligeremus eloquia diuina & ſancta, & per eum inſtrueremur de iis quæ ad ſalutem pertinent, reiiciendo inepta, virtutibuſque contraria.* Huius diuinæ ſcientiæ & cognitionis ſanctæ ſchola erecta & condita eſt in Sacramento Pœnitentiæ, vbi Confeſſarius vices magiſtri agit, & eius auditor qui confitetur, pœnitens eſt. Nemo repentè fit ſummus, & qui ſummus cupit eſſe, diu frequentat ſcholas, in quibus artes & facultates docentur, & qui eloquiorum diuinorum & monitorum conſiliorumque ſalutarium doctus auditor eſſe deſiderat, ſæpè ad Confeſſionem recurrat, ſæpè audiat & attendat, quæ è ſede ſua dictat, præſcribit, & præfinit Confeſſarius. O quàm benè lib.4. Muſicæ aſſerit Auguſtinus, *Laborat magiſter docens tardos.* Tardi diſcipuli, qui tardè veniunt ad Confeſſionem, & in iis qui munere magiſtri funguntur, laborat & inſudat, laborat & Chriſtus, qui primus ac primarius confitentium præceptor eſt. Cùm ſurdum hominem in Euangelio ſanauit, *ingemuit*, & forſan idcircò gemitum edidit, vt oſtenderet quàm laboraret in homine, qui tardus ad ſcholam Confeſſionis accederet.

Tarda confeſſio laborioſa confeſſario.

Marc.7, 34.

XI.

DAuid miſerandum ſuum ſtatum iam pertæſus, ſibi penitus diſplicuit, vt magis Deo placeret. Et quidem ita placuit, vt in eius habitationem venerit Chriſtus per gratiam, cuius aduentus beneficium in effigie Centurionis Euangelici expreſſum & explicatum eſt, vt & pœnitens totus Dauidicus ſit, quocum cap.13. de Caſto connubio loquitur Iuſtinianus: *Suſcepturus igitur quiſque verbum in cordis habitaculo, illud amoris dilatet deſideriis, mundet à maculis delictorum; ornetque decore virtutum, alioquin Verbum ſponſum fugabit à ſe. Si enim mortalis ſuſcepturus mortalem tanto cum ſtudio interiora domus mundat à ſordibus, atque diuerſis componit ornamentis, quantò magis Verbum ſuſceptura anima ſic ſe extergere, ſicque diſponere debet, vt nil in ſe indecorum, nil inordinatum remaneat, quod aduentantis aſpectui valeat diſplicere.* Magnus hoſpes Chriſtus eſt, cui pœnitens per diſplicentiam ſui ornatum & honoratum animæ ſuæ parat hoſpitium, quoties ſe ſuaſque culpas ad pedes Confeſſarij ponit, & deponit. Chriſtus gratus hoſpes iis qui ſponte ſua Sacramentum Confeſſionis frequentant, ingratus iis qui ſemel, non tam voluntate ducti, quàm neceſſitate præcepti compulſi, ſuam faciunt expiationem. Non ſemel in anno tantùm

Effigies Centurionis.

Anima ſæpè expianda.

tùm domos ſuas purgant homines, ſed ſæpè hoc præſtant, & tamen ſunt, & non pauci, qui animas ſuas per annum ſemel ſcopa Lazari, id eſt Confeſſionis emundant. Numquid melior aut pretioſior domus anima humana eſt? Vtinam ſic horreres ſcelera quibus ſordidata eſt anima, quàm horres ſordes quibus domus maculata eſt, vt tam vnius quàm alterius munditiem æquè curares, licet adeò diuerſæ ac diſparis conditionis exiſtant.

XII.

Effigies Magdalenæ. DAuid adeptus cordis munditiem, quæ melioris vitæ propoſitum in poſterum ſecum importat, conditionem animæ ſuæ in Maria Magdalena mundatam per Pœnitentiam eſſe deprehendit, & religioſi voti loco, eius formam in Oratorio obtulit. Quiſquis præ oculis Mariam Magdalenam habet, excitatur ad pœnitentiam. Vnde & S. Auguſtinus Serm. 1. de Aſſumpt. ait: *Si te deliquiſſe meminiſti, ſuadeo, vt Mariæ Magdalenæ conuerſionis recorderis, & tamquam ad Domini veſtigia poſita præteritas maculas lacrymarum fontibus laues, vt & tu merearis ab* Matth. 9, 22. *ipſo Domino audire, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.* Exemplar quidem non ſolùm pœnitentiæ, ſed etiam iugis & frequentis, conſtantis ac perſeuerantis Confeſſionis Maria Magdalena eſt, quæ aſ-

ſueta

ſucta pedibus Saluatoris, diuelli ab illis non poterat, vt firmum illud propoſitum, quod in Confeſſione ſua conceperat, tenaciter ſeruaret, mordicus cuſtodiret. Quiſquis venit ad pedes Chriſti, ſtatuere debet firmiter ſe de cetero non peccaturum, & ſi forſitan peccauerit, renuatque redire ad pedes Chriſti, primum propoſitum ſatis debile, ſatis infirmum erat: non quia ſolùm deliquit, ſed etiam quia adhuc placet delinquere. Benè Ambroſius lib. 2. de Pœnitent. cap. 11. *Quid enim eſt quod differas? An vt plura peccata committas?* Qui ſolitus eſt furari, & rem furto ablatam domino non reſtituit, ideò non reddit, quia de nouis cogitat latrociniis. Omnis peccator à Deo auertitur, conuertiturque ad creaturam quam ſibi adiudicat, & inuito omnium Domino ſibi accipit & furatur, & redire ad Deum procraſtinat vel recuſat, quoniam noua furta, noua peccata meditatur: ſin minùs, reuerteretur ad Chriſtum, eius pedibus prouolueretur, miſericordiam peteret, indulgentiam impetraret. Quòd ſi bonus latro pœnitentiam ſuam diſtulit, verum & certum eſt idcircò eam diſtuliſſe, quia noua furta, noua latrocinia meditabatur. Quòd ſi ſera tardaque eius pœnitentia benè ceſſit & ſucceſſit, prodigio ſimile eſt, in quo Deus quid facere poſſit oſtendit, quid

Dilatio confeſſionis noxia.

tecum faciet, ſi differas vſque ad mortem confeſſionem, non oſtendit? Cui occurrit Ambroſius in Exhortat. ad Pœnitent. *Poſitus*, inquit, *in vltima neceſſitate ægritudinis ſuæ, ſi acceperit pœnitentiam, & mox reconciliatus fuerit, & vadit, id eſt, exit de corpore: fateor vobis, non illi negamus quod petit, ſed non præſumo dicere, quia benè hinc exit. Non præſumo, non polliceor, non dico, non vos fallo, non vos decipio, non vobis promitto. Fidelis benè viuens ſecurus hinc exit, agens pœnitentiam dum ſanus eſt, & reconciliatus, ſi poſteà benè vixerit, ſecurus eſt.* Secura Magdalena eſt, & anima ſecura pœnitentis per omnia Magdalenæ ſimilis, quæ tenax boni propoſiti, vt benè viueret, pedibus Chriſti adhæſit & inhæſit.

XIII.

Effigies Chananææ. DAuid, qui potiùs Deo quàm hominibus ſe commiſit, vt pro commiſſo crimine pœnas lueret, incidit in benignas & humanas Dei manus, cùm venit ad Sacramentum Pœnitentiæ, in quo Chriſtus egit & ſe geſſit cum Dauide, quemadmodum ſe habuit cum Chananæa, impoſita pœniten-
Pſal. 109, 1. tia, dum ſeueriùs cum illa agit. *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*, ait Dauid, miſericordiam in liberatione filiæ Chananææ, iudicium in ſeuera cum eius matre tractatione: miſericordiam

in

in curatione animæ meæ, iudicium in medicinali inflicta mihi ſatisfactione. Nec ſolùm miſericordiam & iudicium cantat Deo, ſed in rei geſtæ memoriam affert & offert in ſacro hoc Oratorio effigiem mulieris Chananææ, quæ vera imago animæ Dauidicæ eſt ſalutarem acceptantis pœnitentiam. Pungitur à Chriſto Chananæa, & ita pungitur, vt magis ac magis ad ſe ipſum illam alliciat. Roſa quò magis pungit, magis attrahit: attrahit & Deus, cùm pœnitentem affligit & caſtigat. Credo, & crede experto Dauidi, qui ait, *Conuerſus ſum in ærumna* Pſal. 31,4. *mea* (conuerſus ſcilicet ad Deum) *dum configitur ſpina*. Magnam quidem habet cum roſa conſonantiam Confeſſio Sacramentalis. Rubet roſa, & ſpinas ha- *Inſtar roſa attrahit confeſſio.* bet: & Sacramentalis Confeſſio Sanguine Chriſti rutilat, nec ſpinis caret, quæ pungant, cilicia, ieiunia, & alia id genus ſimilia. Vtrumque pœnitenti proponitur, roſa & ſpina: qui roſam diligit, non deterretur à ſpinis; & qui amat Confeſſionem Sacramentalem, non retrahitur à pœnis & pœnitentiis, ſed potiùs attrahitur, vt frequentiùs confiteatur. Noſtrorum ſolutio debitorum & ſalutarium medicaminum adminiſtratio ab inflictis pœnitentiis dependent. Creditor noſter Deus eſt, & ſingulis diebus oramus & clamamus, *Dimitte nobis debita noſtra.* Matt. 6,12.

Digitized by Google

Extra Sacramentum hæc debitorum ſolutio ardua ſatis & difficilis eſt, quoniam ſolùm penes debitorem eſt vt ſoluat: in Sacramento verò ex opere operato creditori, & non ſolùm ex opere hominis ſatisfacientis debita refunduntur. Cùm ergo ſingulis diebus oras, *Dimitte nobis debita noſtra*, oſtende te id velle, id te deſiderare recurrendo ad Confeſſionem, in qua facilis eſt compenſatio debitorum. Frequentiùs anima quàm corpore ægrotamus & laboramus, & ad animæ curationem ſalutares nobis pœnitentiæ applicantur & imponuntur, quæ mirabiliter virtute Sacramenti Pœnitentiæ ſalutem noſtram efficiunt & operantur. Cùm laboramus, & malè affecto corpore ſumus, ſi ſciamus ſalutares eſſe in aliqua apotheca medicinas, ad eam recurrimus: recurramus quoque ad ſanctæ Eccleſiæ officinam, in qua iniunctarum medicamenta pœnarum certiſſima ſunt ſalutis animarum noſtrarum remedia.

XIV.

Effigies Lazari. DAuid confeſſus & abſolutus, pulchrum & aptum acceptæ abſolutionis typum ſimul & votum offert & præſentat Chriſto, qui cùm eſſet in ſtatu peccati mortuus, iaceret & fœteret in ſepulchro, & vinculis ac nexibus funeralibus conſtringeretur,

geretur, vitam ei præbuit, abſtraxit è ſepulchro, à vinculis liberauit. Hæc vnius Sacramentalis abſolutionis beneficia ſunt, quorum particeps pœnitens fit, quoties ſe Chriſto & Sacerdotibus eius abſoluendum proponit. Proponat ſe frequenter ille, qui priuatus vita iacet vinctus & ligatus in tumulo peccatorum. Et quis tantus hoſtis animæ ſuæ, vt cùm poſſit eam à morte, à ſepulchro, à barathro liberare, adhuc eam à peccato & eius atrocibus pœnis detineri patiatur. *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam*, in ſe ipſum ſæuus & impius. Apud quem piiſſimus Chriſtus ſemper ſollicitat, vrget & inſtat, vt peccator animæ ſuæ miſereatur, ſemper clamat & reclamat: *Lazare, veni foras*. Hoc eſt, vt ait Ambroſius lib. 2. de Pœnitent. cap. 7. *Quid iaces in tenebris conſcientiæ, & delictorum tuorum ſordibus, quodam reorum carcere? Exi foras, delictum proprium prode, vt iuſtificeris. Ore confeſſio fit ad ſalutem. Si confeſſus fuerit à Chriſto vocatus, clauſtra rumpentur, & omnia ſoluentur vincula, etſi corruptelæ corporeæ fœtor grauis ſit.* Pudeat peccatorem non reſpondere vocanti, & reuocanti à funeſto ſtatu miſerandam eius animam. Non eſt cur Lazarus erubeſcat, cui velamen confuſionis ſtatim, vt foras prodiit, ablatum eſt, & quidem meritò. Rurſus Ambroſius: *Quia venia donatus*

Pſal. 10, 5.

Ioan. 11, 43.

eſt, reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim quod erubeſcat, cui peccatum remiſſum eſt. Ablato illo velamine, pulchra ſatis apparuit imago, quam Iuſtinianus cap. 12. de Caſto connubio eleganter deſcribit. *Hæc imago, & imaginis pulchritudo non in corporis elegantia, non in carnis progenie, non in decore vultus aut in valetudine ſeu fortitudine membrorum, ſed intus, in anima conſiſtit. Hanc deturpat culpa tantò deteriùs, quantò grauior eſt. Sapientia verò reformat in lumine ſuo vehementiùs, quò abundantiùs ſe communicat. Tantò verò perfectiùs ſe communicat, quantò ampliùs ipſam ad ſe ſuſcipiendam reperit animam. Diſponit quidam illam peccatorum dolor, cordis gemitus, lacrymarum effuſio, pura confeſſio.* Ad hanc frequentandam nos vocat imago Lazari, effigies reformati Dauidis, cui culpa coronam abſtulit, abſolutio reſtituit; & quod amplius eſt, Regio ac principali ſpiritu eum peccatum priuauerat, & gratia Dei Rex denuò regali animo prædituS proclamatur, & quidem ab ipſo Deo, *Iuda*, inquit, *Rex meus.* Iudas nomen eſt Confeſſionis, cui ſi acceſſerit abſolutio Sacramentalis, nomen eſt principalis ac Regalis honoris & dignitatis.

Imago frequenter conſitentis.

Pſal. 59, 9.

X V.

Effigies Matthæi Apoſtoli.

DAuid iam reuocatus ad vitam, vt acceptum beneficium compenſet, & ſimul vt ſoluat debitum

bitum pœnæ, opera pietatis exercet, & in primis munus magiſtri obit, vt ad Deum errantes peccatores reducat; eapropter ait Dauid Pſalm.65, 8. *Benedicite Gentes Deum noſtrum, & auditam facite vocem laudis eius. Qui poſuit animam meam ad vitam.* additque deinde verſ.14. *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.* Reddit vota ſatisfactionis, & in primis affert & offert Chriſto imaginem Matthæi Apoſtoli, qui conuerſionis ſuæ beneficium conuerſione plurimarum animarum compenſauit. Quæ cauſa eſt, vt in tanto cultu ac veneratione Matthæus vbiuis terrarum habeatur, de quo in eius Solemnitate Iuſtinianus. *Meritò illum ſacroſancta colit Eccleſia, cærimoniiſque effert, interpellat precibus, celebritate commendat, atque præclara eius martyrij veneratur inſignia, per quem talia tantaque diuinorum eloquiorum percipere rudimenta promeruit. Nequaquam erga ipſum deeſſe debet reuerentiæ cultus, qui & ſeipſum exhibuit Deo, & ſermonis ſacri pro communi omnium profectu ſtuduit eſſe miniſter.* Et quidem nec miniſter nec tantus magiſter fuiſſet, niſi eſſet ita aſſiduus in ſchola Chriſti. Cùm Spiritus ſanctus aſſiſtat & præſit Sacramento Pœnitentiæ, quem à vinculis peccatorum abſoluit, incitat & accendit ad conuerſionem proximorum, ſicut Dauid, & Dauidicus Mat-

thæus

Schola confeſſionis frequentanda. thæus accenſi & inflammati ſunt. Hic effectus Sacramenti vix apparere ſolet in iis, qui rarò veniunt ad confeſſionem, apparet ac lucet in iis, qui ſolertes ac diligentes obeunt hanc Spiritus ſancti ſcholam, in qua, aſſiduè frequenterque confitentes, ita proficiunt, vt euadant profeſſores Pœnitentiæ, & errantibus peccatoribus eam doceant, ſuadeant, ac perſuadeant.

XVI.

Effigies feminæ fluxum ſanguinis patientis. DAuid, qui ſibi & aliis per peccatum carnis fuerat offendiculo, pœnas de ſeipſo ſtatuit ſumere, vt quæ peccauerat caro, in ſeipſa mortificata lueret. Nec conſpiraſſet in ſe, nec fluxum ſanguinis, nec carnis luxum tenuiſſet & refrænaſſet, niſi diuinitus adiutus fuiſſet. Hoc ipſum recognoſcens, voti loco, Chriſto appendit imaginem Euangelicæ mulieris, quæ cùm fluxum ſanguinis pateretur, dixit: *Si tetigero tantùm fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero.* *Matt. 9, 21.* Tetigit fimbriam, & ſalua ac incolumis euaſit. Exiuit de Chriſto virtus, vt & ipſe faſſus eſt, & à diuturno morbo, in cuius curatione totam ſuam ſubſtantiam conſumpſerat, mulierem recreauit. Accidit ſæpè hominibus, quod huic mulieri accidit. *Frequenter confitentis.* Sæpè homines carnis ſuæ paſſionibus diuexati, & malè tractati, exhauriunt ſe, Patres ſpiritales conſulendo,

Digitized by Google

lendo, & varia exercitia mortificationum exercendo, nec tamen ſufficiens remedium pro curandis ſanandiſque carnis affectionibus inueniunt, donec fatigata iam anima dicit, *Si tetigero tantùm fimbriam veſtimenti eius*, ſi prouoluar eius pedibus, & dedam me confeſſionibus, *ſalua ero.* Erit, quandoquidem virtus emanat tanta de Chriſto, vt pœnitentiæ impoſitæ mirabilem hanc vim habeant, vt frænum affectionibus ac paſſionibus iniiciant, ita docente ac definiente Concilio Tridentino ſeſſ.14.cap.8. *Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quaſi fræno quodam coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitioſos habitus malè viuendo comparatos contrariis actionibus virtutum tollunt. Nec verò ſecurior illa via in Eccleſia Dei vmquam exiſtimata fuit ad amouendam imminentem à Domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent.* Tanti refert fimbriam Chriſti Domini ſæpè tangere, & Sacramentum Pœnitentiæ frequentare.

XVII.

DAuid, poſtquam de pœnis ac pœnitentiis carni peccatrici irrogandis egit, non per hoc facere ſatis exiſtimauit debito quod contraxerat, ſed *Effigies muti ſanati.*

cenſuit iudicauitque opus eſſe recurrere ad creditorem Deum, & obnixè orare ac rogare, vt in partem debitæ ſolutionis, etiam preces ſuas admittat, nec non laudes & exaltationes, quibus eius bonitatem efferre conatus eſt. Deus, qui votum Confeſſionis Sacramentalis acceptauit, orationis & confeſſionis laudatoriæ votum etiam admiſit, ſicut expoſita ſanati muti, orantis & laudantis Deum imago in Oratorio declarat. Conueniunt ita inter ſe oratio & Confeſſio Sacramentalis, vt cap.5,16. Epiſt. ſuæ Iacobus Apoſtolus dixerit, *Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini.* Conueniunt ita inter ſe confeſſio laudis & confeſsio criminis, vt olim diceretur reo, ne crimen ſuum ſileret

Ioan.9,24. & occultaret, *Da gloriam Deo.* Hæc ſumma Dei gloria eſt, vt reatum noſtrum cognoſcamus & exponamus, veniam & indulgentiam impetremus. Hinc na-

Iſai.30,18. tum vt dixerit Iſaias, *Exaltabitur parcens vobis.* Non igitur honorat Deum, qui peccatis non ſe exonerat. Frequens in diuinis laudationibus eſt, qui frequens & aſsiduus eſt in Confeſsionibus ſuorum criminum. Non indiget noſtra glorificatione & exaltatione Deus, nos indigemus, vt quod debemus Deo, facta confeſsione rependamus. Hinc Paulus cap.3,23. ad Romanos, *Omnes peccauerunt, & egent gloria*

Neſcit Deum laudare, qui neſcit confiteri.

ria Dei. Egent diuina gloria, cuius honor in confeſſione non ſolùm laudatoria, ſed etiam accuſatoria conſiſtit. Quiſquis eget eleëmoſynis, eorum domos, in quibus accepturus eſt, frequenter adit & obit; ergo cùm pœnitens indigus ſit diuinæ gloriæ, quæ eſt in Confeſſione Sacramentali, recurrat ſæpè ad Eccleſiam, vbi indigentiæ ſuæ leuamen remediumq́ue facilè habebit.

XVIII.

DAuid, etſi diues opum & opulentus fuiſſet, potuiſſetq́ue aureas & argenteas ſtatuas erigere Deo, maluit offerre atque proferre ſtatuam diui Petri pœnitentis, vt oſtenderet eam ſe oblationem feciſſe atque libaſſe, quam Petrus dolens & afflictus dicauit & conſecrauit. Petrus ſpiritum contribulatum, cor contritum & humiliatum obtulit, & Dauid hoc ipſum litauit. *Ex abundantia cordis os loquitur*, & quiſquis corde contritus & humiliatus eſt, veniet ad oris confeſſionem, vt cor ſuum coram Deo & eius Vicario effundat. *Contritus verè*, ſicut ait Iuſtinianus cap. 15. de Obedient. *quemadmodum diſplicent delicta quæ fecit; ita cum rubore & mœrore accuſator eſt ſui; non alteri, ſed ſibi culpam obiicit. Ego, inquit, ſum qui peccaui, ego Deum meum offendi, conſcientiam propriam fœdaui, contempſi legem, gratiam repuli, vitiis &*

Effigies Petri pœnitentis.

Matth. 12, 34.

Digitized by Google

dæmonibus me ſubieci; libertatem amiſi, ſponte & nemine cogente deliqui. In iis verbis compunctus ex corde pectus ſuum tundit, fundit lacrymas, emittit ſuſpiria, preces ingeminat, orat ex corde, aduocat Sanctos, Angelos interpellat, ac Deo cum gemitibus errata commiſſa confitetur. Tamdiu verò proſtratus in humili poſtulatione perſeuerat, donec erga ſe Dominum ſentit eſſe placatum. Nam diuina clementia nequaquam ſinit pœnitentem, & veniam humiliter flagitantem, vacuum ab oratione diſcedere, dicente Propheta, Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Exclamat ibidem Iuſtinianus: *Mira res, mirabiliſque miſericordia Dei & Redemptoris noſtri. Gemit peccator intra ſe, doletque perpetraſſe delictum, & confeſtim placatur Altiſſimus. Confitetur errorem ſuum, & ex hoc acquirit veniam. Non præfigitur tranſgreſſoribus certum tempus ad pœnitendum, non aditus negatur ad poſcendam indulgentiam, neque numerus ſtatuitur petitionum ad remiſſionis gratiam promerendam. Quoties, ait, ingemuerit, non recordabor. Si ſemel, ſi bis, ſi decies, ſi centies, ſi millies illum peccaſſe pœnituerit, iniquitatum ipſius nequaquam memor ero. Hoc inſinuare voluit Saluator noſter, cùm Petro interroganti, ſi vſque ſepties fratri aduerſum ſe delinquenti indulgere deberet, reſpondit inquiens: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ad ſeptuagies ſepties: tacitè videlicet ſignificans, vt quoties veniam*

Pſal. 50, 19.

Semper datur ad veniam aditus.

Ezech 18, 22.

Matth. 18, 21.

veniam petat, toties ignoſcat. Quod autem Petro Dominus indicauit eſſe faciendum, hoc ipſum agere ergà miſericordiam flagitantes dubitet nemo. Nam ipſius Domini eſt vox illa exhortationis, quæ ait: Eſtote miſericordes, Luc. 6, 36. *ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* Concludit Iuſtinianus: *Quamobrem inexcuſabilis eſt apud Deum, quiſquis voluntariè peccat, & in delinquendo perſeuerat potiſſimè, cùm Dei bonitas ſit ad ignoſcendum paratiſſima, & ad percipiendum remiſſionem criminum via effecta ſit lata. Sinum namque ſuum in perſona Domini ad ſuſcipiendos omnes toto terrarum orbe diffuſa ſancta mater expandit Eccleſia.* Expandit Eccleſia ſinum, non vt dona & munera accipiat, ſed vt Chriſtianum Dauidem ac Petrum ſuum pœnitentem contritum & afflictum corde benigniſſimè recipiat.

XIX.

DAuid, poſtquam iam euaſerat è naufragio, non modò tabulam, in qua ſaluus in portum venit, ſed ſalutarem ſuum, & ipſum quidem crucifixum, pro voto ſummo æterno obtulit Patri. Chriſtus è cruce pendens cum iniquis reputatus eſt. Agnus innocens erat, & reum Agnum crimina noſtra fecerunt. Quoties illa confitemur, eius innocentiæ conſulimus, & reos nos eſſe oſtendimus. Ea propter ſatis prudenter Eccleſia ſancta vtriuſque

Effigies crucifixi.

Confeſſio oſtendit innocentiam Chriſti, & idcircò frequentanda.

ſexus fidelibus mandat ac præcipit, vt tempore Chriſti patientis peccata ſua ſaltem confiteantur, cupiens hoc pacto inſontem Redemptorem manifeſtare, homines verò nocentes, quorum cauſa ipſa ſanctitas & innocentia crucem & mortem ſubit. Ergo quiſquis Sacramentum Pœnitentiæ frequentat, deſiderat, vt Chriſtus inculpatus etiam atque etiam innoteſcat; & qui tardus eſt ad confeſſionem, tardus etiam eſt ad eius innocentiæ defenſionem. Quamdiu ſe tegit homo reus, neceſſe eſt, vt quaſi reus Agnus immaculatus patiatur. Quanti verò valeat apud Deum huius generis confeſſio, ſatis apparet in bono illo Latrone, qui in extremo mortis articulo oſtendit virtute ſuæ confeſſionis ſe peccatorem, Chriſtum verò omni culpa, omni peccato

Luc. 23, 39. carentem. *Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus, blaſphemabat eum dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali geſſit.* Pulchra Confeſſio, quæ

Luc. 23, 43. talem habere meruit abſolutionem. *Hodie*, inquit Chriſtus, *mecum eris in paradiſo.* Huius confeſſionis æſtimator, & ſimul rei confitentis imitator S. Laurentius Iuſtinianus Serm. de Paſſione Domini: *Memento*

mento mei, inquit, ***non tantùm vt veniam in regnum** tuum, verùm etiam vt doloribus compatiar tuis, tuæque communicem paſſioni. Incongruum eſt nempe, vt te patiente, te languente, te moriente, ego à cruciatibus illæſus efficiar, potiſſimè cùm tui ſim cauſa mœroris. Ego enim ſum qui deliqui, ego qui meis exigentibus culpis vindictam merui, iuſtitiam Dei irritaui. Conturbaui namque cælum, Angelos deſpexi, præuaricatus ſum legem, diabolum lætificaui, offendi Sanctos, promiſſa vilipendi, Deóque ſemper aduerſus fui. Tu horum nil egiſti, cùm ſis Agnus innocens, ſanctus Dei, à facinoribus immunis, Patri obtemperans, hominumque ſingularis amator. Tædet prorſus me vitæ meæ, terret me conſcientia, trepidare me cogunt perpetrata delicta, dum te Regem gloriæ, decorem regni, Vnigenitum Dei, Angelorum gaudium, in cruce penè exſpirare conſpicio, aſpernari à perfidis audio, mea perferre ſupplicia cognoſco.*

Cæſarius lib. 11. de Morientibus, cap. 38.

Magiſter Thomas Theologus cùm lecto decumbens eſſet moriturus, vidit diabolum in angulo ſtantem: quem cùm cognouiſſet, voce Martini allocutus eſt eum, dicens: *Quid hîc adſtas cruenta beſtia? Dic mihi, quid eſt quod maximè vobis noceat?* Cumque ille nihil reſponderet, Scholaſticus ſubiunxit: *Adiuro te per Deum viuum, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos,*

mortuos, & ſæculum per ignem, vt dicas mihi huius interrogationis veritatem. Ad quod dæmon reſpondit: *Nihil eſt in Eccleſia, quod tantum nobis noceat, quod ſic virtutes noſtras eneruet, quàm frequens confeſſio. Quamdiu enim homo in peccatis eſt, peccatis dico mortalibus, omnia eius membra ligata ſunt, & non poteſt ſe mouere: cùm verò peccata eadem confitetur, ſtatim liber eſt, & mobilis ad omne bonum.* Quo audito, Doctor ille bonus, & Crucis Chriſti fidelis prædicator, lætus expirauit, & confirmauit, artem benè viuendi ac benè moriendi ſitam eſſe in Confeſſione, quæ eſt certa & ſecura ad ſacram Communionem via, quam 1.Corinth.11,28. diuinus Paulus oſtendit, inquiens: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*

SA-

Digitized by Google

SACRI ORATORII
PARS TERTIA

PIARVM IMAGINVM
NOVEM SANCTARVM VIRGINVM
CVM SVIS INSIGNIBVS
ET
ANIMÆ INNOVATÆ
CVLTV ET VSV
SACRÆ EVCHARISTIÆ;
IN GRATIAM
CELEBRANTIVM ET COMMVNICANTIVM.

HYMNVS

COMPOSITVS AD NVMEROS CIRCVMSTANTIARVM SACRÆ EVCHARISTIÆ CANTATVS PER VIRGINES AD NVMEROS SVORVM INSIGNIVM.

PERISTASES, ſiue circumſtantiæ ſeptem numero, pro actibus humanis à Philoſophis & Theologis recenſentur, quas numerat ſanctus Thomas 1. 2. quæſt.7. artic.3. comprehenſas illo verſu,

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Subiungit earum expoſitionem Angelicus Doctor: *Conſiderandum eſt enim in actibus, quis fecit, quibus auxiliis & inſtrumentis fecerit, quid fecerit, vbi fecerit, cur fecerit, quomodo fecerit, & quando fecerit.* Hæc omnia conſideranda ſunt in ſummo actu, quem fecit Chriſtus, cùm condidit Euchariſtiam. Et quidem ad numeros harum circumſtantiarum compoſitum Hymnum ab eodem ſancto Thoma canunt non verbis, ſed rebus virgines, ad numeros

Digitized by Google

ſuorum inſignium. Hic chorus nouem virginum, nouem cæleſtium Muſarum.

Canunt quis fecit

CAECILIA & DOROTHEA.

Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium,
Sanguiniſque pretioſi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

Canunt quid fecerit

CATHARINA ALEX. & CATHARINA SENENS.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conuerſatus,
Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatus
Miro clauſit ordine.

Canunt vbi fecerit

AGATHA & CLARA.

In ſupremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,

Obſer-

Obſeruata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.

Canunt quibus auxiliis & inſtrumentis fecerit

LVCIA & THERESIA.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque ſanguis Chriſti merum,
Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſincerum
Sola fides ſufficit.

Canunt cur fecerit

BARBARA & AGNES.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.

Digitized by Google

Canit quomodo fecerit, & quando fecerit,
GLORIOSA IN ASSVMPTIONE MARIA.

Genitori, Genitoque
Laus & iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedictio:
Procedenti ab vtroque
Compar ſit laudatio. Amen.

SACRA EVCHARISTIA
Ars artium benè viuendi, & benè moriendi,
Figurata & illuſtrata.

Audi Hymnum, & attende ad imagines & inſignia CAECILIAE & DOROTHEAE. Ad hanc formam celebra, communica, & Viaticum ſume.

IMA-

CAECILIA | DOROTHEA
Canit organo. | *Fructum signat.*



Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium,
Sanguinisq; pretioſi,

Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMASEPTIMA EXPLICATA,

SS. CÆCILIÆ ET DOROTHEÆ CANENTIVM MORE CÆLESTI QVIS SIT REX IN EVCHARISTIA.

POSTQVAM pœnitens Dauid ritè confeſſus & abſolutus eſt, de ſacro Pœnitentiæ Oratorio in Oratorium ſacroſanctæ Euchariſtiæ tranſit, vbi venerabile Sacramentum inuenit, quod S.Dionyſ. Eccleſ.Hierarchiæ cap.3. Parte 1. *Sacramentum Sacramentorum* meritò appellat, quippe quo nihil melius, nihil ſplendidius & purius eſſe poteſt. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Germinat vinum virgines, ſummæ artis benè viuendi ac moriendi duces & magiſtras, quæ occurrunt rhythmum Eccleſiaſticum canentes in honorem Euchariſtiæ, *Explicatio.* *Zachar.9, 17.*

Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium.

Canunt cæleſti more, *Cæli enarrant gloriam Dei*, non tam ſonitu verborum, quàm ſignis & inſignibus ſi- *Pſal.18,2.*

derum & aſtrorum. *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.* in quem locum Baſilius, *Neque ſermonem*, inquit, *emittunt, neque verbum aliquod proferunt, ſed ſola ordinis ſui oſtenſione, & terram vniuerſam, & mare ad laudandum Deum vocant.* Ita cæleſtes quoque virgines & Muſæ ſermonem nullum emittunt, nec verbum aliquod proferunt, ſed ſuis quæque propriis inſignibus enarrant & cantant gloriam venerabilis Sacramenti, in quo Rex & Dux ſanctæ & immaculatæ virginitatis aſſiſtit.

Concentus cæleſtis, Binæ & binæ virgines procedunt, canunt & modulantur, non tam vocibus quàm inſignibus quibus exprimi & ornari conſuerunt, innuentes, exprimentes declaranteſque partes ſingulas Hymni Euchariſtici, quæ ſingulis ſuo ordine aſſignantur.

Organi, Cæcilia in primis, quæ in ſuo ludens organo ſemper pingitur picta, organo modulatur,

Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium.

Pſal. 118, 80. Cantabat ad organum illa, *Fiat cor meum immaculatum, vt non confundar.* Hæc excitat nouum Dauidem venientem ad Communionem, vt corde & animo immaculatus accedat. Hoc ipſum quod canit & ſignat organo ſuo Cæcilia, intus in corde experitur anima

animæ communicantis, teſtante D. Laurentio Iuſtiniano cap.19. de Monaſt. perfect. *Nihil tunc ibi, niſi dulciſona interioris hominis cantica, clamores deſideriorum, gratiarum actiones, laudum præconia, affectionum gemitus reſonant in laude dilecti.*

Accedit & Dorothea ornata caniſtro fructuum, quos legit in paradiſo, & per Angelum tranſmiſit, & hæc eadem comitata ſuis inſignibus proſequitur, *Fructuum.*

Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

Quod canit & ſignat fructibus Dorothea, ſonat Homil.8. in Eccleſiaſt. Nyſſenus. *Caro Verbi, & ſanguis qui eſt in hac carne, non vnam habet gratiam, ſed eſt ſuauis iis qui guſtant, & appetendus iis qui deſiderant, & iis qui diligunt amabilis.* Sonat clariùs Nicolaus Cabaſila in Expoſit. Liturg. cap.3. *Fructuum primitias offerebant antiqui, nos autem tamquam vitæ noſtræ primitias hæc dona Deo conſecramus.* Ambæ virgines, Cæcilia & Dorothea, præferentes inſignia ſua, rebus loquuntur, non verbis, quis ſit auctor Sacramenti, ſacram honorant Euchariſtiam, monentque celebrantem & communicantem, vt cor ſuum aptent in ſimilitudinem picturæ, & eam imitari conentur, dum offerunt & percipiunt ſacram Synaxim.

Euchariſtia Hoc *Sacramentum*, vt ait S.Thomas 3.p. q.73. a.4. *habet triplicem ſignificationem. Vnam quidem reſpectu præteriti, in quantum ſcilicet eſt commemoratiuum Dominicæ paſſionis, quæ fuit verum ſacrificium: & ſecundùm* *Sacrificium,* *hoc nominatur ſacrificium. Aliam autem ſignificationem habet reſpectu rei præſentis, ſcilicet Eccleſiaſticæ vnitatis, cui homines aggregantur per hoc Sacramentum; & ſecundùm* *Communio.* *hoc nominatur Communio vel Synaxis. Tertiam ſignificationem habet reſpectu futuri, in quantum ſcilicet hoc ſacramentum eſt præfiguratiuum fruitionis Dei, quæ erit in* *Viaticum.* *patria; & ſecundùm hoc dicitur Viaticum, quia hîc præbet nobis viam illuc perueniendi. Et ſecundùm hoc etiam dicitur Euchariſtia, id eſt bona gratia; quia gratia Dei vita æterna, vt dicitur Rom.*6. Habes ergo in Cæcilia & Dorothea formam ſacrificij, Communionis, & Viatici.

SACRIFICIVM.

O ſalutaris Hoſtia.

Celebra Sacerdos ad Cæciliæ formam, & eius inſignia.

Qualis Cæcilia, talis & anima Sacerdotalis. *Pſal.*26,6. CAnit organo Cæcilia, vt & anima Sacerdotis adhærens eidem Virgini, dicat: *Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo,*

tabo, & pſalmum dicam Domino. Ritè ac rectè hoſtia vociferationis Euchariſtia eſt, quæ voce ſacerdotali conficitur & perficitur, & quidem tam mirabili ac ſublimi, vt cùm ille conſecratoria verba pronuntiat, vox eius vſque ad Dei thronum perueniat. Magnum Sacerdotis organum, cuius ſonus adyta cælorum penetrat. *Circuiui*, inquit, *& immolaui hoſtiam vociferationis*. Circuit Sacerdos, circumſpicit ſe, ne quid lateat in corde ſuo, quod tanto deroget ſacrificio, oratque more Cæciliæ: *Fiat cor meum immaculatum, vt non confundar*. Pſal. 118, 80.

Nouerat ſanè Cæcilia, corpus ſuum eſſe virginalis animæ organum, & in eo hoſtiam laudis offerebat. Diſcat & Sacerdos carnem ſuam temperare, diſcat componere & diſponere, vt mente & ſpiritu pſallat, *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*. Corpus humanum ex elementis componitur, de quibus agens Sapiens cap. 19, 17. ait, *In ſe elementa dum conuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt*. Sonat ac reſonat in organo qualitatis anima, cùm nihil inordinatum nihil inornatum eſt in còrpore Sacerdotis. *Organum corporis.*

Cæciliæ organum flante & reflante aëre ſonum ſuum edit, & cùm conſecrat Sacerdos, ſciat ſe or-

Organum Eccleſiæ, & Spiritus ſancti.

ganum eſſe Catholicæ Eccleſiæ, cuius nomine ſacrificium altaris conficit. Mutum organum eſſet, niſi Spiritus ſanctus adeſſet. Hinc Auguſtinus lib.3. de Trinit. cap.4. monet: *Nec linguam eius, nec membranas, nec atramentum, nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna litterarum conſcripta pelliculis, Corpus Chriſti & Sanguinem dicimus, ſed illud tantùm quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis. Quod cùm per manus hominum ad illam viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, vt ſit tam magnum Sacramentum, niſi operante inuiſibiliter Spiritu Dei, cùm hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.*

Oratio Eccleſiæ & animæ celebrantis ad formam Cæciliæ.

MVnera, quæſumus Domine, oblata ſanctifica, & corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emunda.

Conſonant Sacrificium, & Dorothea.

Myſtica Dorothea anima Sacerdotis.

ARbor vna nobilis crux eſt, in cuius elogium canit Eccleſia ſancta: *Hæc eſt arbor digniſſima in paradiſi medio ſituata.* Ex hac paradiſi arbore fru-

ctum

ctum Euchariſtiæ Chriſtus legit, canitque propterea Eccleſia: *Fructum ſalutiferum guſtandum dedit Dominus mortis ſuæ tempore.* & rurſus: *A fructu frumenti & vini multiplicati fideles, in pace Chriſti requieſcunt.* Cùm ergo Sacerdos ad Sacrum faciendum venit, cogitet ad paradiſum vocari ſe, vt legat è cruce fructum, è cruce, inquam, quæ in altari neceſſariò collocatur, vt coram illa peragat ſacrificium. Chriſtus ſanctis ac puris manibus ex arbore fructum cepit, legit & Dorothea; carpat & anima immolantis Sacerdotis, vt talis euadat, qualem optabat Dauid: Pſal.23.4. *Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde:* mundo corde, ſicut Cæcilia erat; innocens manibus, ſicut erat Dorothea.

Non peragit ſolus ſacrificium altaris Sacerdos, *Miniſter Sacerdotis Angelus.* vtitur & ipſe miniſtro, qui locum Angeli tenet, cuius angelico miniſterio vſus, quodammodò tranſmittit ad populum fructum, quem colligit in altari. Habet Angelum Dorothea, habet Sacerdos miniſtrum, qui ſacris myſteriis aſſiſtit. Cùm verò non ſolùm agat de communicandis populo fructibus, ſed etiam tranſmittendis in cælum, cæleſtis Angeli operam implorat, & orat.

Oratio

Digitized by Google

Oratio Eccleſiæ & animæ celebrantis ad formam Dorotheæ.

SVpplices te rogamus, omnipotens Deus: iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ Maieſtatis tuæ: vt quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum Filij tui Corpus & Sanguinem ſumpſerimus, omni benedictione cæleſti & gratia repleamur.

COMMVNIO.

O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur.

Communica ad formam Cæciliæ, & eius inſignia.

Myſtica Cæciliæ anima communicantis. SIt non ſolùm in offerente Sacerdote, ſed etiam in Dauide percipiente ſacram Synaxim, ſpiritus Cæciliæ virginis, quæ cantu ſuo celebrat Euchariſtiam. Celebret quoque ipſe, vt panem Angelorum more Angelico manducet. Modulantibus in cælo organis cibum ſuum Angeli ſumunt, idcircò cùm panis è cælo deſcendit, vna voce cecinerunt: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; (Luc. 2, 14.) & canendo declararunt, cæleſtem Euchariſtiæ

chariſtiæ panem cum laudibus eſſe capiendum. Ad has laudes excitat virgo Cæcilia, pangit illa, *Pange lingua glorioſi Corporis myſterium*: pange Chriſtiane Dauid, *in voce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis*. Quid ſic? ratio petenda eſt ex Auguſtino in Pſalm. 99. *Nolite putare, quia deficitis in laudando: laudatio veſtra quaſi manducatio erit. Quantum laudatis, tantum vires acquiritis; & tantum dulceſcit, quem laudatis.* Pſal. 41, 5.

Modulantibus organis ſancta Cæcilia canit, ad cuius imitationem, ſicut monet Eccleſia mater, *in voce exultationis reſonent epulantes in menſa Domini.* Quàm benè Ambroſius lib. de Bono mortis cap. 6. hanc conſonantiam, hanc reſonantiam deſcribit! *Iuſti anima vtitur corpore velut inſtrumento, aut organo, quæ velut præclara artifex, quò vult obſequium corporis ducit, & effingit de eo ſpeciem quam elegerit, & eas quas voluerit facit in eo reſonare virtutes, pangens nunc modulos caſtitatis, nunc modulos temperantiæ, ſobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, virginitatis ſuauitatem.* Anima innouata ſuauitas, & dulcedo.

Reſonat virtutes anima, & tamquam apis argumentoſa deſeruiens veniat ad fauum mellis. Pangat modulos caſtitatis, vt ſine labe accedat ad Euchariſtiam. Pangat modulos temperantiæ, vt temperatis paſſionibus, paſſum Chriſtum amplectatur.

Reſonet ſuaue carmen ſobrietatis, vt ſobriè viuat, & hauſtum pretioſi Sanguinis hauriat. Sonet integritatis dulcedinem, vt totam ſe venerabili Sacramento deuoueat. Adiungat virginitatis ſuauitatem, vt in ſuo fonte dulcedinem ipſam deguſtet, & oret.

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Cæciliæ.

PRæbeant nobis, Domine, tua ſancta feruorem, quò eorum pariter & actu delectemur, & guſtu.

Conſonant Communio, & Dorothea.

Myſtica Dorothea anima communicantis. SIt in Dauide ad ſacram Synaxim accedente Spiritus virginis Dorotheæ, vt dignus ſit qui paſcatur & fruatur ſacris fructibus Euchariſtiæ. *Diuidui fructus ſunt, neceſſarij, & voluptarij*, teſte Ambroſio libro de Noë & arca cap.23. fructus Euchariſtiæ ne-
Ioan.6,54. ceſſarius eſt. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vo-*
Pſal.33,9. *bis*. Fructus eſt, qui miram dulcedinem affert. *Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.*

Anima innouata voluptas, & recreatio. *Anima voluptariis, hoc eſt, ſapientiæ fructibus alitur*, citatus Ambroſius ait. Hos fructus facilè deprehendes,

des; ſi caniſtrum Dorotheæ conſideres ac contempleris, & qui ſunt in eo fructus, arbitreris eſſe Euchariſticos. Vnde cùm ad templum ſanctum venis vt Sacramentum percipias, cæleſtem percipe voluptatem, vt & animam tuam alas. Alebat & ſuam ſapientiſſima Maria, cùm canebat: *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Luc. 1,47. Exultant quoque communicantes fideles, qui vno ore & conſona voce cantant, *Ex altari tuo Domine Chriſtum ſumimus, in quem cor & caro noſtra exultant.* Vnde & Eccleſia vel in ipſa Dominica ſacræ Paſſionis orat, & orare docet animam fructibus Euchariſtiæ recreatam.

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Dorotheæ.

ADeſto nobis, Domine Deus noſter: & quos tuis myſteriis recreaſti, perpetuis defende ſubſidiis.

VIATICVM.

QVem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, ſed dabis viaticum de gregibus, & de arca, & de torculari tuo. Deut. c. 15, 13.

Cyrillus lib. 7. de Ador. *Liberauit nos gratis Dominus: poſtquam verò nos liberos fecit, id eſt, à peccatis ab-*

ſoluit, adiecit ſeipſum viaticum tamquam victima omnis maculæ expers, concedens, vt viuificam benedictionem participaremus, ſanctam dico Carnem & Sanguinem. Hoc

Deut. 15, 13. *exiſtimo, quod ait lex, oportere ſuppeditari viaticum de ouibus, & de frumento, ac vino, vocatis ad libertatem.*

O panis infirmorum!

Ad formam Cæciliæ & Dorotheæ viaticum ſume.

Pſal. 126, 5. *Viaticum tollit confuſionem, & amaritudinem mortis.* Pſal. 118, 80.

N*On confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta;* ſi quis ad portam mortis viatico ſe munierit, & in eius perceptione orauerit cum Cæcilia, *Fiat cor meum immaculatum, vt non confundar.* Ex ſacra Chriſti paſſione ortum habuit Euchariſtia; & cùm mors amara ſit, ſuauiſſimum ac dulciſſimum nobis hunc protulit fructum: *Fructum ſalutiferum guſtandum dedit Dominus mortis ſuæ tempore*, vt mortis amaritudinem tolleret; ac proinde dicit Sponſa:

Cant. 2, 5. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* Floridi fructus erumpunt in Euchariſtia, quos oſtendit & offert ægro iacenti, ac in lecto decumbenti

Pſal. 126, 4. Dorothea. *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.* Pſalle exemplo cygni morientis:

Cùm

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris. Pſal. 126, 4

Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum.

Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

SIGNACVLVM cultus & vſus EVCHARISTICI, SIGILLVM Cæciliæ & Dorotheæ impreſſum animæ.

COnficiunt elementa organum, cùm cap. 19. v. 17. dixerit diuinus Sapiens, *In ſe elementa dum conuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt.* Conuertuntur quaſi in qualitatis organo elementa, ex quibus fœtus & fructus naturales proueniunt. Fructus cæleſtis paradiſi Euchariſtia eſt, & ad eius productionem accedunt & conueniunt ignis diuini amoris, aqua ſupernæ gratiæ & ſpiritus ſapientiæ Dei, quæ quidem elementa ſonum ſuum in hoc myſterio cuſtodiunt, & nobis pretioſum hunc fructum progenerant. Conſonant itaque ſibi Cæcilia & Dorothea, organum & fructus ſatis ſibi reſpondent, ſatis conueniunt vt conficiant vnum ſignaculum cultus & vſus Euchariſtiæ. Conſonant ambæ Reginæ ſuæ Eſther,

Reginæ virginum Mariæ, quæ tota Euchariſtica eſt: ipſa Spiritus ſancti organum eſt, & ipſa fructum benedictum protulit Regem, cuius memoria in ſacra Euchariſtia recolitur. De quo fructu Pſalmiſta Pſal.4,8. ait: *A fructu frumenti, vini & olei ſui, multiplicati ſunt.* quaſi dicat, Deus præbet vinum & frumentum materiam venerabili Euchariſtiæ, quibus ritè conſecratis, homines multiplicantur & augentur ſpiritualibus bonis in Eccleſia. Atque hic eſt fructus ille ſpiritalis, quem Dorotheæ fructus, quos in imagine Ioan.6,33 depictos vides, myſticè deſignant. *Panis enim Dei eſt,* Pſal.22,5. *qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo.* Calix item Zach.9,17 *inebrians, & frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* Flores autem quos in calatho circumfert, repræſentant ſpiritales illos flores honoris & gratiæ quas venerabilis Euchariſtia dignè commu- Eccli.24, 23. nicantibus præbet. Hæc enim quaſi vitis fructificat ſuauitatem odoris, & flores eius fructus honoris & honeſtatis.

AT-

ATTENTIO.

Attende, & audi.

In omni ore indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. Eccli.49,1.

QVando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quis ille Princeps ſit, cuius ſolemnis memoria agitur in Euchariſtia. *Memoria iuſti cum laudibus* melliflui cantus, & muſicæ, quam in organo ſuo edit cæleſtis Muſa Cæcilia, æmula Regis Dauidis qui in myſtico organi luſu primas tulit. Hic Rex cultor memoriæ Euchariſticæ, oſtendit, quis fecerit, quis hanc memoriam reliquerit. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus*: & vt tantum colat Dominum, ait, *Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara.* Loquitur ſecum Dauid, quæ eſt in hunc locum interpretatio Baſilij: *Pſalterium & citharam ſeipſum Propheta vocat. Velut enim muſico quodam organo in ſeipſo propheticam melodiam ſonabat, ſeipſum tamquam ad hymnodiam excitans.* Attende diligenter & audi, *Memoria iuſti cum laudibus* dulcium & ſuauium fructuum, quos cæleſtis Muſa Dorothea profert, & cantibus ſuis effert,

Prou.23,1. *Sigillum impreſſum animæ.* Prou.10,8. Pſal.110,4 Pſal.56,9.

fert, cuius æmula anima celebrantis ac communicantis reſpondeat: *Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Hæc inſignium virginalium impreſſio, hæc forma ſigilli eſt. Adiungitur & annectitur fortiùs chartæ ſigillum, comprimitur & forma eius exprimitur. Cùm chartæ inſtar ſit particeps rationis anima, in qua Deus naturæ legem deſcripſit, cùm agatur de imprimendo in ea ſignaculo ſanctarum Virginum & martyrum Cæciliæ & Dorotheæ, opus eſt vt per ſedulam & accuratam mentis & cordis attentionem earum effigies fortiter applicentur, aptentur & comprimantur, quæ quidem coarctatio ſine ſtricto vinculo dilectionis & affectionis, qua anima innouata in Euchariſtiam feratur, fieri nequit.

Cant. 2, 3.

Audi Hymnum, & attende ad imagines & inſignia vtriuſque CATHARINAE. Ad hanc formam celebra, communica, & Viaticum ſume.

IMA-

CATHERINA ALEX. — *Datum, et natum;*

CATHERINA SENENS. — *Passum signat.*



Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conuersatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Xxx

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMAOCTAVA EXPLICATA,

SS.CATHARINÆ ALEX.& CATHARINÆ SENEN. CANENTIVM MORE CÆLESTI, QVID DETVR IN EVCHARISTIA.

QVI venit vt ſacris aſſiſtat altaribus, & ſacroſancto ſe pabulo Euchariſtiæ reficiat, obuias ſibi virgines habet, quæ ſuis inſignibus ac concentibus eum excipiunt, vt intra Oratorium adducant. Occurrit vtraque Catharina, præcedit Alexandrina, & de more picta præcinit, *Explicatio* *Concentus cæleſtis,*

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine.

Præcinit ſtylo cæleſti, cuius monetur Iob cap.38. verſ.4. *Vbi eras, cùm me laudarent ſimul aſtra matutina?* Luminaria matutina laudant ſuum benefactorem ſplendidis ſuis inſignibus, in quam formam non tam vocibus quàm accepti annuli ſigno, ſacram Euchariſtiam virgo celebrat. Regia virgo Catharina eſt Regibus Arabiæ ſimilis, qui ſtellâ cæli ducti, & ſimul inſtructi, cæleſti more, non tam verbis,

Digitized by Google

quàm ſignis auri, thuris, & myrrhæ Deum in carne natum coluerunt, & adorarunt. Cùm necdum regia virgo Catharina Alexandrina eſſet aquâ luſtrali tincta, ſed ſolùm catechumena, requiſitus puer IESVS, vt ſponſæ loco haberet illam, votis eius non annuit, nuptiis ſuis animam indignam cenſuit, quæ necdum lauacro Spiritus ſancti fuerat emundata. Poſt ſuſceptum iam Baptiſma, interueniente ſereniſſima MARIA, puer Ieſus Catharinam ſponſam ſibi delegit, cui pronubum annulum clæleſtis Sponſus donauit.

Annuli,

Magnus hic fauor, grande donum, ſummum hoc beneficium eſt; quod etiam accipit anima, cùm ad nuptias Euchariſtiæ ſacræ admittitur, & myſtica Catharina redditur, vt & canere poſſit, *Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine.* Hoc ipſum quod cantibus & inſignibus præfert Catharina Alexandrina, cognoſcit in anima communicantis patrari D. Laurentius Iuſtinianus cap. 9. de Monaſtic. perfect. *Pia etenim mens tanti ſponſi lætificata præſentia, venerando hoc mediante Sacramento, repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deiicitur, lumine irradiatur, pace ſatiatur, roboratur fide, deuotione ſaginatur, atque indiſſolubili amoris vinculo interiùs Redemptori copulatur.* Atque *hanc* potiſſimùm *ob cauſam* (inquit

(inquit S. Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap.3. Parte 1.) *id quod præcipuis quoque aliis Sacramentis commune eſt, huic per excellentiam præ ceteris eſt attributum, vt ſingulariter Communio & Synaxis appelletur; quòd nimirum diuiſas quoque vitas noſtras ad vniformem colligat deificationem, atque deiformi diſſitorum coagmentatione cum illo vno communicet, viuatque.*

Proxima Catharinæ Alexandrinæ Senenſis Catharina venit, ſacræ paſſionis monilibus inſignita, qualis & ipſa efformari conſueuit, vt qui datus & natus ex illibata Virgine fuit, paſſum & crucifixum pro nobis fuiſſe diſcamus. Canit illa: *Inſignium ſacræ paſſionis.*

Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatus
Miro clauſit ordine.

Signat itaque cantibus & inſignibus Chriſtum paſſum, cuius paſſionis memoriam in conſecratione & Communione celebramus. *Enimuerò* (inquit ſanctus Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap.3. §.12.) *quomodo nobis diuina iſtà imitatio aliter obueniat, niſi tam præſtantium memoriâ beneficiorum Dei, ſacerdotalibus prædicationibus atque myſteriis iugiter innouetur? Hoc itaque facimus, vt Eloquia iubent, in eius commemorationem.* Et paulò poſt, *Dum,* inquit, *Sacerdos aut Pontifex ad ſacroſanctam ex diuino inſtituto procedit conſecrationem, re-*

uerenter ſimul & vti decet, de ſacrificio dignitatem ſuam ſuperante ſe purgat, ad Chriſtum priùs exclamando, Tu dixiſti, Hoc facite in meam commemorationem, &c. Ad formam igitur patientis Chriſti componit ſe Catharina, cui ſimiles, ait Damaſcenus lib. 4. de fide Orthod. *accedamus deſiderio ardenti, manus in crucis modum formantes, Crucifixi corpus ſuſcipiamus.* Vtraque nobis Catharina exemplo ſit, vt ad formam vtriuſque nos ipſos efformemus, ac componamus ad Euchariſtiæ Sacrificium, Communionem, & Viaticum, quod eſt ſummum & extremum beneficium.

SACRIFICIVM.

O ſalutaris hoſtia!

Celebra Sacerdos ad formam Catharinæ Alexandrinæ, & eius inſignia.

Qualis Catharina, talis & anima Sacerdotis.

CAtharina Alexandrina, dum canit, *Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine*, excitat, monet & mouet animam Sacerdotis celebrantis, vt tota ſit virginalis, referens in ſe MARIAM, de qua Epiphanius: *Dico illam eſſe cælum, thronum ſimul, & crucem, extendens enim vlnas ſuas Dominum portauit: eamdem appello Sacerdotem pariter & altare.* Sacerdos, qui ad celebrationem venit, animam altaris inſtar compo-

Digitized by Google

componat, vt Chriſtum accipiat: præferat crucem, qui manibus Chriſtum tractat: cælum referat, qui panem de cælo miniſtrat: erigat in ſe thronum, qui Regem regum vocat, excipitque venientem. Marianus Sacerdos erit, qui hæc diligenter præſtet: quique IESVM puerum myſticæ Catharinæ, puræ ſcilicet animæ, pro qua celebrat, oſtendat & impendat.

Catharina annulum myſticum accipit, accipit & Sacerdos, cùm poteſtas Sacerdotalis à Chriſto Sacerdote ſummo procedat, qui & annulum à Patre accepit, vt cùm creatus Pontifex eſſet ſecundùm ordinem Melchiſedech, Sacerdotes omnes ſignaret. Huc pertinet quod libro de Ioſepho cap. 7. Ambroſius ait: *Quid enim ſibi vult annulus digito eius inſertus, niſi vt intelligamus, pontificatum ei fidei eſſe delatum, vt alios ipſe ſignaret?* Summa conſecrandi poteſtas, quæ in Chriſto eminet, penes Sacerdotes tantùm eſt, quibus ſolis datum, vt conficiant myſticam Euchariſtiam. Caro Chriſti aurea eſt, pretioſus eſt Sanguis Chriſti, qui rubet & ſplendet inſtar pretioſiſſimæ gemmæ. Ex hoc auro & gemma hac, *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*, prouenit & procedit annulus, quem conſecrat Chriſti Sacerdos; accipit, & ſimul oſtendit, dum Hoſtiam & calicem eleuat, annularem ſibi poteſtatem eſſe conceſſam.

Poteſtas Sacerdotis.

Ioan. 6, 56.

Catha-

Digitized by Google

Catharina Alexandrina accipit & tenet annulum, & quidem orbicularem, qui cùm ſit ſphæricâ formâ, ſatis declarat, ſolum Baptiſmum Chriſti eſſe lauacrum perfectum. Nec vllum aliud perfectum eſt ſacrificium præter id quod Chriſtus in cœna egit, & in cruce peregit; proinde iam moriturus, pendulus dixit è cruce, *Conſummatum eſt*. Cõnſummatum quoque eſt Euchariſticum ſacrificium. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Ex quo efficitur, vt bonos, pulchros, perfectos ac conſummatos poſtulet altare miniſtros. Quòd ſi tales non ſint, interdum eos perficit Sacramentum, ac proinde Iuſtinianus Serm. de Euchariſtia ait: *Calix Domini reddit hominem fecundum ſapientia, fecundum virtutibus, moribus redimitum, & ſanctitate conſpicuum, ſi cum dilectione bibat.*

Perfectum ſacrificium.

Ioan. 19, 30.

Zach. 9, 17.

Catharina ſymbolum vnitatis annulum habet: & quidem Sacramentum pacis & vnionis Euchariſtia eſt, cuius cultus ac reuerentia exigit, vt miniſter ſacrificij concilietur fratri ſuo, priuſquam ad aram & altare gradum faciat, vnde poſt oblationem iam factam nomine Eccleſiæ orat, & oportet ſemper orare.

Hoſtia pacis & vnionis.

Matt. 5, 2.

Oratio

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Catharinæ Alexandrinæ.

ECcleſiæ tuæ, quæſumus Domine, vnitatis & pacis perpetuæ dona concede, quæ ſub oblatis muneribus myſticè deſignantur.

Conſonant Sacrificium & Catharina Senenſis.

CAtharina Senenſis mirabilem illum finem, quem Chriſtus habuit, cantu ſuo perſequitur, & vt hunc finem oſtendat, proponit inſignia Crucis, monet & hortatur Sacerdotem Chriſti, vt veſtes Sacerdotales indutus, ſciat ornatum ſe inſignibus ſanctæ paſſionis, quam ſacra ornamenta ſignant. Cùm ſacris indumentis ſe tegit, & ſic indutus procedit ad altare, & in eo ſalutarem hoſtiam immolat, totus modeſtus & compoſitus Catharinam referat & imitetur. *Anima Sacerdotis.*

Catharina Chriſtum paſſum repræſentat, & in ſua effigie, qualis ſit altaris hoſtia, ſatis exprimit. Benè Auguſtinus q. 3. ad Simplicium, cuius teſtimonio vtitur S. Iſidorus 3.part.q.83. art.1. *Solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines ſunt, ſicut cùm videntes tabulam, aut parietem pictum,*

Viua Christi patientis imago immolatio. *dicimus, Ille Cicero eſt, & ille Saluſtius. Celebratio autem eſt huius Sacramenti imago repræſentatiua paſſionis Chriſti, quæ eſt vera eius immolatio. Et ideò celebratio huius Sacramenti dicitur Chriſti immolatio.* Hæc immolatio exprimitur in Catharina: cumque ipſa ſacræ paſſionis effigies exiſtat, & ſtigmata IESV, more

Galat. 6, 17. Pauli, in corpore ſuo portet, eiuſdem Apoſtoli vo-

Rom. 12, 1. cem vſurpans, miniſtris altaris dicit: *Obſecro itaque vos, fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.*

Viua memoria. Catharina præuenit celebrantem Sacerdotem, vt memor redemptionis Chriſti, ſolemne myſterium celebret. Præuenerat Chriſtus priùs in prima con-

Luc. 22, 20. ſecratione: *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Cibus vnus Creatoris Dei attulit obliuionem, vna eſca venerabilis ſacrificij Redemptoris noſtri Dei perpetuam inducit recordationem. Vnde Eccleſia ſacroſancta, cuius filia virgo Catharina eſt, & ipſa referens matrem, in feſto Corporis Chriſti precatur, acceditque precanti Sacerdos.

Oratio

Digitized by Google

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Catharinæ Senenſis.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti; tribue quæſumus ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus.

COMMVNIO.

O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur.

Communica ad formam Catharinæ Alexandrinæ, & eius inſignia.

CAtharina Alexandrina vocatur ad nuptias Agni; vocatur etiam pura & candida anima, cui dicit Agnus: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Ne quis ambigat, animam in Communione eſſe nuptialis annuli participem, conſulat D. Lucam cap.15, 22. vbi de confeſſione & Communione filij prodigi ſermo eſt: *Dixit pater ad ſeruos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius: & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur; quia*

Myſtica Catharina anima communicantis.
Cant.8,5.

Viua Chriſti patientis imago immolatio. *dicimus, Ille Cicero eſt, & ille Saluſtius. Celebratio autem eſt huius Sacramenti imago repræſentatiua paſſionis Chriſti, quæ eſt vera eius immolatio. Et ideò celebratio huius Sacramenti dicitur Chriſti immolatio.* Hæc immolatio exprimitur in Catharina: cumque ipſa ſacræ paſſionis effigies exiſtat, & ſtigmata IESV, more Pauli, in corpore ſuo portet, eiuſdem Apoſtoli vocem vſurpans, miniſtris altaris dicit: *Obſecro itaque vos, fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.*

Galat. 9, 17. Rom. 12, 1.

Viua memoria. Catharina præuenit celebrantem Sacerdotem, vt memor redemptionis Chriſti, ſolemne myſterium celebret. Præuenerat Chriſtus priùs in prima conſecratione: *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Cibus vnus Creatoris Dei attulit obliuionem, vna eſca venerabilis ſacrificij Redemptoris noſtri Dei perpetuam inducit recordationem. Vnde Eccleſia ſacroſancta, cuius filia virgo Catharina eſt, & ipſa referens matrem, in feſto Corporis Chriſti precatur, acceditque precanti Sacerdos.

Luc. 22, 20.

Oratio

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Catharinæ Senenſis.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti; tribue quæſumus ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus.

COMMVNIO.

O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur.

Communica ad formam Catharinæ Alexandrinæ, & eius inſignia.

CAtharina Alexandrina vocatur ad nuptias Agni; vocatur etiam pura & candida anima, cui dicit Agnus: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Ne quis ambigat, animam in Communione eſſe nuptialis annuli participem, conſulat D. Lucam cap.15, 22. vbi de confeſſione & Communione filij prodigi ſermo eſt: *Dixit pater ad ſeruos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius: & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur; quia*

Myſtica Catharina anima communicantis. Cant.8,5.

hic filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat & inuentus eſt.

Veſtita veſte nuptiali. Catharina priùs induit & habuit nuptialem veſtem, quàm annulo inſigniretur: niſi priùs quoque anima ſimili ſe veſte ornauerit, ab Euchariſtiæ conuiuio confuſa procul arcebitur. Confirmat hoc ipſum Matth. cap.22, 11. *Intrauit Rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Satis appoſitè Concilium Tridentinum ſeſſ.13.cap.7. in hæc verba decernit: *Si non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere, niſi ſanctè; certè, quò magis ſanctitas & diuinitas cæleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eò diligentiùs cauere ille debet, ne abſque magna reuerentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cùm illa verba formidinis plena apud* 1.Cor.11, 29. *Apoſtolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.*

Virgo, & anima fidelis dedita deliciis Euchariſtia. Catharina poſt acceptum à Chriſto annulum ſic Chriſto copulata eſt, vt nec voluptatum illecebris, nec cruciatibus tormentorum adduci, nec induci potuerit

potuerit ad religioſam fidem, quæ ſponſo ſuo debebatur, infringendam atque violandam. Diſcat & anima, quæ nuptias cum Chriſto egit, & in Communione ſemel celebrauit, debitam fidem ſeruare ac cuſtodire, & pro eius fideli cuſtodia non timere, non curare tormenta, & blandimenta aſpernari, Sacramentalibus aſſueta deliciis, quibus guſtatis, orant in Eccleſia fideles, oret & fidelis anima.

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Catharinæ Alexandrinæ.

CÆleſtibus, Domine, paſti deliciis, quæſumus, vt ſemper eadem, per quæ veraciter viuimus, appetamus.

Conſonant Communio & Catharina Senenſis.

CAtharina Senenſis ſacræ paſſionis inſtrumentis, & certis ſimul argumentis oſtendit ac probat, quanto ſudore ac labore ſteterit panis cæleſti Adamo, quem homo terrenus ex altari gratis accipit. Non erat caſus abſimilis, in quo dixit Chriſtus Apoſtolis: *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Laborauit in paſſione Chriſtus, & nos laboribus eius fruimur. Deficit in hoc Sacramento lex illa,

Anima communicantis.

Ioan. 4. 38.

2.Theſſ.3. 11. illa, *Si quis non vult operari, non manducet:* ſiquidem ſine opera communicantis ſeritur, metitur, conficitur, & editur panis iſte cæleſtis. Solùm hoc in Communione petitur, vt aperias os tuum, & Chriſtum ſumas. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Pſal.80, 11.

Catharina virgo ſancta, lilium virginitatis, roſam amoris, & ſimul virtutis florem ſecum portat, & præferens in ſe Euchariſtiam ſacroſanctam, inuitat communicantem, vt eius florida anima flores appetat & carpat. *Flores Euchariſtia.* Chriſtus faſciculus florum in Euchariſtia eſt, in paſſione verò myrrhæ faſciculus eſt. Cant.1,13. vnde & dicit ſponſa: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Quid paſſio portat ſecum, niſi myrrham amaram? Quid redolet ſacroſancta Euchariſtia, niſi lilium, roſam, florem? Confirmat Ambroſius in Pſalm.118. *Carpis inde lilium, in quo eſt ſplendor æternitatis; carpis roſam, hoc eſt, Dominici Corporis Sanguinem; carpis inde nouum florem, qui nouum odorem dedit reſurrectionis.* Vterque faſciculus animæ Chriſtianæ conuenit, quæ per ſpinas venit ad roſam, per myrrham accedit ad Euchariſtiam.

Corona benè regentium ſe in corpore, & mente. Catharina Senenſis coronata ſpinis eſt, Catharina Alexandrina coronâ redimita Regiâ. Haud dubiè Chriſtus coronatus eſt in paſſione, vt de ſpinis Regiam animæ coronam conficeret, quam accipit in

Digitized by Google

in Communione : *Pinguis eſt panis Chriſti, & præbebit delicias regibus.* Regibus ſcilicet, qui intus & foris benè ſe moderari, benè ſe regere ſciunt, & cum Eccleſia orant.

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Catharinæ Senenſis.

PRotege nos, Domine, tuis myſteriis ſeruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente.

VIATICVM.

O panis infirmorum!

Ad formam Catharinæ Alexandrinæ & Catharinæ Senenſis Viaticum ſume.

CVm ſacrum Viaticum accipis, pignus æternæ vitæ, propone tibi ægrotanti vnam & alteram Catharinam ſacramentalia pignora præferentem, & dic tecum, quod olim Chryſoſtomus Homil.24. in Epiſt.1. ad Corinth. *Propter hoc corpus non ampliùs terra & cinis ego ſum, non ampliùs captiuus, ſed liber: propter hoc cælum, & quæ bona in eo ſunt, me accepturum ſpero. hoc corpus affixum, verberatum, morte victum non eſt.* Propone tibi Dauidicum, & eumdem Seraphicum

Viaticum certum ſalutis pignus.

cum Franciſcum ſtigmata IESV portantem, qui munitus iam Viatico moriturus cecinit inſtar cygni,

Pſal. 141, 6 *Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.*

Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequentibus me, quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

SIGNACVLVM cultus & vſus EVCHARISTICI, SIGILLVM vtriuſque Catharinæ impreſſum animæ.

SAcramentum hoc magnum eſt in Chriſto & in Eccleſia, quam ipſe ſibi ſponſam fecit in ſacra ſua paſſione, vnde & illa dicit: *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Antequam ad celebrandas ſolemnes pergeret nuptias, Eccleſiæ ſuæ, quam ſibi ſponſam delegerat, pronubum Euchariſtiæ annulum dedit, & donum ſimul antenuptiale præmiſit. Conueniunt inter ſe ſacra connubia, & ſponſalia. Catharina conſonat Catharinæ, præfert Alexandrina ſponſalia, Senenſis nuptias innuit, indicat & promulgat.

Exod. 4. 26.

Conſo-

Conſonant ambæ Reginæ ſuæ Eſther, Reginæ virginum Mariæ, quæ cùm tota Euchariſtica ſit, quem protulit ex ſe natum, in ſe ipſa paſſum retulit. Pulchrum ſigillum vtriuſque Catharinæ, in quo facies Chriſti Regis & Reginæ Mariæ ita glorioſè ſplendent.

ATTENTIO.

Attende, & audi.

In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. Eccli. 49. 1

QVando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam. Prou. 23, 1. *Sigillum impreſſum animæ.* Attende quid fecerit Princeps, quid dederit. *Memoria iuſti cum laudibus*, Prou. 10, 8. incarnationis ſcilicet & paſſionis, in quarum commendationem; ſacrarum Muſarum inſtar, vna & altera Catharina mellifluo ſuo cantu celebrant Euchariſtiam, in qua Chriſtus in carne natum & paſſum ſeipſum offert & confert. Attende diligenter, natum in carne Chriſtum naſci denuò in Euchariſtia, ac ſimul cum Catharina virgine & martyre exclama: *Quis mihi det te fratrem* Cant. 8, 1. *meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris,*

Digitized by Google

& deoſculer te, & iam nemo me deſpiciat? Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malogranatorum meorum. Attende diligenter, paſſum Chriſtum repræſentari in altari, cuius particeps efficeris, & reficeris, vt comitata anima ſacræ paſſionis inſignibus referat Senenſem Catharinam, erumpat-
Cant.1,12 que in illam vocem: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Perfecta ſigilli impreſſio. Tempus naſcendi, & tempus moriendi præſcriptum homini eſt, & cùm Deus fieri homo dedignatus non eſt, eamdem legem temporariam mortalis vitæ ſibi præfecit ac præfiniuit. Natus & mortuus eſt, & mortis ſuæ paſſione natale ſuum conſummauit. Hinc efficitur, vt quiſquis ortum ſimul & paſſum Chriſtum recolat, inſignia Euchariſtica, quæ præfert vtraque Catharina, recipiat in ſe, & in ſe impreſſa teneat.

Audi Hymnum, & attende ad imagines Agathæ, Claræ, & earum inſignia. Ad hanc formam celebra, communica, & Viaticum ſume.

IMA-

AGATHA

Amoris viscera signat;

CLARA

Modum quo ſe dedit innuit.



In supremæ nocte cænæ
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plenè

Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Z22 2

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO TRIGESIMANONA EXPLICATA,

SS. AGATHÆ ET CLARÆ CANENTIVM MORE CÆLESTI, VBI CONDITA SIT EVCHARISTIA.

MYSTERIVM diuini amoris, quo ſeipſum Chriſtus in cœnaculo tradidit, virgines Agatha & Clara exponunt & declarant. Canit inſignibus virginalium vberum Agatha, *Explicatio.*

In ſupremæ noctе cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Obſeruata lege plenè.

Accedit Clara manibus geſtans Sacrarium, ac concinit,

Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.

Carmen Hymni ritu cæleſti canunt. Cælorum ritus tetigit Iob, cùm cap.35, 10. dixit: *Vbi eſt Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?* Dedit aſtris carmina in nocte, quæ non tam vocum ſono, quàm *Concentus cæleſtis.*

 ſigno-

ſignorum argumentis in gloriam conditoris diuini modularentur. Habent carmen in nocte Agatha & Clara, vt, more illo cæleſti, myſterium poſtremæ cœnæ in cœnaculo, & qua nocte tradebatur, Dominus Ieſus celebrauit, ſuis inſignibus & ipſę concelebrent. Chriſtus in cœna poſtrema Euchariſtiæ viſcera amoris aperuit & effudit, *noſtrique* (vt S. Dionyſij verbis vtar Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Parte 3. §. 12.) *ſecum vnificam communionem beneficè excogitauit, ea quæ in nobis humilia ſunt, diuiniſſimis ſuis vniens excellentiis, vt & nos ipſi, tamquam membra corpori, per eiuſdem immaculatæ ac diuinæ vitæ idemtitatem congruamus.* Effuſam hanc charitatem oſtendit Agatha martyr, cuius mira in Chriſtum charitas in mamilla auulſa elucet. Eluxit priùs in Chriſto, qui totus amore accenſus, in ſupremæ nocte cœnæ recumbens cum fratribus in cœnaculo ſeipſum veluti effudit, & ſe totum euiſcerauit. Agatha ſtemmate ſuo inſignita, ſummæ Chriſti dilectionis & amoris viſcera ſignat.

Vberum, Horum vberum ſacrorum dulcedine delibutus ſanctus Laurentius Iuſtinianus cap. 9. de Monaſtica perfectione exclamat: *Talia nempe ſunt munera tua, ô Domine Ieſu, taliáque amoris encænia, quæ amicis tuis deuotis & dilectis per hoc ſacroſanctum myſterium conferre*

conferre dignaris, vt omnem tranſeuntis vitæ ſuperent delectationem.

Cùm Christus conſecrauerit ſeipſum, & ſe in cœnaculo manibus propriis tradiderit, & adhuc tradat, ne quid de prioris dilectionis feruore remiſiſſe videatur, adiungitur Agathæ Clara, quæ, dum impius & barbarus hoſtis inuaderet monaſterium, ſacrum Ciborium arripuit, vt hoſtili ſe opponeret incurſioni. Oppoſuit ſe Clara, quæ virginalibus manibus cuſtodiam venerandam tenens, modum, quo ſe Chriſtus dedit, clarè ſatis oſtendit; & Chriſtus, cùm Claræ & ſacris eius ſororibus dixerit, *Ego vos cuſtodiam*, ſatis perſpicuè indicat ipſa ſub tuta cuſtodia ac protectione fuiſſe. Exclamat propterea citatus iam Iuſtinianus: *O quàm celebria ſunt cibaria hæc! ô quàm munita præſidia!* Hæc perpetua ſubſidia & præſidia ſimul ſunt, Chriſto ipſo dicente: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*: ſum vobiſcum in tutelam, in ſacrificium, Communionem, & Viaticum.

Sacri Ciborij.

Matth. 28, 20.

SA-

Digitized by Google

SACRIFICIVM.

O ſalutaris Hoſtia!

Celebra Sacerdos ad Agathæ formam, & eius inſignia.

Myſtica Agatha, anima Sacerdotis.

AGatha inſignita vberum ferculo, monet bina eſſe ſacrificia, in quibus ſeipſum Chriſtus obtulit & immolauit. Cruenta & incruenta hoſtia, duo vbera Chriſti præfert, alterum ſanguinem mittit, alterum lactis liquorem effundit; Chriſtus in cruce ſanguinem, in menſa lac niueum propinauit vbere de cælo pleno. Huius ſacroſanctæ Hoſtiæ &
Thren.4,7 immolationis miniſtri ſunt Nazarei *nitidiores lacte, ſapphiro pulchriores, rubicundiores ebore antiquo.* Sit ergo in offerente ſacrificium candor virginitatis, pulchritudo virtutis, & ardor diuini amoris, vt eius anima virginem Agatham referat, dignè Deo offerat, & ſugat ſimul materna vbera Chriſti.

Agatha martyr vbera & vulnera præfert. Prætulerat Chriſtus anteà: in paſſione vulnera habuit, in conſecratione oſtendit & exponit vbera ſua. Conſonant ſibi myſteria ſanctæ Crucis & altaris, paſſionis & conſecrationis; vnde & Sacerdos comitatus cruce celebrat, & oblatum Sacrificium ſæpiſſimè

mè cruce ſignat, ſæpiſſimè benedicit. Inter Vulnera Crucifixi, & vbera virginis Matris, conſtitutus deuotus ac mellifluus Bernardus Abbas depingitur, vt ab vbere & vulnere eſſe paſtus oſtendatur. Ad hanc formam conſtitutus in altari, ſuccum lactis & ſanguinis ab vbere & vulnere Sacerdos trahit, vt deuotus totus ſit, totus mellifluus fiat. *Mellifluus Sacerdos.*

Agatha Sacerdotes excitat vt perpendant, quod lib. de Fide ad Petrum, parte 1. Auguſtinus proponit conſiderandum. *Conſiderate*, inquit, *diligenter ineffabilia viſcera pietatis, perpendite immenſum & inueſtigabile pondus diuinæ charitatis. Quia enim in rebus humanis inuenire non poterat pretium noſtræ redemptionis, Redemptor noſter ſeipſum obtulit Patri pro nobis hoſtiam in odorem ſuauitatis*. Conſiderauit Agatha hoc tam grande beneficium, & diuino ſe mancipauit ſeruitio, tantique hoc fecit, vt dixerit: *Multò præſtantior eſt Chriſtiana humilitas, & ſeruitus, Regum opibus & ſuperbia.* Hæc eadem vox miniſtri altaris eſto. *Penes Sacerdotem viſcera Chriſti depoſita.*

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Agathæ.

PRo noſtræ ſeruitutis augmento, ſacrificium tibi, Domine, laudis offerimus; vt quod immeritis contuliſti, propitius exequaris.

Digitized by Google

Conſonant Sacrificium & Clara.

Myſtica Clara anima Sacerdotis.

CLara virgineis manibus ſacrum Ciborium tenens cantum edit, *Se dat ſuis manibus* : canit myſterium Dauidicum, cuius ſacra Scriptura meminit 1.Reg.21, 13. Cùm Dauid ad Regem Achis duceretur, *immutauit os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum*, ſiue *ferebatur manibus ſuis.* Quam tranſlationem admittens, & ſimul expendens Auguſtinus in Pſalm.33. ait: *Hoc verò, fratres, quomodo poſſet fieri in homine, quis intelligat? Quis enim portatur manibus ſuis? Manibus aliorum poteſt portari homo; manibus ſuis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipſo Dauid ſecundùm litteram, non inuenimus. ferebatur enim Chriſtus manibus ſuis, quando commendans* Matth.26, 26. *ipſum ſuum Corpus, ait, Hoc eſt Corpus meum.*

Marc.14, 22. Clara ſuis ſe manibus tradidiſſe Chriſtum celebrat, Chriſtum ſcilicet, qui dixit in Euangelio: Ioan.6, 58. *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Pater ſuis manibus ſuo ſeipſum Filio dedit, cùm propriam ei diuinitatem communicauit; & cùm ſe ſuis manibus totum, quod ipſe eſt, nobis Chriſtus largiatur, conuenienter S.Ioannes ait: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui mandu-*

Digitized by Google

manducat me, & ipſe viuet propter me. Quòd ſi de miſſione facta in carne Chriſtus agat, propriis etiam manibus Pater nobis Filium donauit. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine eſt, quæ & vices ſacras Sacerdotis egit. Chriſtus ergo qui datus à Patre eſt, ſuiſque ſe manibus tradit & communicat Sacerdotibus, virgineos totos ac Marianos eſſe deſiderat, vt fideles diſpenſatores myſteriorum Dei exiſtant.

Sacerdos ſit Marianus.

Ioan. 3. 6.

Clara vltrò ſe Religioni vouet, vt grata ſit Deo, qui ſuis ſe manibus Claræ tradidit. Totam ſe obtulit in ſacrificium, vt tantum ſolueret beneficium. Ergo Sacerdos tantæ largitatis memor, erumpat in illas voces: *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius.* Calicem accipiens Sacerdos reddat & rependat vota quæ Clara religioſa reddidit. Chriſtus in Euchariſtia typus paupertatis eſt; cùm ſit in mundo, & de mundo nihil habeat: habet & acceptam animam, quæ voto paupertatis adſtricta, bonis terrenis renuntiat. Chriſtus in Euchariſtia magiſter eſt obedientiæ, cùm Dominus dominantium ſit: ſtatim ac Sacerdos dicit, *Hoc eſt enim corpus meum,*

Pſal. 115. 12.

Sacerdos, ſi religioſus ſit, ſub protectione Chriſti eſt.

Matth. 26. 26.

meum, in ipſo puncto dicto Sacerdotis obtemperat, proinde gaudet anima, quæ ſua voluntate ſe exuit, & Dei ac ſui vicarij ſe conſecrat, & regi ſe alieno permittit imperio. Chriſtus in Euchariſtia virgini-
Zach.9,17. tatis fons eſt, cùm ſit *vinum germinans virgines*: placet & Virginis filio anima quæ caſtitatem amat & colit, atque in cuſtodiam ſui capit & aſſumit venerabile Sacramentum, ſimiliſque Claræ orat, ſicut & orat Eccleſia.

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Claræ.

HÆc hoſtia, Domine, placationis & laudis tua nos protectione dignos efficiat.

COMMVNIO.

O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur!

Communica ad Agathæ formam, & eius inſignia.

Myſtica Agatha, anima communicantis. AGatha virgo glorioſa, ſacra vbera Chriſti celebrat, & oſtendit quorum particeps fiat anima cùm accipit Euchariſtiam. Quæ accedit ad
Cant.1,1. Chriſtum anima, virginale petit oſculum, *Oſculetur me oſculo oris ſui*; & Chriſtus vbera porrigit, vnde

de & illa ſtatim exclamat : *Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Hunc eumdem locum verſans Ambroſius lib. de Iſaac & anima cap. 3. dicit : *Illa oſculum popoſcit, Deus Verbum ſe ei totus infudit, & nudauit ea viſcera ſua, hoc eſt dogmata ſua, & interioris ſapientiæ diſciplinas, & vnguentorum ſuorum dulci odore fragrauit. Quibus capta iam dicit vberiorem eſſe iucunditatem diuinæ cognitionis, quàm lætitiam omnis corporeæ voluptatis.* Hæc ſunt ſapientiæ interioris myſteria, quæ cùm anima prægustauerit, vberibus Chriſti adhæret, à quibus nequit diuelli.

Agatha virgo præclara, oſtenſis in ferculo vberibus, tacita inſinuat, quod Homilia 60. ad populum locutus eſt Chryſoſtomus : *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor, inquam, membris ſuis oues ſuas nutriuit? Multæ matres poſt partum aliis nutricibus infantes ſuos dederunt : quod ipſe facere noluit, ſed proprio corpore nos alit, & ſibi coniungit atque conglutinat.* Et rurſus Homil. 83. in Matth. *Nónne videtis, quanta promptitudine paruuli papillas capiant, & quanto impetu labia vberibus infigant? Accedamus nos quoque cùm tanta alacritate ad hanc menſam, & ad vbera poculi ſpiritualis.* *Vbera Euchariſtia.*

Agatha præterea, oſtenſione vberum facta, tacita innuit quod Iuſtinianus cap. 4. de Triumphali

Digitized by Google

Chriſti agone tradidit. *Cuius iſta meditantis non ebulliat cor? viſcera moueantur? inflammetur corporis organum, & totius animæ non reuiuiſcat ſpiritus? Charitatis ſummæ, profundæ humilitatis, & virtutis eſt hoc grande ſpectaculum.* Conueniunt paruulis vbera, & myſteria Corporis Chriſti non elatis, nec ſuperbis, ſed humilibus decreta ſunt. Grande hoc humilitatis ſpectaculum eſt, cuius ille dignus eſt, cui fas eſt dicere: *Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea.* Cùm iam adoleſcit puer, ablactatur: & quiſquis ſe extollit & effert, ſacris Euchariſtiæ vberibus indignus eſt, dignus qui humiliter orat.

Paruulis infirmis data.

Pſal. 130, 1

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Agathæ.

SVmpſimus, Domine, ſacra dona myſterij, humiliter deprecantes, vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium.

Conſo-

Conſonant Communio & Clara.

CLara geſtans in manibus virgineis Chriſtum, monet communicantem Dauidem, vt exclamet cum Chryſoſtomo lib.3. de Sacerdotio: *O miraculum! ô Dei benignitatem! Qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere & amplecti.* Hunc eumdem Dei Filium ſuis manibus & amplexibus apprehendit virgo Clara, docetque fidelem animam Chriſtum in Euchariſtia capere, recipere & amplexari. Ergo cùm venis ad Communionem, excipe Chriſtum venientem, non, vt aliàs in domum Mariæ & Marthæ, vt paſceretur, ſed potiùs vt te ipſe paſcat, nutriat, & alat. Amplexare de cælo delapſum Chriſtum, te tuoſque amplexus affectantem & ſollicitantem, vt Deum, qui te amplectitur, amplectaris. Benè prouiſum eſt, vt ſuis ſe manibus Chriſtus daret: amplexantis enim hoc eſt, vt ſe ſuis manibus amanti tradat. In mutuos amplexus ruunt Chriſtus & eius communicans, vnde & dicit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Vnus in altero manet, ſi mutuus ac firmus complexus inter vtrumque intercedat.

Myſtica Clara anima communicantis.

Ioan.6,57.

Cùm

Cùm eſſet in extremo periculo Clara, ad defenſionem ſui ſuarúmque Monialium confugit ad Euchariſtiam, in qua ſecura cuſtodia, fida tutela eſt.

Pſal.120,5 *Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam. Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem. Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum; ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.* Ergo ſi quando totus ſis vndique cinctus periculis, vndique hoſtes corpus & animam ſimul inuadant, habes aſylum certiſſimum ad quod te recipias, ſacram videlicet Euchariſtiam, vbi Deus ipſe protector eſt, & quidem, *ſuper manum dexteram tuam.* Manus, vt ait Ambroſius lib. 6. Hexaëm. cap. 9. *eſt totius corporis propugnaculum, capitis defenſatrix:* ſupra hanc tamen dexteram, ſiue potens ſiue impotens illa ſit, totius corporis propugnaculum & totius capitis defenſatrix ſacra Euchariſtia eſt.

Aſylum Euchariſtia.

Clara vocem claram illam audiuit, *Ego vos cuſtodiam*, cùm manum extendit ad Dominum conſtitutum in altari. Quid autem hoc ſibi velit, declarat Ambroſius lib. 2. de Abraham cap. 10. *Hoc eſt extendere manum ad Dominum, manus operaria virtus animæ eſt.* Hanc non ad terrenæ arboris pomum,

Ioan. 6, 56. ſed ad Dominum extendit, qui dicit: *Caro mea verè*

eſt

eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui capiunt hunc ipſum Dominum, ſibi dictum arbitrentur, *Ego vos cuſtodiam*, quemadmodum Claræ & ſororibus ſignificatum eſt. Confirmat id ipſum in 1. ad Corinth. cap. 11. Anſelmus: *Teſtamentum nouum in Chriſti Sanguine conſecuti ſumus, per quod ad nouam hereditatem perueniamus; quia beneficij diuini ſanguis teſtis eſt: vnde & ad tuitionem corporis & animæ noſtræ Sacramenta eius percipimus, quia caro eius pro ſalute noſtri corporis eſt oblata, Sanguis verò pro anima noſtra effuſus eſt, vt vtraque noſtri ſubſtantia hereditatem vitæ perennis accipere poſſit. Dicitur etiam teſtamentum in Sanguine eius, quia munit & defendit nos aduerſus calumnias hoſtis antiqui, ne cæleſtem nobis hereditatem poſſit auferre, ſicut litteræ illæ, quæ vocantur teſtamenta, heredem muniunt aduerſus calumniatorem, ne tollat ei hereditatem.* Confirmat idipſum oratio. *Tutamentum mentis & corporis.*

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Claræ.

PErceptio Corporis tui, Domine Ieſu Chriſte, quod ego indignus ſumere præſumo, non mihi proueniat in iudicium & condemnationem, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tuta mentum mentis & corporis.

VIATICVM.

O panis infirmorum!

Ad formam Agathæ & Claræ Viaticum ſume.

Viaticum dulce refrigerium.

CHriſtus moriturus ſacra vbera Euchariſtiæ oſtendit & ſimul dedit, vt lactis cæleſtis liquorem ſugeret homo, vnde non modò vitam ſpiritalem hauriret, ſed etiam mortem dulcem ac ſuauem perciperet. Nutrix, quæ dura ſunt & amara, ſumit, ſumpta conuertit in lactis naturam & ſimul dulcedinem, vt blanda illa ac ſuauia alumno ſuo reddat infanti. Reddit & Chriſtus mortem, quam, cùm amara & dura foret, abſorpſit, & nutricis charæ inſtar vbera myſtica ſuis manibus aperit ac porrigit, in quibus mors ipſa dulceſcit. Suaue hoc refrigerium ſecum gerunt Clara ſimul & Agatha, & hoc ipſum in ſuo exitu Dauid precatur & poſtulat.

Pſal. 38, 13. *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.*

Ne ſileas, quoniam aduena ego ſum apud te: & peregrinus, ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi, vt refrigerer priùs quàm abeam, & ampliùs non ero.

SIGNA-

SIGNACVLVM cultus & vſus EVCHARISTICI, SIGILLVM Agathæ & Claræ impreſſum animæ.

NVtrix non ſolùm infantem lactat, ſed ſi quid periculi eſt, eumdem amplectitur. Chriſtus ſacra vbera ſua porrigit in Euchariſtia, vt hominem alat ac nutriat ; & dum periculum inſtat, arctè amplexatur, annectit ſacris vberibus, vt periclitantem defendat ac cuſtodiat. Conſonant in hôc ſigillo vbera & cuſtodia Euchariſtiæ, Agatha & Clara concordant. Conſonant ambæ Reginæ ſuæ Eſther, Reginæ Virginum MARIAE, quæ tota Euchariſtica facta, vberibus de cælo plenis panem cæleſtem lactauit, ſuis manibus geſtauit, & miniſtrauit in ſacræ paſſionis memoriam, priùs in cœnaculo, nunc in Eccleſia celebratam.

ATTENTIO.

Attende, & audi.

In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. Eccli.49,2

QVando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, vbi Sacramentum ſuum inſtituit, Prou.23,1. *Sigillum impreſſum animæ.*

Luc.22,20 & iuſſerit, *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Fecit in ſanctuario cœnæ extremæ memoriam ſui: *Memoria iuſti cum laudibus*, vberum nimirum & manuum, quibus Chriſtus ſeipſum tradidit. Hinc illa vox animæ Agathæ ſimilis oritur: *Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum.* Attende diligenter, vt & ſimilis virgini Claræ anima quoque tua tanti myſterij cœnaculum, & ſacrarium quærat, & roget, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Vbi paſcas non iam de manibus Angelorum, ſed de ſuis ipſius manibus, quibus te ipſum largitus es, & adhuc largiris. Sic virginale ſignaculum imprimitur, & formatur.

Prou.10,8. Cant.1,3. Cant.1,6.

Audi Hymnum, & attende ad imagines Luciæ, Tereſiæ, & earum inſignia. Ad hanc formam celebra, communica, & Viaticum ſume.

IMA-

THERESA	LVCIA
Credit, et videt;	*Credit, et non videt.*



Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitq́. sanguis Christi merum,
Etsi ſensus deficit:
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO QVADRAGESIMA EXPLICATA, SS. LVCIÆ ET TERESIÆ CANENTIVM MORE CÆLESTI, QVIBVS AVXILIIS FACTA SIT EVCHARISTIA.

HABET ſpectacula mundus, habet & Chriſtus, quorum omnium maximum eſt myſterium Euchariſticum, de quo antè dixerat Iuſtinianus: *Charitatis ſummæ, profundæ humilitatis & virtutis eſt hoc grande ſpectaculum.* Diuinum hoc ſpectaculum nobis in myſterio Synaxeos pulcherrimè repræſentat ſanctus Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Parte 2. dicens: *Porrò vbi Pontifex ſacroſancta Dei munera collaudauit, diuiniſſima conſecrat myſteria, quæ etiam celebrata ſub Symbolis ſacroſanctè propoſitis in aſpectum ducit; exhibitiſque diuinorum operum muneribus, ad ſacroſanctam eorumdem communicationem, cùm ipſemet accedit, tum ceteros inuitat.* Quid & quibus auxiliis in propoſito exhibeatur ſpectaculo, cantu ſuo exponit virgo Tereſia: *Explicatio*

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque Sanguis Chriſti merum.

Edit

Concentus cæleſtis. Edit cantum ſuum Tereſia more cælorum, de quorum concentu legimus Iob 38, 37. *Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet?* Hic concentus cæli, qui numquam dormit, in clara conſiſtit inſpectione & ſpectatione, cuius auidus Sacerdos in Miſſa diuina Iacobi ſupplex orat: *Jnuolucra ænigmatum, quæ ſymbolicè hoc ſancto ſacrificio circumdantur, clarè nobis oſtende, & imple oculos noſtri intellectus luce tua incomprehenſibili.*

B. Virgo Tereſia donata fuit mirabili priuilegio, vt diſcerneret quænam conſecrata Hoſtia eſſet: proinde ſic perſpicax exhibetur, vt ſub formis ſacramentalibus Agnum Dei contempletur & intueatur. *Clara fidei.* Hanc gratiam bona Mater videtur ſic accepiſſe, vt illam poſſet transfundere: & quidem illam transfudit in venerabilem filiam Annam de Ieſu, tantæ Matris dignam prolem, quæ floruit in Hiſpania & Gallia, vnde in Belgium venit, & Regium Diſcalceatorum condidit Monaſterium, vbi illuſtris miraculis requieſcit. Hæc venerabilis filia, & ſacrarum ſororum mater, heres ſpiritus & gratiæ quæ in ſancta Tereſia reſplenduit, hoc donum habuit, vt & ipſa claro cerneret intuitu, an ſub accidentariis formis conſecratus Chriſtus contineretur. S. Dionyſius Areopagita Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Parte 3. §. 1. hanc mentis

mentis ad Chriſtum ſub ſacris ſpeciebus contemplandum perſpicacitatem hacce oratiuncula precatur, ſic Ven. Sacramentum alloquens: *Sed tu, ô diuiniſſimum ac ſacroſanctum Sacramentum, circumpoſita tibi ſymbolicè ænigmatum operimenta reuelans, liquidò nobis manifeſteris, mentaleſque noſtros obtutus ſingulari & apertâ luce adimpleto.*

Conſonat ſancto Dionyſio Iuſtinianus cap. 9. de Monaſt. perfect. dum agens de Euchariſtia, concludit: *Aperi igitur, ô melliflue amor; aperi, inquam, ô diuina bonitas, interiores fidelium oculos, vt formatæ fidei irradiati lumine mereantur videre te.* Exclamat ſatis opportunè Cellens Abbas lib. 1. de Panib. *Mirabilis potentia Dei, qua panis in carnem, & vinum conuertitur in ſanguinem; mirabilis æquè potentia, qua ſic tanta res agitur, vt ſub ſignaculo fidei clauſa, ſolis mundis fidei aſpectibus intra velamen appoſitum penetretur.*

Accedit Tereſiæ virgo Lucia oculis corporeis priuata, ſicut & vulgò depingitur: iuxta ſuæ picturæ rationem cántat & ipſa, *Obſcura fidei.*

Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſincerum
Sola fides ſufficit.

Siquidem hæc ſola eſt (vt S. Dionyſius Myſt. Theol. cap. 1. loquitur) *Theologiæ Chriſtianorum præſes, quæ dirigit*

git nos ad myſticorum oraculorum pluſquam indemonſtrabile, & pluſquam lucens ad ſummum faſtigium, vbi ſimplicia & abſoluta, & immutabilia Theologiæ myſteria aperiuntur in caligine pluſquam lucente ſilentij arcana docentis, quæ in obſcuritate tenebroſiſſimâ pluſquam clariſſimè ſuperlucet, & in omnimodâ intangibilitate atque inuiſibilitate, præ pulchris ſplendoribus mentes oculis captas ſuperadimplet. Faceſſat hinc igitur illa vox, *Niſi videro, non credam.* hæc melior: Credam, licet non videam: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Grande hoc ſpectaculum eſt, vbi qui immolat & communicat, lumine oculorum non indiget, vt tantis myſteriis fruatur, quæ verbo diuino fiunt.

Ioan. 20, 25.

Ioan. 20, 30.

SACRIFICIVM.

O ſalutaris Hoſtia!

Celebra Sacerdos ad Tereſiæ formam, & eius inſignia.

Myſtica Tereſia, anima offerentis.

Tereſia ſacram intuetur Hoſtiam, & excitat Sacerdotem, vt Dei Agnum, quem verbo conſecrat, & ſimul indicat, ac ſi clarè illum videret, ſumma reuerentia colat. Cùm panem conſecrat, dicit, *Hoc eſt enim corpus meum*; & cùm immolat calicem, ait, *Hic eſt enim calix ſanguinis mei.* Et quidem

Math. 26, 26. Marc. 14, 22.

quidem Agnum, quem Ioannes digito demonſtrauit, Sacerdos indicat in altari, cùm illum offert; & cùm illum edendum diſtribuit, inquit, *Ecce Agnus* Ioan.1,29. *Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, vt animam communicantem ad eius viſionem alliciat. S. Bonauentura multas adducit cauſas in Expoſitione Miſſæ, quare Sacerdos, poſt factam conſecrationem, Hoſtiam in altari eleuet. inter alias ſatis appoſita illa: *Eleuat Sacerdos Corpus Chriſti, quaſi dicat, Priùs vidiſtis panem in altari, ſed modò, conſecratione peracta, videte verum Corpus Chriſti.*

Tereſia Agnum Dei intuetur, qui cùm ſit ſplendor gloriæ, lumen de lumine eſt, & verus ſol diuinitatis, ad cuius aſpectum veniens dicit initio Miſſæ Sacerdos, *Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Pſal.42,4. Hæc iuuentus aquilæ eſt, de qua Dauid, *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Pſal.102,5. Seneſcit aquila, nec cibum capit: ſeneſcit, nec ſolem penetrat claro intuitu: iuueneſcit aquila, & eſcam capit: iuueneſcit, & ſolem fixis oculis contemplatur. Renouetur ergo, Sacerdos, iuuentus tua: comedas de altari cui ſeruis, & in altari fixis oculis contempleris lucernam cæleſtis Ieruſalem. *Anima Sacerdotis innouata.* *Lucerna eius eſt Agnus.* Apoc.21,23.

Tereſia ſuper ſe ipſam aſſurgens Agnum Dei

ſpeculata eſt: & Sacerdos altis ac ſublimibus cogitationibus tractus & raptus, omnia inferiora faſtidiens, anhelat ad ſuperiora, cupienſque ſecum adſtantes ſimul in altum trahere, dicit ante Conſecrationem, *Surſum corda.* Volat in ſublime Sacerdos, & interdum ita in ſublime volat, vt Chriſto in cælis adhæreat, videat, & perfruatur. Videbat & fruebatur P. N. Ignatius, qui dum Miſſam celebraret, Chriſtum in Sacrificio altaris intuitus eſt. Cupit ergo Ignatianus, & ſimul Tereſianus eſſe Sacerdos, qui orat cum ſancta Matre fidelium.

Viſus eleuatio.

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Tereſiæ.

CÆleſti lumine, quæſumus Domine, ſemper & vbique nos præueni: vt myſterium, cuius nos participes eſſe voluiſti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus affectu.

Conſonant Sacrificium & Lucia.

Myſtica Lucia anima Sacerdotis.

LVcia oculis corporeis renuntiat, & renuntiare ſecum docet Sacerdotem qui myſteria Chriſti celebrat. Chriſtus ipſe, *in qua nocte tradebatur,* ſacrificium ſuum peregit, & oſtendit ſatis, altaris holocauſtum eſſe myſterium fidei, non viſionis claræ

1.Cor.11, 23.

ſpecta-

ſpectaculum. Agnus noctu immolabatur, & noctu cæleſte manna delabebatur; in quorum typis myſtica panis & Agni immolatio adumbrabatur. In memoriam celebrationis quam Chriſtus de nocte fecit ad lucem candelarum & lucernarum, ſapienter conſtituit Eccleſia, vt licet in præſentia ſolis & pleno die Miſſarum ſolemnia fiant, candelæ in altari accendantur, nec ſolis ratio habeatur; vt nouerit mundus ipſe, cuius eſt oculus ſol, oculis opus non eſſe, vbi myſterium fidei agitur & celebratur.

Myſtica eleuatio oculorum in Sacerdote.

Lucia ſuorum oculorum lumina Deo conſecrat, & offerre viſum ſuum Sacerdotem docet, vt myſterium fidei fidelis offerat Deo. Cùm ſanctam & puram Hoſtiam libet & immolet, oportet vt ſanctus ac purus exiſtat: & cùm Sanguinem noui & æterni teſtamenti, myſterium videlicet fidei, conſecret, opus eſt, vt miniſter fidelis ſit. Et quidem Chriſtus in prima ſui conſecratione eleuatis ad Deum Patrem ſuum omnipotentem oculis ad ſacrificium venit, & inſtruxit Sacerdotes, vt ad ſui imitationem lumina oculorum ſuorum priùs offerant Deo, ſi velint dignè myſterium Euchariſticum conficere.

Lucia cæca, cæcum Sacerdotem benè regit, & benè ducit ad altare, in quo patientem Chriſtum immolat. Et quidem patientis Chriſti illa vox eſt:

Pſal. 87. 10. *Oculi mei languerunt præ inopia.* Et fortè illa: *Et lumen* Pſal. 37. 11. *oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.* Cùm igitur patientis Chriſti perſonam gerat in altari Sacerdos Fides. dum celebrat, benè egerit officium ſuum, cùm in eo ſe ſtatu conſtituat, in quo eſt virgo Lucia, & dicere non ſolùm queat, *languerunt oculi mei*, ſed etiam affirmare, *& lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*, ac ſimul orare fidei virtutis ſtudioſus, ſicut & Eccleſia orat.

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Luciæ.

REdemptionis noſtræ munere vegetati, quæſumus Domine, vt hoc perpetuæ ſalutis auxilio fides ſemper vera proficiat.

COMMVNIO.

O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur!

Communica ad formam Tereſiæ, & eius inſignia.

Myſtica Tereſia anima communicantis. TEreſia, vt in eius hiſtoria legimus, donata iam beatitudine, viro Religioſo apparuit, & monuit, vt filias ſuas inſtrueret ac doceret ita circa Euchariſtiam ſe gerere, quemadmodum Sanctorum

rum animæ circa Deum in regno cælorum ſe habent. Animæ regnantium ciuium in cæleſti patria intuentes Deum beantur, animæ quoque Chriſtianæ videntes Euchariſtiam felicitate donantur, cùm Deuteronomij 33, 28. ſcriptum legamus: *Habitabit Iſraël confidenter, & ſolus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cœliq́ue caligabunt rore. Beatus es tu Iſraël, quis ſimilis tui populo, qui ſaluaris in Domino?* Hanc eamdem beatitudinem affectabat olim Dauid, cùm exclamaret: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Vbi eſt Deus tuus?* Subiungit: *Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei. In voce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis.* Hæc autem magna beatitudo eſt: *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis.* Luc. 10, 23. Pſal. 41, 1.

Huc pertinet quod ait Cyrillus lib. 11. in Ioannem cap. 27. *Filium Dei natura Patri vnitum, corporaliter ſubſtantialiterq́ue accipientes clarificamur, glorificamurq́ue, ſupremæ facti naturæ participes.* Beata Tereſia, & anima etiam beata, quæ accedens ad Euchariſtiam ait, *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ* Pſal. 22, 1.

ibi

ibi me collocauit. Nihil deeſt in cælo Beatis, qui Deum in throno maieſtatis intuentur: nihil deeſt animæ, quæ Deum ipſum in Euchariſtia contemplatur. Beata certè anima, quæ gloriæ aſpectum affectans, ad cæleſte manna recurrit, præueniens ortum cæleſtis ſolis, vt accipiat benedictionem. Præit
Pſal.62,1. ac præuenit Dauid. *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Gloria hæc cæleſtis annonæ eſt, de qua Moyſes & Aaron Exod.cap.16,6. *Veſpere ſcietis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & manè videbitis gloriam Domini.* Explicant deinde verſ.8. conditionem huius gloriæ: *Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & manè panes in ſaturitate.* Ad hanc quoque viſionem glorioſam inuitantur communicantes.
Pſal.33,9. *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.*

Celſitudo fidei. Beata Tereſia ſic vidit vt crederet, ſic credidit vt videret Chriſtum in Euchariſtia. Ad hanc celſitudinem fidei, qua ita credimus vt quaſi Chriſtum videamus, promouet nos Cantic.2,9. Eccleſia, cùm ait: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Nouit oculata fides cancellos accidentium penetrare, & feneſtras inuenire,

nire, per quas Chriſtum in ſancta Euchariſtia reſpiciat. Magnus hic affectus eſt, nec effectu ſuo fruſtratur, cùm Homil.33. dixerit olim Chryſoſtomus: *Quot nunc dicunt: Vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamenta? Ecce ipſum vides, ipſum tangis, ipſum manducas.*

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Tereſiæ.

PRæſta nobis, quæſumus omnipotens Deus, vt quæ viſibilibus myſteriis ſumenda percepimus, inuiſibili conſequamur effectu.

Conſonant Communio & Lucia.

LVcia myſterium fidei præ ſe fert, & improbat dicentem Thomam: *Niſi videro, non credam.* Benè Auguſtinus Serm. de Iacob & Eſau: *Antequam videas quod videre nondum potes, crede: ambula per fidem, vt peruenias ad ſpeciem. Species non lætificat in patria, quem fides non conſolatur in via.* Quanta ſit hæc ſacra fides, quam Lucia virgo fidelis præfert in ſe, declarat ipſe Auguſtinus lib.3. de Verbis Domini Serm.28. *Nullæ ſunt quippe maiores diuitiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla huius mundi maior ſubſtantia, quàm eſt fides Catholica, quæ peccatores homines ſaluat,*

Myſtica Lucia anima communicantis.

Ioan. 20, 25.

Digitized by Google

cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, Martyres coronat, Sacerdotes conſecrat, regnis cæleſtibus præparat, in æterna hereditate cum ſanctis Angelis communicat. Communicat ergo cum Angelis ille,qui non videt & credit, ac per fidem percipit Euchariſtiam.

Patientia. Lucia virgo eſt illa, cui dicit Eccleſia: *In tua patientia poſſediſti animam tuam, Lucia ſponſa Chriſti, odiſti quæ in mundo ſunt, & coruſcas cum Angelis, ſanguine proprio inimicum viciſti.* Fides ſine operibus mortua eſt, & vt viuam oſtenderet Lucia fidem ſuam, prætulit voluptatibus tormenta, mundo cælum, vitæ mortem. Nouerit ergo myſtica Lucia, quæ venit ad Communionem, vitalem fidem ſuam oſtendere, patiens laborum, mundi contemptrix, hoſtis debellatrix. Lucia virgo eſt illa cui dixit cæleſtis

Puritas. Agatha: *Lucia virgo, quid à me petis, quod ipſa poteris præſtare continuò matri tuæ? Nam & fides tua illi ſubuenit, & ecce ſaluata eſt. Quia iucundum Deo in tua virginitate habitaculum præparaſti.* Sciat myſtica Lucia, quanti fides, quanti puritas æſtimatur, vt iucundum Deo habitaculum præparet, & componat, in quo Deus ſedem figat, figit autem per Commu-

Ioan.6,57. nionem. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.*

Lucia

Lucia luce ac lumine diuinæ fidei perfuſa, clauſis oculis videre homines docet lucem veram in Euchariſtia, exclamatque cum Auguſtino cap. 3. Soliloq. *O lux, quam videbat Tobias, quando oculis clauſis docebat filium vitæ viam! O lux, quam videbat Iſaac interiùs, quando caligantibus oculis interiùs filio futura narrabat: lux, inquam, inuiſibilis, cui abyſſus humani cordis eſt viſibilis. Illuminare ergo lux mea, illuminatio mea: illuminare huic cæco tuo, qui in tenebris & vmbra mortis ſedet, & dirige pedes eius in viam pacis, per quam ingreditur in viam tabernaculi admirabilis.* Conſonat & Oratio Eccleſiaſtica.

Defectu ſenſus proficit fides.

Oratio Eccleſiæ, & animæ communicantis ad formam Luciæ.

MEntes noſtras & corpora poſſideat, quæſumus Domine, cæleſtis operatio: vt non noſter ſenſus in nobis, ſed iugiter eius præueniat effectus.

VIATICVM.

O panis infirmorum!

Ad formam Luciæ & Tereſiæ Viaticum ſume.

LVcia virgo monet & hortatur ægrotantem, vt poſtquam ſacrum Viaticum acceperit, claudat ocu-

Viaticum ſumens claudat oculos mundo & ſibi, aperiat Deo.

oculos ad ea quæ ad mundum viſibilem pertinent,& ſi moriendum ſit, in fide Chriſti decedat, dicatque cum Bernardo iam moriente : *Non ſum de hoc mundo.* Tereſia dicit patienti, *Aut mori, aut pati.* Conſidera poſt ſuſceptum iam Viaticum, ſanctum antiſtitem Martinum affirmantem : *Non recuſo laborem.* Attende in lecto iacentem, in quo, ſicut & canit Eccleſia, *oculis ac manibus in cælum ſemper intentus, ab oratione ſpiritum non relaxabat.* Renuntiauerat ille ſæculo, & totus erat in Deo, cui ſicut Rex Dauid ad-
Pſal.72, 28. hærebat, & dicebat: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo meo ſpem meam* : ac ſimul canebat.

Pſal,72, 25. *Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram?*

Defecit caro mea, & cor meum : Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

SIGNACVLVM cultus & vſus EVCHARISTICI, SIGILLVM Luciæ & Tereſiæ impreſſum animæ.

1.Cor.13, 12. PErſpicax ſine oculis Lucia eſt, cui nomine fidelium omnium dicere licet : *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.* Videt fidelis Lucia, ſed in ænigmate quidem, cuius ſolutio penes Tereſiam eſt, quæ

Digitized by Google

quæ ſub accidentibus Dei Agnum intuetur. Myſterium fidei ænigma eſt, eius tamen enodatio atque interpretatio eſt Agnus, qui non aliis externis auxiliis & inſtrumentis conficitur, ſed verbo ſolùm conſecratur immolaturque in altari, & editur in Communione. Concordant ergo inter ſe cæcitas oculata fidei, & intuitio Euchariſtica, quam conſonantiam duæ virgines Lucia & Tereſia oſtendunt in ſe, & in ſe ipſis declarant. Conſonant ambæ Reginæ ſuæ Eſther, Reginæ virginum Mariæ, quæ cùm tota Euchariſtica ſit, quem genuit Agnum vidit, & eumdem credidit non ſolùm in cruce mactandum, ſed etiam in altari immolandum, vbi ſacra eius memoria repræſentatur.

ATTENTIO.

Attende, & audi.

In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. Eccli. 49, 2.

Vando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quibus auxiliis inſtrumentíſve tantum myſterium patrauerit, & deprehendes ſolo verbo Hoſtiam & Sanguinem ſuum conſecraſſe & immolaſſe. *Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandauit, &* Prou. 23, 1. *Sigillum impreſſum animæ.* Pſal. 32, 9.

 creata

creata ſunt. Haud dubiè in ſacroſanctis huiuſcemodi
Pſal.18,3. myſteriis *dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*. Clara dies ſublimis contemplationis, nox
Prou.10,8. verò fidei obſcura eſt. *Memoria iuſti cum laudibus* obſcuræ fidei, & claræ contemplationis, quæ apparent in Lucia & ſancta matre Tereſia, ambæ ſacrarum Muſarum inſtar, laudes ſacri myſterij decantant. Luciæ & animæ referentis eius fidem, dum commu-
Cant.3,1. nicat & celebrat, vox illa eſto, *In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea.* Tereſiæ & animæ cla-
Cant.2,9. rè contemplantis Euchariſtiam, vox illa ſit: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.* Sic imprimitur, ſic exprimitur ſigillum in anima colentis venerabile Sacramentum.

Audi Hymnum, & attende ad imagines Barbaræ, Agnetis, & earum inſignia. Ad hanc formam celebra, communica, & Viaticum ſume.

IMA-

BARBARA: *Staniſlae Deum adora, et ſume.*

AGNES: *Agnum Dei cole immolatum.*



Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Præstet fides ſupplementum
Senſuum defectui.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO QVADRAGESIMAPRIMA EXPLICATA,

SS. BARBARÆ ET AGNETIS CANENTIVM MORE CÆLESTI, CVR SIT EVCHARISTIA CONDITA.

SAPIENTIA *ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: Si quis eſt paruulus, veniat ad me.* Veniat, inquam, ad me, vt colat & edat me, qui propterea conſecrari volui. Miſſæ itaque ſunt Barbara ſimul & Agnes, quarum prior paruulum ſecum ducit Regali ſanguine natum, & ſocium Chriſti, videlicet Staniſlaum, qui de manibus Angelorum panem Angelorum capit in præſentia eiuſdem virginis cantantis ac modulantis, Prou. 9, 1. Explicatio

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui. Concentus cæleſtis.

Aptè ad hunc hymnum S. Dionyſius Eccleſ. Hierarch.cap.3. Parte 3. §.7. ſic ait: *Tum denique ſancti ſacrorum adminiſtri, ſpectatoreſque ſtudioſi, ſacratiſſimam Hoſtiam ſacro ritu contuentes, generali laudatione conce-* Hoſtia,

lebrant, beneficum munificumque principium, à quo ſalutaria nobis exhibita ſunt Sacramenta, quæ ſacroſanctam illam initiatorum conſummant deificationem. Hunc autem hymnum alij laudis canticum, alij religionis ſymbolum appellant, alij denique, mea quidem ſententia, diuinius, Hierarchicam Euchariſtiam. Conſonat Dionyſio, & virgini & martyri Barbaræ Concilium Tridentinum ſeſſ.13. cap.5. *Nullus dubitandi locus relinquitur, quin omnes Chriſti fideles pro more in Catholica Eccleſia ſemper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic ſanctiſſimo Sacramento in veneratione exhibeant. Nec enim minùs eſt adorandus, quòd fuerit à Chriſto Domino, vt ſumatur, inſtitutum. Nam illum eumdem Deum præſentem in eo adeſſe credimus, quem Pater æternus introducens in* Pſal.69,8. *orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Quales Angeli, talis eſt Barbara, talis & Staniſlaus, totus Angelicus, totus virgineus, cultor & adorator, & ſimul communicator diuinorum myſteriorum, quocum loquitur Iuſtinianus Sermone de Euchariſtia: *Zelo tuo captus eſt, & abs te abſentare non patitur. Hinc ſe naſcendo fecit ſocium, tuæ peregrinationis voluit habere conſortium.*

Agni. Accipit ſecum ſociam Barbara virgo & martyr, martyrem & virginem Agnetem, & ſimul more cæleſti canentem,

Et

Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui.

More cæleſti cantat, quæ ſeruat ritum cælorum, in quibus non vocibus, ſed inſignibus exornata luminaria chorum ducunt. More cæleſti cantat, in cuius commendationem ſancta recitat Eccleſia: *Stans à dextris eius agnus niue candidior Chriſtus, ſibi ſponſam & martyrem conſecrauit.* Cantat & ipſa in honorem Sacramentalis Agni:

Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui.

eò quòd (vt pulchrè docet diuiniſſimus Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap.3. Parte 3. §.1.) *vetus Teſtamentum ſolummodò futura prædixerit, nouum verò ipſamet diuina Ieſu opera exhibuerit; atque illud quidem quaſi quibuſdam imaginibus depinxerit veritatem, hoc verò præſentem demonſtrarit, cùm prædictionum eius veritatem effectus huius comprobarit, diuinorumque ſermonum operatio diuina ſit ſumma.* Atque ſubiungit:

Præſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.

Hæc dicit Staniſlao communicanti: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:* hæc ſimul addit, *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.* Hæc dux & magiſtra Sacerdotum ce-

lebrantium, accipientium & adminiſtrantium myſteria ſacroſanctæ Euchariſtiæ, quæ Hoſtia, Communio, & Annona viatorum decedentium eſt.

SACRIFICIVM.

O ſalutaris Hoſtia!

Celebra Sacerdos ad formam Barbaræ, & eius inſignia.

Myſtica Barbara anima Sacerdotis.

Barbara in ſe, & in ſuo Staniſlao, qui caſtus & mundus corde ac corpore floruit, ſatis expreſſit, qualis debeat eſſe miniſter qui Eccleſiæ aſſiſtit altaribus. Talem quærit Sacerdotem Auguſtinus Serm. 4. de Dedicat. Eccleſ. *In templo à Salomone ædificato legimus duo altaria fuiſſe conſtructa: vnum foris, in quo animalium celebrabatur ſacrificium; aliud intus, in quo thymiamatis offerebatur incenſum: in quibus videre debemus, duo in nobis ſpecialiter altaria eſſe conſtructa, corporis ſcilicet & cordis, ſicut à nobis duplex ſacrificium Deus quærit; vnum, vt ſimus corpore caſti; aliud, corde mundi. Ergo in exteriore altari, id eſt corpore noſtro, offerantur opera bona; in corde verò odorem ſuauitatis redoleat cogitatio ſancta.* Vtrumque hoc ſacrificium prætulit in ſe Barbara virgo, prætulit in ſe Staniſlaus eius alumnus & cliens.

Barbara

Digitized by Google

Barbara virgo tres feneſtras in cœnaculo ſuo aperuit in honorem & gloriam ſanctiſſimæ Trinitatis, quod iniquè ferens pater, filiam apud Præſidem accuſauit. Ergo cùm Sacerdos Chriſti celebrat ſacrificium, in cœnaculum Barbaræ virginis vocatum ſe eſſe cogitet, & in honorem Triados ſacratiſſimæ ſacrificium ſuum conficiat. Cogitet ſe ad feneſtram Patris eſſe, cùm hoſtiam & calicem offert, dicit enim: *Suſcipe ſancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam*; & poſteà, *Offerimus tibi Domine Calicem ſalutaris*. Cogitet ſe ad feneſtram Filij veniſſe, cùm verba conſecratoria pronuntiat, *Hoc eſt enim corpus meum*, &, *Hic eſt calix ſanguinis mei*; & cùm addit, *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Cùm accedit ad Communionem, ad feneſtram Spiritus ſancti manet, & idcircò poſt ſumptionem Euchariſtiæ mundum & purum aërem & ſpiritum hauriens, orationem congruam recitat.

Sacerdos celebrat in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis.

Matth. 26, 26. Luc. 22, 20.

Oratio Eccleſiæ, & animæ celebrantis ad formam Barbaræ.

QVod ore ſumpſimus, Domine, pura mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum.

Digitized by Google

Conſonant Sacrificium & Agnes.

Myſtica Agnes anima Sacerdotis.

AGnes cum Agno index ſacrificij altaris eſt, in quo immolatur Agnus Dei, & in eius immolatione Angeli Sacerdotibus aſſiſtunt, ſicut Homilia de Diuina menſa & iudicio Chryſoſtomus adſtruit, & exclamat: *O miraculum menſæ myſticæ tam magnificè inſtructæ, in qua Agnus Dei pro te mactatur, ad quam aſſiſtunt Cherubim, deſcendunt Seraphim, qui ſenis alis prædıti vultus demittunt, ibi omnes Angeli cum Sacerdote pro te legationem obeunt.*

Sacrificium Agni.

Agnes cum Agno ſuo altaris ſacrificium indicat & oſtendit, de quo B. Auguſtinus Serm. 2. de Catechumenis, expendens illud, *Non relinquetis ex eo quidquam vſque manè*, vbi ſermo de agno paſchali eſt, ait: *Hoc nunc agitur. Comeditur enim agnus per noctem huius ſæculi, vt cùm manè illud venerit, quod veſperum non habebit, non iam offeratur imago Agni, ſed ipſe Agnus, quem quotidie comedimus, & cuius ſanguinem bibimus: inueniamus illic eum Sacerdotem perfectum, quem hîc pro noſtra ſalute conſtat occiſum.* Hic mirabilis Agnus, de quo agens apud Ægeam Andreas, glorioſam illam fecit confeſſionem, *Omnipotenti Deo ego omni die ſacrifico, non thuris fumum, nec hircorum ſanguinem, nec taurorum mugientium carnes, ſed*

Num. 9, 12

ſed immaculatum Agnum quotidie in altari crucis ſacrifico: cuius carnes, poſteà quàm omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit, Agnus, qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus.

Eccleſia, & anima.

In figuris præſignatur,
Cùm Iſaac immolatur:
Agnus Paſchæ deputatur,
Datur manna Patribus.

COMMVNIO.

Ecce Agnus Dei.

Communica ad Barbaræ formam, & eius inſignia.

BArbara cum paruulo Staniſlao in Oratorio comparet: comparuerat ipſa olim, cùm deficiente Sacerdote non deficit Staniſlao ſuo mirum in modum eſurienti Communionem, quam de manibus Angelorum accepit. Myſticus Staniſlaus dignus alumnus Barbaræ eſt, qui cultor eſt diuinitatis & ſimul humilitatis, quam & Chriſtus ipſe in ſua Euchariſtia profitetur. Satis benè & appoſitè in Pſalm.33. S. Auguſtinus monet: *Chriſtus in corpore* *Myſtica Barbara anima communicantis.*

&

& ſanguine ſuo voluit eſſe ſalutem noſtram. Unde autem commendauit corpus & ſanguinem ſuum? Niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur nec biberetur. Reſpice altitudinem ipſius. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus ſempiternus, ſed manducant Angeli, manducant ſupernæ Virtutes, & cæleſtes Spiritus, & manducant & ſaginantur, & integrum manet quod eos ſatiat & lætificat. Quis autem homo poſſet ad illum cibum? vnde cor idoneum illi cibo? oportebat ergo vt menſa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Et ideò Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Vide ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo, id eſt, Verbum illud, à quo paſcuntur Angeli, ſempiternum, quod eſt æquale Patri, manducat homo: quia cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit.

Eccleſia, & anima.

Ecce panis Angelorum,
Factus cibus viatorum:
Verè panis filiorum,
Non mittendus canibus.

Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit menda-

mendacium. Apocal. cap.22, 15. Hinc, vt S. Dionyſius tradit Eccleſ. Hierarch. cap.3. Parte 3. §. 6. *Catechumenos & energumenos, eoſque qui pœnitentia ducuntur, ſacroſancta hierarchiæ mos patitur quidem audire ſacram pſalmodiam, diuinamque ſacrarum Scripturarum recitationem; verùm ad ea quæ deinceps ſequuntur ſacrificia ſpectaculaque nequaquam hos conuocat, ſed perfectos perfectorum oculos*, &c. Sic quoque Eccleſ.Hierarch. cap.1. §.5. Antiſtites monet, *vt iuxta ritum hierarchicum profiteantur ſancta quidem ſanctè contrectare, ſolis autem deifica diuinis, perficientia perfectionis capacibus, ſanctiſque ſanctiſſima communicare.*

Conſonant Communio & Agnes.

AGnes virgo, ſicut in eius martyrio & Officio Eccleſiæ legimus, multa & quidem glorioſa dixit de ſe, quæ gloriosè de ſe anima poſt Communionem poteſt affirmare. Gloriatur Agnes in Domino: *Iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas, cuius mater virgo eſt, cuius pater feminam neſcit. Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur.* Hæc eadem gloria communicanti facilè conuenit, cuius caro carni Chriſti coniuncta eſt; cuius genas pretioſus ſanguis ornauit: cuius anima Agno cæleſti

Myſtica Agnes anima communicantis.

deſponſata eſt, cui Angeli famulantur; cuius pulchritudinem, & ipſius communicantis ſol & luna mirantur, & pariter obſtupeſcunt.

Anima ornata. Agnes: *Induit me Dominus cyclade auro texta, & immenſis monilibus ornauit me. Mel & lac ex ore eius ſuſcepi. Ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione committo.* Cyclas humanitas Chriſti eſt, auro diuinitatis intexta: monilia immenſa, immenſæ gratiæ, quibus illa ornata fuit. Hæc omnia continentur in Euchariſtia, quorum particeps fit anima, quæ participat Sacramentum. Mel & lac ſuſcipit ex ore

Ioan.6,56. Chriſti, qui dixit: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Fatetur & ipſa Cantic.5,1. *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.*

Cant.5,1. Dixerat illi ſponſus: *Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Reſpondet deinde ſponſa: *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Quid myrrha cum lacte & melle? Myrrha quidem paſſionis amara eſt, quæ in hoc venerabili Sacramento mellis & lactis inſtar dulcis eſt. Huic ergo dulciſſimo Sponſo inuiolabilem anima fidem ſeruet, huic ſeipſam tota deuotione committat.

Dilecta. Agnes: *Poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam.* Signum magnum Euchariſtia

Digitized by Google

chariſtia eſt. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui* Pſal.4,7 *Domine.* Lumen vultus Dei reſplendet in Sacramento : hoc anima noſtra ſignatur, vt nullum præter Chriſtum nec agnoſcat nec habeat illa amatorem. Quòd ſi tentator inuadat, & ab Agno animam contendat auellere, repellat, quemadmodum Agnetem legimus lenonem à ſe reieciſſe. *Diſcede*, inquit, *à me pabulum mortis, quia iam ab alio amatore præuenta ſum.* Præuenta ſum ab alio, qui & pabulum vitæ eſt, cùm dicat de ſe: *Sicut miſit me viuens Pater,* Ioan.6,58. *& ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me:* & rurſus: *Non ſicut manducaue-* Ioan.6,59. *runt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Diſcede pabulum mortis, cibus vitæ Chriſtus eſt, à quo ſum iam amore præuenta, cùm in finem dilexit me, & ſe mecum, ac ſecum me ſtricto & arcto amoris nexu coniunxit ac copulauit, vnde & dicit: *Qui mandu-* Ioan.6,56. *cat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.*

Agnes virgo cùm cælo donata eſſet, à dextris *Deſponſa-* eius comparuit Agnus ipſa niue candidior, Chri-*tio.* ſtus ſcilicet, qui ſibi ſponſam & martyrem conſecrauit, totaque gaudens & exultans ait: *Ecce quod concupiui iam video, quod ſperaui iam teneo: ipſi ſum*

 iuncta

iuncta in cælis, quem in terris poſita, tota deuotione dilexi. Hæc vox, hæc gloria communicantis etiam eſto.

Eccleſia, & anima.

Bone paſtor, panis verè,
Jeſu noſtri miſerere,
Tu nos paſce, nos tuere,
Tu nos bona fac videre
Jn terra viuentium.
Tu qui cuncta ſcis & vales,
Qui nos paſcis hîc mortales,
Tuos ibi commenſales,
Cohæredes, & ſodales
Fac Sanctorum ciuium.

VIATICVM.

O panis infirmorum!

Ad formam Barbaræ & Agnetis Viaticum ſume.

Inuitatio ad Viaticum.

BArbara, dum ægrotaret, & eſſet in moleſta via Staniſlaus, per Angelicas manus eum Viatico communiuit, dixit eadem virgo & Martyr cum Eccleſiaſtico cap. 38, 9. *Fili, in tua infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. Auerte*

te à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Dicit & Angelo ac Sacerdoti: *Da ſuauitatem, & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem. In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui.* Agnus ouem redemit, & ouem paſcit vt viuat, paſcit vt mortem non timeat, victurus in æternum apud Deum, qui dicit: *Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Ioan.6,56.
Ergo balatum ſuum ouis edat, ſuum cantum edat Dauidicus Staniſlaus:

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcua ibi me collocauit. Pſal.22,1.

Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit.

Nam, & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Hæc perfecta Barbaræ imitatio, hæc abſoluta Agnetis æmulatio eſt quæ ſplendet in Staniſlao, dum diuinitus reficitur. Similis Deus ſibi eſt, qui & animæ ſacram Communionem appetenti, cùm Sacerdos deeſſet, cælitus ipſe per ſe ſacroſanctam porrexit Euchariſtiam, quemadmodum S. Catharinæ Senenſi Tractatu 4.cap.142. Deus Pater exponit. *Ego verò*, inquit, *qui delector humiles exaltare, traxi deſi-*

Digitized by Google

derium ipſius ad me, præbendo ſibi notitiam in abyſſo Trinitatis æternæ, ſuum oculum intellectum illuminans in potentia mei Patris, in ſapientia vnigeniti Filij mei, & in charitate Spiritus ſancti, qui ſumus vnum in eſſentia. Et in tanta perfectione talis anima fuit vnita, quòd etiam corpus à terra ſuſpendebatur & eleuabatur; quia in ſtatu animæ vnitiuo, vt dixi, perfectior erat vnio, quam anima fecerat ex affectu dilectionis in me, quàm in corpore ſuo. Et in abyſſo tali, vt ego deſiderio ſuo ſatisfacerem, à me ſacram Communionem accepit, & in ſignum quòd in veritate ſatisfeceram ei, pluribus diebus admirabili modo perſenſit in corporali guſtu ſaporem & odorem corporis & ſanguinis vnigeniti mei Jeſu Chriſti, propter quod ipſa renouata fuit, & augmentata in lumine prouidentiæ meæ, quam dulciter ipſa præſertim in hoc actu guſtauerat.

SIGNACVLVM cultus & vſus EVCHARISTICI, SIGILLVM Barbaræ & Agnetis impreſſum animæ.

IN honorem ſanctiſſimæ Trinitatis tres feneſtras in cœnaculo aperiri Barbara iuſſit, & in eiuſdem ſacroſanctæ Triados gloriam in altari Dei Agnus immolatur, cùm in eius ſacrificio Sacerdos dicat, *Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, eſt tibi Deo Patri omnipotenti,*

-nipotenti, in vnitate Spiritus ſancti omnis honor, & glo-ria. Accedit, quòd cùm myſticum inuocat Agnum, ter repetat *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*, vt eius immolationem ſanctæ fieri Trinitati demonſtret. Concordat cum feneſtris Agnus, conſonat cum Barbara Agnes: ambæ effigies benè ſigillo reſpondent. Ambæ reſpondent Reginæ ſuæ Eſther, Reginæ virginum Mariæ, quæ cùm tota Euchariſtica ſit, nobis colendum & ſumendum panem Angelorum dedit, & Agnum vnà cum pane virginali præbuit, de quo Nyſſenus lib. de Vita Moyſ. *Hunc corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus efficit. Terra intacta permanſit, & tamen terra pane plena fuit, quo fameſcentes myſterium virginis perdocti facilè ſaturantur.*

ATTENTIO.

In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. Eccli.49,1

QVando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, cur ſe immolauerit, cur ſe conſecrauerit Agnus. Conſecrari voluit vt coleretur, ac ſimul ederetur. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*: reuerentibus ſe præbuit auguſtiſſimum Sacramen-

Prou.23,1. *Sigillum impreſſum animæ.*

Pſal.110,4

Prou.10,8. mentum. *Memoria iuſti cum laudibus* Muſarum Angelicarum Agnetis & Barbaræ, quarum prior Agnum præcipuè immolatum, poſterior verò paſtum & comeſtum modulatur. Celebrat epulum Barbara, quo alitur Staniſlaus, alitur anima communicantis,
Cant.3,4. & dicit in Canticis: *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Celebrat Agnes diuiniſſimum Sacrificium, quo vno ſolo pro redemptione ſuæ animæ gaudet & gaudere iubet animam, quæ ſponſa Chri-
Cant.2,16. ſti eſt, & aſſerit: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.* Paſcitur & paſcit animam, cui imprimitur ſignaculum virginalium inſignium, hoſtiæ & Agni, Agnetis & Barbaræ.

Audi Hymnum, & attende ad imaginem arcanam glorioſæ Mariæ aſſumptæ, & eius inſignia.

Introſpice exemplar tanti myſterij, & ad hanc formam celebra, communica, & Viaticum ſume.

IMA-

MARIA

Benedicta et benedicens.



Genitori, Genitoque
Laus et iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque,
Sit et benedictio:
Procedenti ab vtroque
Compar sit laudatio.

Gggg

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO QVADRAGESIMA SECVNDA EXPLICATA,

GLORIOSÆ ASSVMPTIONIS, ET CORONATIONIS MARIÆ CANENTIS MORE CÆLESTI, QVOMODO ET QVANDO CONDITA SIT EVCHARISTIA.

CORONAT Oratorium Euchariſtiæ B. Virgo MARIA, quæ euecta in Sancta ſanctorum, & in cæleſte aſſumpta Sacrarium, diuinitus coronatur. Coronidem glorioſa Maria imponit, & canit in actionem gratiarum: *Explicatio.*

Genitori, Genitoque
Laus & iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedictio:
Procedenti ab vtroque
Compar ſit laudatio.

Concentus cæleſtis Euchariſtiæ & Mariæ glorioſæ.

Conſonat ſibi MARIA apud B. Birgitam lib. 6. c. 10. & exponit, quomodo Euchariſtia conficiatur, & quidem more & ſtylo cæleſti. *Panis*, inquit, *qui in*

altari ponitur, antè verba panis eſt; ſed poſt verba dicta, vertitur in corpus Filij mei, quod de me ſine macula ſumpſit, quod crucifixum eſt. Tunc Pater adoratur, & adoratur in Spiritu in membris Filij. Filius exultat in potentia, & in maieſtate Patris; Mater eius, quæ ego ſum, honoratur ab omni exercitu cæleſti, quæ eum genui: omnes Angeli conuertunt ſe ad eum, & adorant omnes animæ iuſtorum, gratias referunt, quòd per eum redempti ſunt. Sanctus Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Parte 2. hunc, poſt ſacram Communionem, Deum collaudandi vel gratias agendi ritum deſcribens, ait: *Accepta denique dataque diuina Communione in ſacram deſinit gratiarum actionem.* & Parte 3. §. 15. *Hinc guſtate (inquiunt Eloquia) & videte, quoniam qui ſacroſancta diuinarum rerum diſciplina initiantur, permagnificas ipſarum gratias agnoſcent, atque diuiniſſimam earum celſitudinem ac magnitudinem in Communione ſanctè conſiderantes, ſupercæleſtia ſupremæ deitatis beneficia grati collaudabunt.*

Glorioſa igitur Euchariſtia Patri, Filio, Spiritui ſancto, nec non aſſumptæ MARIAE. Quidni MARIAE? Benè Chryſologus Serm. 141. *Quantus ſit Deus, ſatis ignorat, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. Pauet cælum, tremunt Angeli, natura non ſufficit; & vna puella in ſui pectoris capit, recipit & oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cælis gloriam, ſalutem perditis,*

Digitized by Google

perditis, vitam mortuis, cæleſtibus cum terreſtribus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium, pro ipſa domus exigat penſione; vt impleatur illud Prophetæ: Ecce Pſal. 126, 4. *hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.* Aſſumitur Virgo in gloriam; necnon venerabile Sacramentum, quod futuræ gloriæ pignus datur, reponit illa apud Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, cùm mercedem, hereditatem & coronam, pro quibus erat in Euchariſtiâ Chriſtus oppignoratus, in cælo recipit. Clament ergo virgines inſignitæ palmis & lauris, & exclament: *Manifeſtè magnum eſt pie-* 1. Tim. 3, 16. *tatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt Gentibus, aſſumptum eſt in gloria.* Aſſumptum eſt in gloria Sacrificium Euchariſtiæ, Sacramentum & Viaticum.

SACRIFICIVM.

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ cæli pandis oſtium!

Celebra Sacerdos ad formam glorioſæ MARIÆ, & eius inſignia.

GLorioſum Euchariſtiæ ſacrificium, cuius *Glorioſum ſacrificium.* CHRISTVS ſummus Sacerdos ſecundùm or-

 di-

Digitized by Google

dinem Melchiſedech, in cælo eſt, & in cælo regnat. Ad eius interiora velamina ingrediens glorioſa MARIA idem in effigie monet, idem indicat quod ſcri-
Heb.6,20. bit Paulus: *Præcurſor pro nobis introiuit* IESVS *ſecundùm ordinem Melchiſedech pontifex factus in æternum.*

Aſſumptum in gloria. Heb.9,26. Rurſus Paulus, loquitur in effigie ſua MARIA: *Talis enim decebat vt nobis eſſet pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus: qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo. Lex enim homines conſtituit Sacerdotes infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurandi, qui poſt legem eſt, Filium in æternum perfectum.*

Aſſumptum in gloria. Heb.9,11. Rurſus Paulus, rurſus glorioſa MARIA: *Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis; quantò magis Sanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti? Et ideò noui Teſtamenti*

mediator

mediator eſt; vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hereditatis.

Adhuc Paulus, adhuc glorioſa MARIA: *Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cæleſtium his mundari: ipſa autem cæleſtia melioribus hoſtiis quàm iſtis. Non enim in manu facta ſancta* IESVS *introiuit, exemplaria verorum: ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* *Aſſumptum in gloria.* Heb. 9, 23.

Apparet pro nobis CHRISTVS, & in ſtatu gloriæ ſuæ glorioſis Sacerdotibus cingitur, & canticum nouum edunt, dicentes: *Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in Sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes: & regnabimus ſuper terram.* Apoc. 5, 9. Sacrificium ſummi Pontificis CHRISTI, glorioſorumque Sacerdotum, glorioſa Euchariſtia eſt, quam ſancta Eccleſia precatur vt in altare ſublime perferatur, ſicut iam in imagine aſſumptæ Virginis expreſſum eſt, cui correſpondet oratio. *Glorioſum ſacrificium Sacerdotis.*

Oratio

Digitized by Google

Oratio Eccleſiæ celebrantis ad formam MARIÆ.

SVpplices te rogamus, omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ, vt quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum Filij tui corpus & ſanguinem ſumpſerimus, omni benedictione cæleſti & gratia repleamur.

COMMVNIO.

O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur!

Communica ad formam glorioſæ MARIÆ, & eius inſignia.

Myſtica MARIA, *anima innouata vſu Euchariſtiæ.* 1. Tim. 3, 17.

SAcramentum hoc magnum eſt, quod *aſſumptum eſt in gloria.* Gloria MARIAE eſt, totam Euchariſticam eſſe; & gloria Euchariſtiæ eſt, totam eſſe Marianam. Suffragatur Gregorius Nyſſenus lib. de Vita Moyſis: *Hunc corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus efficit, ſed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes myſterium Virginis perdocti, hoc pane facilè ſaturantur.* Hæc etiam gloria

Digitized by Google

gloria tua eſt: *Lauda Ieruſalem Dominum, lauda Deum* Pſal.147,1.
tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.

Suffragatur Maximus Homilia de Ramis palmarum: *Ipſam* MARIAM *manna dixerim, quia eſt ſubtilis, ſplendida, ſuauis, & virgo, quæ veluti cælitus veniens, cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit.* Conſonat & Dauid: *Cibauit eos ex adipe frumenti; & de petra, melle ſaturauit eos.*

Conſonant ſibi Maria & anima.

Pſal.80, 16.

Suffragatur Auguſtinus Serm.1. de Natiuit. MARIAE: *O beata vbera, quæ Dominum tenerum alunt, lac puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum & hominum paſcunt! Exiguum exprimunt liquorem, & mundi reficiunt creatorem. Qui ſuæ virtutis imperio marium procellas mitigat, qui fluminibus indeficientem aquarum impetum ſubminiſtrat, qui aridam terram innumeris vbique fontibus irrigat, raras de virgineo pectore guttas lactis expectat. Manat liquor ex vberibus Virginis, & in carnem vertitur Saluatoris. Hinc ergo perpendite, quàm debitores ſumus huic beatiſſimæ Genitrici, quantaſque illi poſt Deum de noſtra redemptione gratias agere debeamus. Illud ſiquidem corpus Chriſti, quod beatiſſima Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod faſciis cinxit, quod materna curauit ſolertia; illud, inquam, abſque vlla dubitatio-*

Conſonantia Mariæ & animæ in accepto beneficio.

 tio-

tione nunc de ſacro altari percipimus, & eius ſanguinem Sacramentum noſtræ redemptionis haurimus. Benè Dauid: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum; quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus? Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei. In voce confeſſionis & exultationis, ſonus epulantis.* Sonet ergo anima glorioſæ MARIAE, reſonet anima epulantis Dauidis in actionem gratiarum.

Pſal.41,1.

Conſonantia.

Luc.1,47. Canat MARIA: *Magnificat anima mea Dominum.*

Pſal.103,1 Reſonet Dauid: *Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.*

Luc.1,47. MARIA: *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.*

Pſal.83,3. Dauid: *Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum viuum.*

Luc.1,48. MARIA: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

Pſal.30,8. Dauid: *Exultabo, & lætabor in miſericordia tua: quoniam reſpexiſti humilitatem meam.*

MA-

MARIA: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Luc.1,49.

Dauid: *Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* Pſal.65,16.

MARIA: *Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Luc.1,50.

Dauid: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Pſal.110,4

MARIA: *Fecit potentiam in brachio ſuo; diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Luc.1,51.

Dauid: *Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum; in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.* Pſal.88,11.

MARIA: *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Luc.1,52.

Dauid: *Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis.* Pſal.17,28.

MARIA: *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.* Luc.1,53.

Dauid: *Satiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis.* Pſal.106,9

MARIA: *Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ.* Luc.1,54.

Dauid: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui.* Pſal.47,10.

Luc.1,55. MARIA: *Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham, & ſemini eius in ſæcula.*

Pſal.47,9. Dauid: *Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.*

VIATICVM
Datum & acceptum ab immaculata MARIA.

O panis infirmorum!

Viaticum datum & acceptum à Maria. ACcepit Viaticum Euchariſtiæ glorioſa & immaculata MARIA, quo munita cælos aſcendit, & eorum adyta penetrat, & dum aſſumitur, pignus ſecum aſſumit, vt apud Regem gloriæ deponat, & monet quod aliàs monuerat Paulus, vt Chriſti veſtigia è mundo decedentes ſequamur; *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda; teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem (fidelis enim eſt qui repromiſit) & conſideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum:*

Heb. 10, 19.

Euchariſtia. Baptiſmus. Confeſſio.

Digitized by Google

rum: non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes, & tantò magis quantò videritis appropinquantem diem. Prima omnium de cuius manu Chriſtus datus eſt in Viaticum, MARIA eſt, quemadmodũ apud Lucam legimus: *Et ecce homo* Luc. 2, 25. *erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſraël, & Spiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat Simeon à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi priùs videret Chriſtum Domini,* vt ſacro ſe Viatico communiret. *Et cùm inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundùm conſuetudinem legis pro eo: & ipſe accepit eum* (haud dubiè de manu MARIAE Virginis matris) *in vlnas ſuas, & benedixit Deum;* qui de ſacro Viatico cælitus ipſi prouidit, & eo accepto, morientis cygni more, cantum edidit:

Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundùm verbum tuum in pace. Luc. 2.

Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum,

Quod paraſti ante faciem omnium populorum;

Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël.

Canat quoque Chriſtianus Dauid, ſicut cecinit Chriſtus ipſe, & cum ipſo animarum ſanctarum chorus.

Infirmus & æger Dauid:

Pſal.30,1. *IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me.*

Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias.

Viatico ſe muniens:

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi, quoniam tu es protector meus.

Moriens:

In manus tuas commendo ſpiritum meum, redemiſti me, Domine Deus veritatis.

SIGNACVLVM REGIVM cultus & vſus EVCHARISTICI, SIGILLVM glorioſæ VIRGINIS impreſſum animæ.

SIgnaculum regium cultus & vſus Euchariſtici, Sacrificij, Communionis, & Viatici velut in ſuo ſacrario apud MARIAM eſt, fortem illam mulierem, quam Salomon cap.31,1. Prouerbiorum celebrantem

Digitized by Google

tem Sacrificium, accipientem Communionem, & munientem ſe Viatico myſticè deſcribit.

Fortis mulieris SACRIFICIVM.

FActa eſt quaſi nauis inſtitoris, de longè portans panem ſuum. Prou. 31, 24. Panis.

Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.

Conſiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Vinum.

COMMVNIO.

Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. Prou. 31, 27. Dignitas.

VIATICVM.

Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo. Prou. 31, 25. Effectus, & affectus Viatici.

Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.

EXITVS GLORIOSVS.

Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt; vir eius, & laudauit eam. Prou. 31, 28. Applauſibus celebratus.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.

Digitized by Google

ATTENTIO.

Attende, & audi.

Eccli.29,2. *In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.*

Prou.13,1. *Sigillum impreſſum animæ.*

QVando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam.* Conſidera ſedulò, quando & quomodo condidit Ioan.13,1. Euchariſtiam. *Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens* IESVS *quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Tunc temporis obtulit Sacrificium, contulit Sacramentum, protulit & Viaticum. Quomodo autem ſublimia hæc myſteria fieri ac perfici voluerit ad gloriam ſanctiſſimæ Trinitatis, glorioſam Paſſionis, Reſurrectionis & Aſcenſionis memoriam, nec non ad honorem Matris & virginis, fatetur Sacerdos, cùm nomine totius Eccleſiæ dicit: *Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis* IESV CHRISTI *Domini noſtri: & in honore beatæ* MARIAE *ſemper virginis.* Dum hæc in cælum aſſumitur, honoratur, & honorat æternam memoriam CHRISTI. Prou.10,8. *Memoria iuſti cum laudibus.* Hæc laus Euchariſtiæ eſt, vt virtute ſua mirabili attrahat in cælum MARIAM,

dicentem Filio, *Trahe me poſt te, curremus in odorem* Cant.1,3.
vnguentorum tuorum. Hic effectus, qui exprimitur diuinitus in MARIA, imprimitur noſtræ animæ, vt virtute ſacræ Euchariſtiæ ſurſum in cælum feratur, quemadmodum recognoſcit S. Thomas 3. p. q. 79. art.2. *Hoc Sacramentum,* inquit, *non ſtatim nos introducit in gloriam, ſed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam, & ideò* VIATICVM *dicitur.* Nec ſolùm in cælum trahit, ſed ſuo tempore donat electas animas beatitudine, ſicut in ſua Coronatione præfert & exprimit MARIA, vt cordibus Chriſtianis imprimat. Confirmat Auguſtinus in cap.6. Ioannis hunc effectum adſcribendum eſſe Euchariſtiæ. *Cùm cibo & potu id appetant homines, vt non eſuriant neque ſitiant, hoc veraciter non præſtat, niſi iſte cibus & potus, qui eos à quibus aſſumitur, immortales & incorruptibiles facit in ſocietate Sanctorum, vbi pax erit, & vnitas plena, atque perfecta.* Complectitur prædictos duos effectus Iuſtinianus, quos nouo Dauidi Chriſtiano ac Mariano precatur Serm.de Euchariſt. *Protegant te ſancta myſteria, & inter medios ſæculi fluctus ante myſtici Pharaonis faciem gradieris illæſus. Illum itaque in intellectuali pelago ſuffocatum aſpicies conſtitutus in littore. Tunc lætitiæ initiato carmine magna cordis exultatione clamabis: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt: equum* Exod.15,1.

& aſcenſorem deiecit in mare. Hoc glorioſum Canticum edidit ſoror Moyſis, & Aaron poſt exitum de Ægypto, Maria, quod noua Maria aſſumpta poſt exitum fauſtum de mundo in cæleſti introitu cantat. Dum illa antiqua Maria duceret chorum, filiæ Sion modulantem ſequebantur, & dum cæleſtis MARIA modulatur, concinunt virgines Euchariſticæ palmis & lauris ornatæ & decoratæ. Canunt gloriam Domino & Dominæ, cuius virginitatis ſignaculum conſonat myſterio fidei, cuius corona ſtellarum duodecim cum duodecim fructibus Euchariſtiæ reſpondentibus, duodecim Spiritus ſancti fructibus miram habet conſonantiam.

Attende Euchariſtiæ, & virginitatis concentum.

Conſonantia mirabilis EVCHARISTIÆ cum virginitate miranda Aſſumptæ MARIÆ.

MIrabilis Euchariſtia eſt, mirabilis quoque virginitas, in qua ſeptem miracula, quæ mirum in modum in admirabili Sacramento reſplendent, clarè ſatis elucent. Septem mundi miracula, quæ profanis Scriptoribus celebrantur, obſcura & ignobilia ſunt; quæ in Euchariſtia & Mariana virgini-

Digitized by Google

ginitate coruſcant, præclara, ſplendida, fulgidaque præcedunt: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſeri-* Pſal. 110, 4 *cors & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.*

I.

Primum miraculum Euchariſtiæ illud eſt, vt *Mirè multiplicatur Euchariſtia.* cùm Sacerdos verba conſecrationis ſuper hoſtia pronuntiauerit, in ea verum Corpus CHRISTI exiſtat, quod ex vtero puriſſimæ Virginis exiit: & ſimul atque Sacerdos conſecratoria verba ſuper calicem protulerit, illic verus & pretioſus CHRISTI Sanguis conficiatur. Et quamuis tot millia Miſſarum in toto mundo celebrentur, illo ipſo momento quo Sacerdos verba Conſecrationis abſoluit, hanc mirabilem Deus efficit conuerſionem, & in earum ſingulis realiter & verè eſt Seruatoris noſtri Corpus & Sanguis, & in vno & altero vnus & idem CHRISTVS eſt. Cùm Deus factus eſt homo, diuinitas diuini Verbi, quæ per ſuam immenſitatem præſens vbique eſt, attemperauit ſe ſacroſanctæ humanitati, vt ibi eſſet, vbi eius humanitas foret. Hinc factum eſt, vt Deus homo loco vno contineretur, nec alibi reſideret mores ſuæ accipiens humanitatis: cuius officium rependens in Conſecratione, Diuinitas efficit, vt more ipſius Corpus & Sanguis CHRISTI non in vno loco ſolùm, ſed etiam in plurimis partibus orbis,

vbi ſacrificium celebratur, & ſacra Communio ſumitur, inueniantur.

Mirè multiplicata virginitas Mariana. Hoc ipſum miraculum reſplendet in virginitate, quæ cùm vnica & ſingularis foret in glorioſiſſima MARIA, eius puritas longè lateque patet per totam Eccleſiam Dei, quæ tota quanta eſt, virgo eſt; veluti ſcribit Apoſtolus ad Epheſios cap.5,25. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & CHRISTVS dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, vt ſit ſancta & immaculata.* In hanc eamdem ſententiam ſcribit Apoſtolus rurſus 2.Corinth.11,2. *Æmulor vos. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere* CHRISTO. Ex vna MARIAE virginitate, cuius *vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias*, tota earum puritas, quæ vna vbique eſt, & non diuerſa, promanauit. Eadem virginitas in omnibus Eccleſiis fulget, ſicut eadem eſt Euchariſtia, quæ & in illis immolatur Deo, ac ſumitur.

II.

Mirè Chriſtus ſub accidentibus ponitur. Secundum miraculum, quod in Euchariſtia patratur, eſt illud, quòd poſt verba conſecrationis, nec panis nec vinum maneat, ſed Caro & Sanguis Chriſti ſub accidentibus panis & vini conſtituantur, indi-

indicantibus aliter ſenſibus, viſu, tactu, guſtu, & olfactu, quorum indicio ſe fides Catholica opponit.

Hoc ipſum mirabile virginitas MARIAE patrauit, cùm protulit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Tunc temporis partes Sacerdotis egit, & ſimul altaris. MARIAM *Sacerdotem voco ſimul & altare*, ait Homilia de eius Laudibus Epiphanius. Et quidem Sacerdotali munere functa eſt, cùm verbo concepit Filium, panem cæleſtem ac viuum. *Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit*, ipſe de ſe loquitur, & pro ſe, *Ego ſum panis viuus.* Hunc panem è cælis miſſum in ſacroſancto viſcerum ſuorum altari MARIA accepit & coluit, & in eodem CHRISTVS mundum iſtum ingrediens ſe obtulit æterno Patri, ſic teſtante ac confirmante Paulo Apoſtolo cap. 10, 5. Hebræor. *Ideò ingrediens in mundum dicit: Hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi; holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio; vt faciam, Deus, voluntatem tuam. Aufert primum, vt ſequens ſtatuat.* Aufert cetera Sacrificia, vt ſe vnam victimam hoſtiamq́ue conſtituat, quemadmodum in conſecratione panis & vini eorum ſubſtantiam tollit, vt eorum loco Caro & Sanguis pretioſus accedat & ſuccedat.

Mirè incarnatur ex Virgine.
Luc. 1, 38.
Ioan. 6, 59.
Ioan. 6, 51.
Pſal. 39, 7.

III.

Mirè ſtant accidentia in Euchariſtia. Eſt & aliud quod elucet in Euchariſtia, in qua præter rerum omnium naturalem ordinem ac ſeriem, panis & vini accidentia, quæ per ſe ſubſiſtere nequeunt, deſtructa panis ac vini ſubſtantia, per miraculum quaſi in aëre pendentia ſuſtentantur. Pendent in aëre nubes, quarum inſtar accidentariæ formæ remanent in Euchariſtia, vbi latibulum ſuum CHRISTVS poſuit, & ſub ſacra accidentium per ſe ſtantium nube occultatur & latet.

Mirè forma ſeruitutis in Chriſto. Hoc idem miraculum præceſſerat iam in Virgine, de qua olim Iſaias c.19,1. prophetarat: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur ſimulacra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabeſcet in medio eius.* Aſcendit ſuper nubem leuem, cùm Deus ſuſcepit carnem. *Cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, & habitu inuentus vt homo.* Forma Dei, diuinitas eſt, cui non inerat nec inhærebat ſeruitus creaturæ, cùm eſſet ipſa creatrix, ſed ſpecies per ſe ſtabat ſeruitutis coram forma Dei, quam tegebat & occultabat, cui ſeruiebat & obſequebatur, ac proinde *habitu inuentus vt homo* ſcribitur & deſcribitur. Habitus quidem humanus vtrumque hoc præſtat officium, vt ope- *Phil.2,6.*

riat

riat & ſeruiat, & humanitas tegumentum & obſequium exhibet diuinitati, quæ duo munia obeunt & exercent accidentia in Sacramento altaris. Aſcendit quoque ſuper nubem leuem Deus, quatenus elegit Virginem matrem, & in eius ſacroſancto vtero latere dignatus eſt. Delituit ſic CHRISTVS in Virgine, ſicut & idem ipſe in altaris Hoſtia deliteſcit. Poſtquam Virgo vices Sacerdotales gerens, verbo concepit Filium, ſub ſignis conceptionis ita zelatus eſt panis ille cæleſtis, vt vel ipſum ſanctum Ioſephum prorſus lateret, donec in ſomnis diuinitus monitus eſt: *Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere* Matth. 1, 20.
MARIAM *coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Cùm diuinum hoc oraculum accepit Ioſephus, otiabantur ſenſus, viſus, odoratus, & tactus, ſolus vnus auditus negotiabatur, quia *fides* Rom. 10, 17.
ex auditu, quemadmodum definit Paulus. Oportebat ita fieri, vt myſterium fidei, quod ſub ſignis humanæ conceptionis tegebatur, crederetur, moueretur que in poſterum vnuſquiſque fidelium, cùm illud ipſum celebraretur in Euchariſtia.

Quod non capis, quod non vides
Animoſa firmat fides,
Præter rerum ordinem.
Sub diuerſis ſpeciebus

Signis

Signis tantùm, & non rebus
Latent res eximiæ.

IV.

Mira trãſſubſtantiatio. Eſt & aliud mirandum quod in venerando Sacramento patratur, dum, præter omnem ſeriem conuerſionum naturalium, tota panis ſubſtantia in totum Chriſti Corpus, & tota ſubſtantia vini conuertitur in pretioſum eius Sanguinem. In ceteris aliis conuerſionibus mutatur forma, manet tamen materia, dum terra in aurum, & aqua in cryſtallum tranſmigrat. Hæc conuerſio ac tranſmutatio ita mira ac rara eſt, vt nouo *tranſſubſtantiationis* vocabulo ſignetur & explicetur.

Mira Incarnatio. Hoc idem miraculum ſibi vendicat Mariana Virginitas, cuius laus & gloria hæc eſt, vt eadem omnino materia, quam Deus ex eius vtero virginali mutuatus eſt, conſecretur in Euchariſtia, ne quid in ea ſit quod non redoleat & ſapiat maternam virginitatem. Cedunt materiæ virginali panis & vini ſubſtantiæ, in quarum generatione & productione non ſolùm terra occupatur, ſed etiam opera & induſtria hominis negotiatur. Homo eſt qui plantat vineam, fodit terram, putat vitem, racemos legit, vinum exprimit. Homo eſt qui terram arat, ſerit, metit, & panem conficit. Panis cæleſtis eſt alius, aliud eſt vinum

num pretioſum ac generoſum Sanguinis CHRISTI, quos fœtus ac fructus, ſine vlla opera & induſtria externa virili, terra virginalis tulit. *Hunc corporis panem*, vt ait Nyſſenus lib. de Vita Moyſ. *non aratio, non ſatio, non agricolarum opus efficit. Virgo intacta permanſit, & tamen terra pane plena fuit, quo fameſcentes myſterium Virginis perdocti facilè ſaturantur.* Faceſſant ergo ſubſtantiæ panis & vini, opera manuum hominum: cedant Virginis myſterio, in quo nec manus nec induſtria humana quidquam ſibi adſcribere poteſt. Quòd ſi virginitas clauſtrum amat & clauſuram, nec myſterio virginali tantus ornatus deſit, remaneant panis & vini accidentia, quibus tantum puritatis Sacramentum claudatur & obtegatur. Capiuntur, & ſimul tanguntur accidentia, carne intacta, & Sanguine CHRISTI illibato, vt intactæ & illibatæ virginis MARIAE hoc eſſe myſterium pateat.

V.

Satis quoque mirabile eſt totum CHRISTVM ſub accidentibus panis contineri, & ſimiliter ipſum totum ſub vini formis accidentariis virtute conſecrationis collocari: *Mirè totus CHRISTVS in hoſtia, & totus in calice.*

Caro cibus, ſanguis potus,
Manet CHRISTVS *tamen totus*
Sub vtraque ſpecie.

Lilium candidum eſt, & in eius medio color aureus ac rubicundus emicat. Et quidem Sacramentum altaris myſticum lilium eſt, cùm in Pſalmum 118. dicat Ambroſius: *Bona paſcua, diuina Sacramenta ſunt. Carpis illic lilium, in quo eſt ſplendor æternitatis.* Hoc lilium candicat in Hoſtia, in Sanguine CHRISTI rubet.

Simile miraculum virginitatis.

Quis non videat liliatam eſſe virginitatem, quæ candicat in corpore mundo, rubet in ſanguine Regio. Ea propter cùm virginitas Mariana cæleſtem panem accepit & concepit, liliis ornatur ac decoratur. *Lilium*, vt ait Auguſtinus Serm.1. de Aſſumptione, *flores reliquos candore nimij nitoris præcellit, & odore nihilominùs iucunditatis præpollet. Vnde ſatis congruè virgineo aſſimilatur decori. Iſte namque flos altiùs aquâ ortus ex tellure ſuſtollitur, ac reportandus ad æthera totus aperitur: à foris quoque nimis candidus, intus verò rutilo flammeſcit aſpectu, habens prætereà quaſi quemdam permanentem in medio floſculum.* Mariana virginitas tota ante Incarnationem candicat, tota rubet tempore Incarnationis, & poſt incarnati Verbi partum deſiuit in perpetuum florem. MARIA quippe manſit perpetuò virgo. Reſpondet ergo MARIA ſacro Euchariſtiæ lilio, quod niueum in Hoſtia eſt, aureum in calice; nec vmquam marceſcit, ſed floret perpe-

perpetuò, cùm dicat CHRISTVS: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Matth. 28, 20.

VI.

Mirabile myſterium eſt, quòd licet panis & vini accidentia diuidantur & ſeparentur tam in Hoſtia quàm in calice, CHRISTVS non diuidatur nec ſeparetur, ſed integer in qualibet particula maneat. Exclamat propterea Hieronymus apud Euſeb. *O humanorum illuſio ſenſuum! Franguntur illa, quæ humanis ſenſibus in te videntur accidentia: & tamen nec corrumperis, nec frangeris. Te dentes videntur maſticare velut panem materialem, & tamen numquam maſticaris; perfectus & integer ſub qualibet, quantumcumque minima, contineris particula.* Conſonat dictis Eccleſia, dum canit: *Mirè* CHRISTVS *indiuiſus.*

A ſumente non conciſus,
Non confractus, non diuiſus,
Integer accipitur.
Nulla rei fit ſciſſura,
Signi tantùm fit fractura.

Lex connubialis eſt illa, quam 1. Corinth. 7, 33. promulgat Apoſtolus: *Qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* Nupta erat D. Ioſepho MARIA, & ſa- *Miraculum indiuiſa virginitatis.*

Digitized by Google

cro matrimonij iure cogitabat quomodo viro ſuo placeret, ac proinde diuiſioni ſubiacebat, ita tamen, vt adhuc coniugata, omnino integra eſſet. Perfecta coniux, perfecta virgo, cuius nobilem conditionem ibidem ſcribit & præſcribit Paulus: *Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Sancta corpore & ſpiritu MARIA erat, licet coniux eſſet, & oſtendit in diuiſione coniugali, more Euchariſtiæ, poſſe ſeruari integritatem virginalem. *Hoc enim exemplo*, ait Auguſtinus lib.2. de Conſenſu Euang. cap.1. *magnificè inſinuatur fidelibus coniugatis, etiam ſeruata pari conſenſu continentia, poſſe permanere vocaríque coniugium, non permixto corporis ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu.*

VII.

Mirè clauditur CHRISTVS *in Euchariſtia.*

Accedit dictis ſeptimum illud Euchariſtiæ miraculum, quòd Deum, qui ſua maieſtate & immenſitate continet omnia, nec rerum omnium ambitu continetur, ſub accidentibus panis & vini conſtituatur virtute Conſecrationis & concludatur. Dum aliqua inter ſe coniuncta ſunt, vbi vnum eſt, alterum eſſe neceſſe eſt. Cùm ergo Corpori & Sanguini Chriſti Diuinitas iuncta ſit, neceſſarium omnino eſt, vt & illa tam in Hoſtia quàm in calice Corpus & Sanguinem ſuum comitetur.

Septi-

Digitized by Google

Septimum hoc miraculum recognoſcit Catholica Eccleſia in Regina cæli MARIA, dum ait: *Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio: quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* Contulit gremio ſuo, quem continent accidentia, & nos ipſi continemus, cùm percipimus Euchariſtiam. Hæc eſt mirabilis femina, quam Sole amictam nobis deſcribit Ioannes Euangeliſta. *Mulier amicta Sole*, ſacra MARIA eſt. Totum illum ipſa recepit in ſe inſtar puriſſimi ſpeculi, quod à Sole irradiatur, & irradiatum redditur totum ſolare, qualis & Virgo eſt, cùm ſit illa *electa vt ſol.* Mulier amicta Sole Lunam ſub pedibus habet, Lunam ſcilicet quæ ſubiacet defectioni & mutationi, quibus Virgo obnoxia non extitit: quapropter pedibus illam terit. Aſſumpta in cælum hæc MARIA eſt, quæ duodecim ſtellis redimitur ac coronatur, & totidem quidem ſunt Spiritus ſancti fructus, & totidem ſunt effectus ſacræ Euchariſtiæ, quibus duodecim ſtellæ ornantes caput virgineum mirabiliter reſpondent.

Mirà in utero MARIAE.

Apoc. 12, 1

Cant. 5, 8.

Glorioſi fructus ſacra Communionis.

Audi Euchariſtiæ & eius fructuum concentum.

Conſonantia coronæ ſtellarum duodecim & duodecim fructuum Spiritus ſancti cum duodecim fructibus Euchariſtiæ.

PAulus Apoſtolus cùm in Epiſtola ad Galatas cap.5,22. carnis opera retuliſſet, enumerat poſteà Spiritus ſancti fructus. *Fructus autem Spiritus eſt: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.* Ritè ac rectè Paulus *fructus* vocat: *quoniam,* teſte Anſelmo, *ex bona arbore ſicut optimi fructus prodeunt, vt refectionem perpetuæ ſaturitatis præbeant electis.* Mirabilis quoque Euchariſtiæ effectus nomine fructuum donantur & declarantur, quia ex bona arbore procedunt. Chriſtus ipſe, cùm Sacramentum condidit, Apoſtoliſque diſtribuit, poſt acceptam Communionem in eis fructum eſſe concupiuit & petiuit. Ioan. cap.15,5. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Qualis fructus iſte ſit, expoſuerat anteà Chriſtus, cùm effectum Euchariſtiæ
Ioan.6,56. promulgaret: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me*

Digitized by Google

me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Arbor quidem vitæ Euchariſtia eſt, vnde & prodeunt fructus, quibus puræ animæ diuinitus reficiuntur. Accedit Iuſtinianus de Perfect. Monaſt. cap.9. *Myſterium hoc,* inquit, *quaſi ingens arbor virentibus refertur foliis, ſub qua quicumque fugiunt, laborantes & peregrinantes, proteguntur in ipſius vmbraculo ab diei æſtu, à turbine quoque & pluuia.* Myſterium itaque hoc quaſi ingens arbor eſt tota inſerta in Spiritum ſanctum, cùm dicat de Euchariſtia CHRISTVS: *Verba quæ ego locutus* Ioan.6,63.
ſum vobis, Spiritus & vita ſunt. Quòd ſi *ſpiritus viuificat*, viuificat etiam Euchariſtia; & ſi Spiritus ſanctus *ignis conſumens eſt*, ignea quoque Euchariſtia eſt, Deut.2,4.
cùm lib. de Natura Dei minimè ſcrut. cap.5. dixerit Ephræm: *Ignem & ſpiritum manducandum ac bibendum præſtitit nobis, Corpus ſcilicet & Sanguinem ſuum.* Cùm arbor Euchariſtiæ ſic in Spiritum ſanctum inſeratur, illius fructus Spiritui ſancto debent certo certiùs reſpondere. Et quidem reſpondent, vt dicere fas ſit: Fructus Euchariſtiæ eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. *Fructus*, vt ait citatus Anſelmus, *à fruendo dicitur: & frui propriè non dicimur, niſi rebus illis in quibus finem lætitiæ noſtræ ponimus,*

ponimus, in æternis ſcilicet bonis, quæ in Deo poſſidere quandoque paramus. Huc nos alliciunt & trahunt Spiritus ſanctus & Euchariſtia, cuius fructus aſſumpta MARIA percepit. Percepit duodecim Spiritus & Euchariſtiæ fructus, quibus duodecim ſtellæ in eius coronatione fulgentes numero & myſterio conueniunt.

I.
CHARITAS.

Fructus ſacra Communionis.

PRimus Spiritus ſancti fructus *charitas* eſt, & hic quoque primus eſt Euchariſtiæ fructus. Confirmat hoc ipſum MARIA, dum Cant. cap.2,4. ait: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Conſonat & CHRISTVS, qui poſt datam & acceptam ab Apoſtolis Euchariſtiam, legem charitatis Ioannis cap.15,9. euulgat, & ordinat charitatem, qua Deus in primis & dein proximi diligendi à nobis ſunt. *Manete*, monet CHRISTVS, *in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione.* Subiungit deinde verſ.12. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Conſentit dictis Eccleſia, cuius eſt illa ſententia: *Communione calicis, quo Deus ipſe*

Digitized by Google

ipſe ſumitur, non vitulorum ſanguine congregauit nos Dominus. Charitas itaque fructus eſt Spiritus ſancti & Euchariſtiæ, quem tulit mater pulchræ dilectionis MARIA. Oportet, vt ſingulis communicantibus anima MARIAE inſit, & ita ab altaris menſa recedat, vt tam in Deum quàm etiam homines igne charitatis flagret: *Arbor bona bonos fructus facit:* & Matth.7,
Communio bona bonum amoris fructum generat. 17.

II.
GAVDIVM.

SEcundus Spiritus ſancti fructus *gaudium*, & *Fructus ſa-*
idem etiam eſt fructus Euchariſtiæ. Quapropter *cra Communionis.*
CHRISTVS, cùm ſuis Apoſtolis ſacram Communionem eſſet iam impertitus, ad gaudium & lætitiam eos excitat. *Amen amen dico vobis, quia plorabitis* Ioan.16,
& flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem con- 20.
triſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc triſtitiam habetis, iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum; & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Hæc Euchariſtica via, vt per temporariam triſtitiam ad æternum gaudium gradus fiat. Huius gaudij particeps MARIA Cantic.1, 4. dicit: *Introdu-*

ponimus, *in æternis ſcilicet bonis*, *quæ in Deo poſſidere quandoque paramus*. Huc nos alliciunt & trahunt Spiritus ſanctus & Euchariſtia, cuius fructus aſſumpta MARIA percepit. Percepit duodecim Spiritus & Euchariſtiæ fructus, quibus duodecim ſtellæ in eius coronatione fulgentes numero & myſterio conueniunt.

I.
CHARITAS.

Fructus ſacræ Communionis.

PRimus Spiritus ſancti fructus *charitas* eſt, & hic quoque primus eſt Euchariſtiæ fructus. Confirmat hoc ipſum MARIA, dum Cant. cap. 2, 4. ait: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*. Conſonat & CHRISTVS, qui poſt datam & acceptam ab Apoſtolis Euchariſtiam, legem charitatis Ioannis cap. 15, 9. euulgat, & ordinat charitatem, qua Deus in primis & dein proximi diligendi à nobis ſunt. *Manete*, monet CHRISTVS, *in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis*, *manebitis in dilectione mea*, *ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui*, *& maneo in eius dilectione*. Subiungit deinde verſ. 12. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet*, *vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Conſentit dictis Eccleſia, cuius eſt illa ſententia: *Communione calicis*, *quo Deus ipſe*

ipſe ſumitur, non vitulorum ſanguine congregauit nos Dominus. Charitas itaque fructus eſt Spiritus ſancti & Euchariſtiæ, quem tulit mater pulchræ dilectionis MARIA. Oportet, vt ſingulis communicantibus anima MARIAE inſit, & ita ab altaris menſa recedat, vt tam in Deum quàm etiam homines igne charitatis flagret: *Arbor bona bonos fructus facit:* & Matth.7, 17.
Communio bona bonum amoris fructum generat.

II.
GAVDIVM.

SEcundus Spiritus ſancti fructus *gaudium*, & Fructus ſacra Communionis.
idem etiam eſt fructus Euchariſtiæ. Quapropter CHRISTVS, cùm ſuis Apoſtolis ſacram Communionem eſſet iam impertitus, ad gaudium & lætitiam eos excitat. *Amen amen dico vobis, quia plorabitis* Ioan.16, 20.
& flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc triſtitiam habetis, iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum; & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Hæc Euchariſtica via, vt per temporariam triſtitiam ad æternum gaudium gradus fiat. Huius gaudij particeps MARIA Cantic.1, 4. dicit: *Introdu-*

Digitized by Google

xit me Rex in cellaria ſua, exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. Conſonat MARIAE Eccleſia, dum canit: *In voce exultationis reſonent epulantes in menſa Domini.* Fructus itaque Euchariſtiæ eſt gaudium Spiritus ſancti, ſicut Iuſtinianus Serm. de Euchariſtia concludit: *Experientia igitur deuotionis ſanctæ, & exultatio Spiritus, quæ in Sacramenti huius perceptione guſtatur, notiſſimum almi Spiritus noſcitur eſſe teſtimonium.* Sit igitur in ſingulis communicantibus almus MARIAE ſpiritus, vt totus in Deo gaudeat, totus exultet. Fructifera Communio eſt, quæ in cæleſtem deſinit cordis & animæ exultationem.

Sacris ſolemniis iuncta ſint gaudia,
Et ex præcordiis ſonent præconia,
Recedant vetera, noua ſint omnia,
Corda, voces, & opera.

III.
PAX.

Fructus ſacra Communionis.

TErtius Spiritus ſancti fructus *pax* eſt: & hanc eamdem Euchariſtia producit, cùm poſt eius perceptionem dixerit Chriſtus Apoſtolis Ioan. 14, 27. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Et quidem Angeli, cùm hic panis de cælo delapſus eſt, virtutem eius agnouerunt,

Digitized by Google

uerunt, ac pariter cecinerunt: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. 2, 14. Cùm natus eſſet ex ea, virgo MARIA poſtulat, *Oſculetur me oſculo oris ſui*; Cant. 1, 1. oſculo nimirum pacis, in cuius recordationem celebrans Eccleſia dicit, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* Hæc eadem ait: *Qui pacem ponit fines Eccleſiæ, frumenti adipe ſatiat nos Dominus.* addit prætereà: *A fructu frumenti & vini multiplicati fideles in pace* CHRISTI *requieſcunt.* Sit igitur in vnoquoque fidelium anima immaculatæ MARIAE, quæ ſola mitis eſt, & à pacifico Salomone & re & nomine pacem hauſit. Magnum indicium gratæ & acceptæ Communionis eſt pax, qua poſt Euchariſtiam ſumptam homo interiùs fruitur, interiùs quieſcit anima.

IV.
PATIENTIA.

QVartus fructus Spiritus ſancti *patientia*, & quartus hic ipſe Euchariſtiæ prouentus eſt. Eapropter CHRISTVS poſt ſumptam ſacram Cœnam, ad tolerantiam ſuos hortatur Apoſtolos cap. 15, 20. Ioannis: *Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Item glorioſiſſima MARIA, cùm panem cæleſtem accepiſſet & concepiſſet, aſcendit in montana, vt patientiæ ſuæ ar- *Fructus ſacra Communionis.*

gumentum in arduo montium aſcenſu præberet & oſtenderet. Item Eccleſia ſancta patientiæ ſcutum volens & deſignans Euchariſtiam, cantat: *Paratur nobis menſa Domini aduerſus eos qui tribulant nos*. Hinc factum eſt, vt Martyres CHRISTI ante paſſiones ſuas ſacra Euchariſtia reficerentur, & ea refecti, conſtantes in tolerantia atque patientia forent. Quid inde?

Cæduntur gladiis more bidentium,
Non murmur reſonat, non querimonia,
Sed corde intrepido mens benè conſcia
Conſeruat patientiam.

Hæc patientia, quam in ſuo ſacro Hymno commendat Eccleſia, fructus eſt Euchariſtiæ; & hunc MARIA Martyrum omnium Regina capit prima, poſt illam ceteri, qui ſuarum tolerantia paſſionum Communionem ſuam eſſe ſanctam comprobarunt.

V.
LONGANIMITAS.

Fructus ſacra Communionis.

QVintus Spiritus ſancti fructus *longanimitas* eſt, & expellit omnem animi puſillitatem, & hic fructus eſt venerabilis Sacramenti, quandoquidem poſt Communionem monet officij ſui Apoſtolos CHRISTVS, dicens Ioan. cap.14, 1. *Non turbetur cor veſtrum.* Numquam fortior, numquam animoſior MA-

MARIA, quàm cùm panem cæli in vtero virginali concepit. Tam de illa quàm de Eccleſia ſcriptum legimus Prouerb. cap. vlt. 17. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Guſtauit & vidit quia bona eſt negotiatio eius.* Addit deinde Salomon: *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.* Quandoquidem ſcriptum eſt, *Panis* Pſal. 103, 16. *cor hominis confirmat*, qui moribus Marianis ſacrum hunc ceperit cibum, affirmare rectè poterit: *Omnia* Phil. 4, 13. *poſſum in eo qui me confortat.* Deerat Eliæ animus, cùm eſſet ſub vmbra iuniperi, præcocem, & necdum ſatis maturum hunc fructum percepit, & tales concepit animos, vt in fortitudine cibi illius, qui nondum Euchariſticus erat, iter quadraginta dierum emenſus fuerit. Cui præſtò eſt Euchariſtia, animus deeſſe nequit.

VI.

BONITAS.

SExtus Spiritus ſancti fructus *bonitas* eſt, & hic ipſe reperitur in hoc Sacramento. *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Cùm hoc myſterium bonitate plenum ſit, impoſſibile eſt, vt qui participes eius ſunt, conſortes bonitatis eius non fiant. Quam ob cauſam Chriſtus, ſumpta iam ſa-

Fructus ſacra Communionis.

Zach. 9, 17

cra Synaxi, monuit Apoſtolos ſe vitem eſſe, palmi-
Ioan.15,1. tes ipſos. *Ego ſum vitis, vos palmites.* vt, palmitum inſtar, cùm accipiunt illi iniurias, ſuaue vinum effundant, non amarum, ſed gratum animum, in quo bonitas conſiſtit, oſtendant. O clemens! ô pia! ô dulcis virgo MARIA! cuius bonitas maximè enituit, cùm acceptum de cælo panem tibi non reſeruaſti, ſed omnibus, etiam hoſtibus expoſuiſti. Exclamat item Eccleſia: *O quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo de cælo præſtito eſurientes reples bonis!* Replet bonis eos qui communicant, & communicando bonos, pios, dulces, & ſuaues etiam aduerſantibus ſibi oſtendunt. Hic fructus Spiritus ſancti eſt affectus MARIAE, & effectus Euchariſtiæ.

VII.
BENIGNITAS.

Fructus ſacræ Communionis. SEptimus fructus Spiritus ſancti eſt *benignitas*, cuius munus eſt, vt ſua gratis & hilariter tribuat,
2.Cor.9,7. *hilarem enim datorem diligit Deus.* Ad hanc benignitatem pertinet, quod ſignificauit Chriſtus Diſcipulis, accepta iam Euchariſtia, vt ſui officij memores eos
Ioan.15, 26. redderet. *Cùm autem*, inquit, *venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit,*

Digitized by Google

procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Quæ bona habuerunt Apoſtoli, hilariter & gratis poſt aduentum Spiritus ſancti cunctis mortalibus impenderunt. Communicauit & ſua benigniſſima MARIA, cùm Verbum caro factum eſt, & Verbum incarnatum gratis & hilariter nobis effudit, vt benignitatis ſuæ ſpecimen exhiberet. Ex hac quoque benignitate naſcitur, vt Eccleſia ſancta, quæ ſingulis diebus communicat, ad Communionem nos impellat, & aliquando etiam compellat. *Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ.* Pſal. 50. 20. Acceptabis ſacrificium Euchariſtiæ, cuius virtute ducti & inducti communicantes, gratis & hilariter oblationes & holocauſta immolabunt, & ſuper altare tuum vitulos imponent, ſicut decet eos qui gaudent ſe eſſe Marianos & Chriſtianos.

VIII.
MANSVETVDO.

Fructus ſacræ Communionis.

OCtauus fructus Spiritus ſancti eſto *manſuetudo.* Columba diuina Spiritus ſanctus eſt, propria eius virtus manſuetudo, in qua conuenit cum agno columba, conuenit cum Spiritu ſancto CHRISTVS. Cùm homo communicat, Agnum Dei pacatum

Digitized by Google

tum comedit: debet igitur eſſe & ipſe mitis ac manſuetus, vnde & CHRISTVS ſe participantibus dicit:
Luc.10,3. *Ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos.* Prima, quæ mitem Agnum accepit, MARIA fuit, & primas in manſuetudine tulit,

Virgo ſingularis
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos
Mites fac & caſtos.

Huc pertinet, quod accedentibus ad Communionem repræſentat & clamat Eccleſia: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* vt nimirum communicantes mitem Dei Agnum percipiant, eiuſque manſuetudinis participes efficiantur.

IX.
FIDES.

Fructus ſacra Communionis.

FRuctus nonus Spiritus diuini *fides* eſt, & Sacramentum altaris quid eſt aliud niſi *Myſterium fidei*? Hoc myſterium confirmat in fide ſua Chriſtianos, ac proinde CHRISTVS, vt firmaret in fide Apoſtolos, Euchariſtiâ eos refecit, refectoſque Ioan. cap.14, 1. monuit, *Creditis in Deum, & in me credite.* Accedit & beata MARIA, quæ cùm delapſum è cælo panem deguſtaſſet, à fide commendata eſt: commendauit autem illam fidelis Eliſabetha,

tha, *Beata, quæ credidiſti.* Accedit & Catholica Ec-cleſia, quæ communicanti dicit: Luc.1,45.

Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat fides,
Præter rerum ordinem.

Myſterium fidei eſt, quod fidelem parat, ac reddit auditum, vt ſi quis huic Sacramento firmiter ac fideliter credat, ad ceterorum myſteriorum religionem facilem aditum inueniat. Myſterium fidei eſt, cuius alimoniâ tota fides Chriſtiana nutritur & educatur. Hinc vera fides procedit, pullulat, & fructificat. Procedat, pullulet, & fructificet fides illa, quæ beatam fecit MARIAM, faciet & animam ſumentem Euchariſtiam.

X.
MODESTIA.

DEcimus Spiritus ſancti fructus eſt *modeſtia*, quæ docet hominem moderationem verborum & factorum, vt ſe componat, & humiliter gerat. Chriſtus humiles & modeſtos voluit eos, quibus ſuam Euchariſtiam impendebat, & idcircò, cùm illam inſtitueret, in ſancta humilitate inſtruxit. Præluxit exemplo MARIA, quæ dum panem cæleſtem accipit, humilitate illum concepit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum:* & Fructus ſacra Communionis. Luc.1,38.

Mmmm poſt-

Luc.1,48. poſteà ſibi ſimilis cecinit in montanis, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Tota humilis ac modeſta exclamat Eccleſia: *O res mirabilis! manducat Dominum ſeruus, pauper, & humilis.* Famuli, cùm ſibi adeſſe dominum norunt, modeſtè ſe gerunt; & ad eorum exemplum componere nos Paulus contendit,
Phil.4,5. cùm dicit, *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, Dominus enim propè eſt.* Quòd ſi, cùm dominus propè ſit, modeſtiam requirit in ſeruis, quantò maiorem compoſitionem exiget, cùm Dominum ipſum edimus, & intra nos recipimus? Exiget planè modeſtiam virginalem, quam poſt factam Incarnationem MARIA ſeruauit & coluit.

XI.
CONTINENTIA.

Fructus ſacræ Communionis.

VNdecimus Spiritus ſancti fructus *continentia* eſt, cuius vis in eo ſita eſt, vt impediat, ne caro noſtra laſciuiat. Ne palmes laſciuiat, putatur & emundatur, & hoc ipſum efficit cum carne noſtra Spiritus ſanctus. Hic etiam effectus totus Euchariſticus eſt, vnde & CHRISTVS, poſtquam Apoſtolis ſuis panem conſecratum diſtribuiſſet, aſſeruit Ioan. cap.15,1. *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum,* tollet

Digitized by Google

tollet eum : & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Continuit ſe intra domum & intra templum MARIA, vt continentiæ prælucerer exemplo, ſicut ante & poſt Euchariſtiæ ſuſceptionem præluxit. Eccleſia ſancta continentiæ cingulo vult præcinctos Sacerdotes ſuos ante Miſſæ celebrationem, & poſt acceptam Communionem tanti beneficij memores eos eſſe cupit, & monet, vt gratias Deo agant, & ab eo ſimul donum ac fructum continentiæ poſtulent ac dicant : *Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.* Benè Bernardus Serm. in Cœna Domini : *Quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum vlceris ferre queat? Confidite, quia & in hoc gratia ſubuenit, & vt ſecuri ſitis, Sacramenti Dominici Corporis & Sanguinis pretioſi inueſtituram habetis.* Hæc gratia MARIAE immaculatæ eſt, quæ humana carne æternum Verbum veſtiuit.

XII.
CASTITAS.

DVodecimus Spiritus ſancti fructus eſt *caſtitas.* Caſtitas & continentia diſcrepant inter ſe: continentia luctatur, vincit caſtitas. Egit Chriſtus poſt acceptam Communionem cum Apoſtolis Ioan. cap.15,3. & eorum caſtitatem recognoſcens, ait : *Iam* *Fructus ſacra Communionis.*

mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Et quidem poſtquam iam beata MARIA verbo concepit Filium, non ſolùm virgo, ſed etiam virginitas erat. *Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio, quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* Hæc Mariana virginitas ex pane illo proceſſit, qui deſcendit è cælis. Et vbi Euchariſtia eſt, ibi & virginitas eſt, cùm dixerit cap. 9, 17. Zachar. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Euchariſtia inſtar pretioſæ arboris eſt, quæ germinat virgines, producit carnis & ſpiritus incorruptionem, perfectam ſcilicet caſtitatem, quæ & fructus eſt Spiritus ſancti. Appoſitè Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 34. *Vt panis hic terreſtris fouet, imbecillitatem carnis noſtræ ſuſtinens & conſeruans; ita & ipſe* (nimirum CHRISTVS in Euchariſtia) *per Spiritum ſanctum ſpiritum noſtrum viuificat, & corpus ipſum à corruptione liberat.* Liberat Euchariſtia homines à corruptione, & in cælum transfert, vbi glorioſa MARIA duodecim primæ magnitudinis ſtellis, duodecim Spiritus ſancti fructibus reſpondentibus, coronatur, & ſecundùm illam dignè ac purè communicantes totidem ſtellis, ſed minoribus, coronabuntur. Qui verò frequentiùs & feruentiùs communicauerint, du-

ce

ce eodem Spiritu ſancto, & eadem MARIA comite, coronam duodecim ſtellarum illuſtriorum obtinebunt. Ad tanti frequentiam Sacramenti ducit nos multiformis munere ſuo Spiritus ſanctus. Attrahit nos per ſe, & per ſeptem dona ſua, vt accedamus ſæpè, & ſæpè in nobis glorioſam MARIAM, totam planè Euchariſticam, referamus virtute venerabilis Sacramenti, quod terram cælum, terrenos verò homines cæleſtes efficit, & ſupercæleſtes eos, qui ditati Spiritus ſancti muneribus, munificum Euchariſtiæ Sacramentum ſæpè recolunt & frequentant.

Ducunt nos ad frequenter ſumendam Euchariſtiam Spiritus ſanctus & MARIA.

ASSIDVITAS ET CONSTANTIA IN CVLTV ET VSV SACRÆ EVCHARISTIÆ SANCITA ET SANCTIFICATA SEPTEM DONIS SPIRITVS SANCTI.

FREQVENTATIONIS Euchariſticæ primus & primarius auctor eſt Spiritus ſanctus, ſiquidem poſt eius deſcenſionem aſſiduus ſacræ Communionis vſus ingruit & inualuit. Poſtquam cap. 2. Actor. ſacer Hiſtoricus ſo-

Spiritus ſanctus auctor frequentis Communionis.

lemnem in Diſcipulos Spiritus ſancti aduentum deſcripſiſſet, ſtatim eodem loco retulit, ſanctæ Euchariſtiæ frequentiam inductam in Eccleſiam fuiſſe, & quidem ita vſitatam & communem, vt quotidiana foret. Traditur de primis illis Fidelibus: *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Adhuc rurſus: *Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* Ad imprimendam magis, magiſque infigendam mentibus & animis Chriſtianorum hanc ſacræ Communionis frequentiam, Can.10. iubent Apoſtoli: *Omnes fideles, qui ingrediuntur Eccleſiam, & Scripturas audiunt, non tamen perſeuerant in oratione, nec ſanctam Communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commouentes, conuenit Communione priuari.* Hanc eamdem legem non multò pòſt ſeruandam monuit Anacletus Epiſt.1. *Epiſcopus*, inquit, *Deo ſacrificans, teſtes, vt præfixum eſt, ſecum habeat, & plures quàm alius Sacerdos. Sicut enim maioris honoris gratia fruitur, ſic maioris teſtimonij incremento indiget. In ſolemnioribus quippe diebus, aut ſeptem, aut quinque, aut tres Diaconos (qui eius oculi dicantur) & Subdiaconos, ac reliquos miniſtros ſecum habeat, qui*

ſacris

ſacris induti veſtibus, in fronte & à tergo, & Preſbyteri dextrâ læuáque, contrito corde, & humiliato ſpiritu, & prono ſtent vultu, cuſtodientes eum à maleuolis hominibus, & conſenſum eius præbeant Sacrificio. Peracta autem eius conſecratione communicent. Hinc deſumptum capitulum Peracta.de Conſecrat. diſt.2. *Peracta conſecratione omnes communicent, qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus: ſic enim Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia.*

Hæc methodus, quæ tunc temporis in vſu erat, & diu viguit, optaret ſancta Synodus Tridentina vt in populo Chriſtiano reuiuiſceret. Oſtendit deſiderium ſuum ſeſſ.22. cap.6. & quidem in hæc verba: *Optaret quidem ſacroſancta Synodus, vt in ſingulis Miſſis fideles adſtantes non ſolùm ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent, quò ad eos ſanctiſſimi huius Sacrificij fructus vberior proueniret.* Quanta ſit huius ſuſceptionis copia fructuum, vel ex hoc intelligi poteſt, quod ait Iuſtinianus Sermone de Euchariſtia: *Frequentatur autem Euchariſtia, vt iuſtis gratiam, peccantibus veniam, debilibus robur, lætitiam mæſtis, diligentibus exultationem, nutantibus ſpem, credentibus pacem, victoriam certantibus, captiuis libertatem, atque defunctis conferat requiem.* Verùm enim verò non omnibus conuenit vnus & idem vſus Com-

Communionis, quemadmodum & ipſe Iuſtinianus adſtruit & docet cap.19. de Monaſtic. perfect. *Sicut enim, qui quotidie delinquit, ita quotidie ſaltem Domino confiteatur; & qui quotidie communicando deficiunt, quotidie ſpiritualiter communicando reſtaurentur: ſacramentaliter autem interdum. Non enim ab omnibus vniformiter communicandum eſt, ſed à quibuſdam ſæpiùs, à quibuſdam rariùs, prout vniuſcuiuſque affectus trahitur, & virtus meretur: potiſſimùm autem ab iis, qui Deo dicati ſunt, ſumi debet Sacramentum hoc.* Conſulendus itaque eſt affectus cordis & animi, quem Spiritus ſanctus infundit, vt eo donati fideles ſacram frequentent Euchariſtiam, ad cuius frequentem vſum excitat Spiritus ſanctus per ſeptem dona ſua, quæ hæc ſunt, *ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas, timor.*

I.
SPIRITVS SAPIENTIÆ.

Donum vſus Euchariſtiæ. SPiritus ſapientiæ eſt, vt definit ac probat Bernardus cap.7. de Septem donis, *quidam internus*
Pſal.33,9. *ſapor, & ſuauiſſimus guſtus. vnde Pſalmiſta: Guſtate,*
Pſal.45,11. *& videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. & item: Vaca-*
Pſal.33,6. *te, & videte. & iterùm: Accedite ad eum, & illuminamini. Hæc diuinæ ſapientiæ interno guſtu ſuperna prælibamus, videlicet contemplantes, quàm amœnum ſit angelicis*

cœtibus

Digitized by Google

cœtibus intereſſe, vbi nil poterit quod diſpliceat eſſe, vel quod placeat abeſſe. Hoc ſapientiæ ſpiritu ditati ac donati erant primi illi fideles; qui quotidie communicabant. *Erant omnes perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Act.2,42. Prælibabant in orationibus & contemplationibus ſuis, quàm amœnum eſſet, Regi Angelorum intereſſe, & eius deliciis frui, quarum interno guſtu deliniti, & ſimul delibuti, *quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione.* Act.2,46. Magnum diſcrimen eſt inter hunc cæleſtem cibum & alias terrenas eſcas: ſolùm iſtæ, cùm ſumuntur & capiuntur, palatum mulcent & recreant, ille verò, etiamſi reipſa non edatur, ſpiritaliter delectat, ſapitque cùm quis affectu ſpiritali fertur, & trahitur in Euchariſtiam. Tunc ſpiritus ſapientiæ in anima virtutem ſuam exercet, & allicit eam, vt reali perceptione CHRISTI reficiatur.

Quod vt meliùs eluceſcat, ſatis appoſitè loquitur Concilium Tridentinum ſeſſ.13. cap.8. *Quod ad vſum autem, rectè & ſapienter Patres noſtri tres rationes hoc ſanctum Sacramentum accipiendi diſtinxerunt. Quoſdam enim dixerunt Sacramentaliter dumtaxat id ſumere, vt peccatores; alios tantùm ſpiritualiter, illos nimi-*

rum, qui voto propoſitum illum cæleſtem panem edentes, fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius & vtilitatem ſentiunt; tertios porrò Sacramentaliter ſimul & ſpiritualiter, hi autem ſunt, qui ſe priùs probant & inſtruunt, vt veſtem nuptialem induti, ad diuinam hanc menſam accedant. Accedunt autem ij, qui ſpiritu ſapientiæ alliciuntur & inuitantur, vt ſpiritali Communione refecti, reipſa ſacra ſe Euchariſtia confirment. Hæc quidem attractio & inuitatio pertinet ad ſapientiam, quæ per fidem viuam, dilectionem, & alias virtutes vocat & excitat animas ad myſticam communicationem. Quò pertinet id, quod legimus cap. 9, 1. Prouerb. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas vt vocarent, ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Accerſit ignaros & inſipientes, vt ſpiritu ſapientiæ donati, interno ſapore & guſtu recreati, recurrant ad Euchariſtiam, cuius ſacra ſumptione interna dulcedo & ſuauitas perficitur & conſummatur. Experta Eccleſia loquitur, confirmat hoc ipſum, dum orat Dominicâ VI. poſt Epiphaniam.

Oratio

Oratio Sapientis Eccleſiæ, & animæ.

CÆleſtibus, Domine, paſti deliciis, quæſumus, vt ſemper eadem per quæ viuimus, appetamus.

II.

SPIRITVS INTELLECTVS.

SPiritus intellectus eſt, quo donantur, & ſimul ditantur ij, de quibus CHRISTVS ait, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Niſi enim mentis intuitus diligenter purificatus fuerit, myſtica ac diuina liquidò intelligere nequit. Scriptum enim eſt: *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* Concludit inde Bernardus cap.6. de Septem donis: *Qui ergo vult ſincerum ac lucidum intellectum habere, prauarum cogitationum phantaſias ac nebulas ſtudeat effugare, & omni diligentia & cautela cor ſeruare. Vnde Salomon, Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit.* Cùm ita ſe res habeat, ſatis benè dixerat antè Dauid, *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* guſtate ſpiritu ſapientiæ, videte ſpiritu intelligentiæ, quoniam ſuauis eſt Dominus, cùm ſumitur in Euchariſtia. Ad huius frequentiam Sacramenti per ſpiritum intellectus vocantur, quorum deuota mens

Donum vſus Euchariſtiæ. Matt.5,8. Sap.1,5. Prou.4,23. Pſal.33,9.

Digitized by Google

non humi repit, ſed in altum eleuatur, & in cælis
Phil. 3,20. conuerſatur, vt & dicere cum Paulo liceat, *Conuerſatio noſtra in cælis eſt*. Confirmat aſſertum S. Bernardus Senenſis tom.2. Serm.57. *Cùm Sacramenti perceptio debitam requirat purgationem peccatorum, & mentalem eleuationem, ſeu reuerentiam atque deuotionem, ſi quis qualibet die paratus ſit prædictis modis, & aliud impedimentum non habeat, vtile eſt ei hoc Sacramentum frequentare.*

Ad hanc mentis & cordis eleuationem, quæ ad frequentem Communionis vſum neceſſaria eſt, excitat nos Sacerdos, cùm ante Conſecrationem ait, *Surſum corda.* Et quidem monitum hoc non paruam conſonantiam habet cum eo, quod alta voce euulgabat olim Diaconus, antequam ſacra Synaxis caperetur. Clamabat, *Stemus honeſtè.* Quæ verba expendens Chryſoſtomus Homilia De non contemnendis Eccleſiæ myſteriis, inquit: *Propter hoc honeſtè tempore diuini Sacrificij ſtare iubemur, vt cogitationes humi repentes erigamus.* Hunc ſpiritum intellectus requirit in communicantibus S. Laurentius Iuſtinianus, cùm cap. 19. Monaſtic. perfect. in illam prorumpit orationem: *Aperi igitur, ô melliflue amor, aperi, inquam, ô diuina bonitas, interiores fidelium oculos, vt formatæ fidei irradiati lumine mereantur videre te.* Ex dictis prima

ma cauſa deſumenda eſt, propter quam panis intellectus dicatur Euchariſticus, & quidem ab Oraculo diuino, *Cibauit illum pane vitæ & intellectus.* Panis intellectus eſt, quia ſine ſpiritu intelligentiæ percipi nequit. Secunda cauſa huius appellationis eſt vis & virtus eiuſdem ſacræ Euchariſtiæ, cuius digna perceptione eadem intelligentia, quam ſuo munere ac lumine Spiritus ſanctus illuſtrat, magis illuminatur. Narrat Scriptura 1.Reg.14,27. quomodo eſuriens Ionathas guſtauerit fauum mellis, & eius dulcedine recreatus, fuerit illuſtratus. *Extenditque ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis; & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius.* Myſticus hic fauus Euchariſtiæ eſt, quem vir Chriſtianus percipit in altari, & illuſtratur more Regum Orientalium; in cuius ſancta Epiphania, & eius Octaua petit & orat Eccleſia, Spiritus ſancto illuſtrata, virtute ſacræ Euchariſtiæ illuminari.

Eccli.15,5.

Eccleſiæ & animæ donatæ ſpiritu intellectus Oratio I.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus, vt quæ ſolemni celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia conſequamur.

Oratio II.

CÆleſti lumine, quæſumus Domine ſemper & vbique nos præueni, vt myſterium, cuius nos participes eſſe voluiſti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus affectu.

III.
SPIRITVS CONSILII.

Spiritus vſus Eucharistia.

SPiritus conſilij eſt, quo quis religioſè ducitur, vt tria religioſa conſilia ſeruet, & diligenter cuſtodiat, colat caſtitatem, paupertatem & obedientiam. Hic idem ſpiritus conſilij attrahit homines non ſolùm ad cœnam Agni guſtandam, ſed etiam ad frequentandam. Nouerat ita eſſe S. Ambroſius, qui priuſquam ſacris aſſiſteret altaribus, caſtitatis donum in primis appetebat & petebat. *Rex Virginum, & amator caſtitatis & integritatis, cæleſti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis, vt maneat in me tenor caſtitatis corporis & animæ. Mortifica in membris meis carnis ſtimulos, omneſque libidinoſas commotiones, & da mihi veram & perpetuam caſtitatem, cum ceteris donis tuis, quæ tibi placeant in veritate, vt ſacrificium laudis caſto corpore & mundo corde valeam tibi offerre.* Sacerdos erat Ambroſius, & nouerat in Eccleſia neceſſariam eſſe virtutem caſtitatis;

vt

vt qui perpetuò celebrant, & de Euchariſtia participant, perpetuò etiam corporis & animæ caſtitatem colant & ſeruent. Non derogant miniſterio Sacerdotali aliquando opes & diuitiæ, nec poteſtas & imperium, derogat tamen defectus puritatis & caſtitatis, in qua nec eſt nec eſſe poteſt diſpenſatio, vt præluceant puri & caſti exemplo iis, qui more Sacerdotali ſacram velint Euchariſtiam frequentare.

Et quidem in coniugatis ipſis, quibus coitus licitus eſt, quæritur abſtinentia à voluptate coniugali, ſi velint ſæpiùs accedere ad Euchariſtiam. Ita monet Hieronymus ſcribens contra Iouinian. *Probet*, inquit, *ſe vnuſquiſque, & ſic ad Corpus* CHRISTI *accedat: non quòd dilatæ Communionis vnus dies, aut biduum, ſanctiorem faciat Chriſtianum, vt quod hodie non meruerat, cras mereatur; ſed quòd, dum dolet ſe non communicaſſe, abſtineat ſe ab vxoris amplexu, vt amori coniugij amorem* CHRISTI *præferat*. Adhuc aduerſus Iouinianum idem Hieronymus: *Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper* CHRISTI *Corpus accipiant; quod nec reprehendo, nec probo, ſed ipſorum conſcientiam conuenio, qui eodem die poſt coitum communicant, &, iuxta Perſium, noctem flumine purgant. Quare ad Martyres ire non audent, quare non ingrediuntur Eccleſias; an alius in publico, alius in domo* CHRISTVS

eſt?

eſt? Caſta mente, caſto corpore ſumenda & repetenda Euchariſtia eſt.

Pſal.21,27. Hæc alimonia pauperum eſt. *Edent pauperes, & Luc.1,53. ſaturabuntur*, Dauid cecinit; & MARIA, *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes*: exclamatque propterea Eccleſia:

O res mirabilis!
Manducat Dominum
Pauper, ſeruus, & humilis.

Ea propter, quos ſpiritus conſilij ad paupertatis Euangelicæ profeſſionem ducit, adducit ad Communionem, & ſuadet vt ſæpè ad menſam CHRISTI recurrant. Diuites ſæculi huius faſtidiunt pauperes qui frequenter ad ſe veniunt. Longè alia conditio CHRISTI eſt, qui faſtidioſos propterea diuites ipſe faſtidit, & dimittit; admittit indigos, alit & paſcit egentes. Exclamat idcircò Eccleſia: *O quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo de cælo præſtito eſurientes reples bonis, faſtidioſos diuites dimittens inanes!* Quòd ſi CHRISTVS conſecratus pauperes non faſtidit, pauperem tædere non debet ſacram frequentare Euchariſtiam, ne ſimiles illis fiat, qui miſſum de cælo manna reſpuerunt, & contempſerunt.

Benè & ſatis benè Auguſtinus Epiſtola 118. ad Ianuar.

Digitized by Google

Ianuar. *Contemptum ſolum non vult iſte cibus, ſicut neque manna faſtidium.* Faſtidium illud egentis populi fuit, non diuitis Dei, nec modò diuitis CHRISTI eſt, ſed inopis hominis, quem ſacræ atque diuinæ tædet Communionis. Faſtidit egenus diuitem, non diues egenum, cui ſe offert ſemper edendum.

Ad hunc ſacroſanctum cibum etiam atque etiam ſumendum ſpiritus conſilij vocat eos, qui ſuæ renuntiant voluntati, & alterius ſe ſubiiciunt & ſubmittunt imperio. Quanti hoc referat, oſtendit ſanctus Laurentius Iuſtinianus cap.24. de Caſto connubio, cuius eſt iſta ſententia: *Nemo ad hoc percipiendum per ſe dignus eſt, quamuis multa ſit præditus ſanctitate: obedientia quemque dignum facit, non vita.* Ergo qui obedientia Superioris, vel etiam religioſi ſui Confeſſarij ſanctam iterat ac repetit Euchariſtiam, non eſt cur timeat errare. Nec errant, qui ſe Deo in Religione ſacrarunt, & frequentant hoc Sacramentum, cùm cap.19. de Monaſt. perfect. paulò antè dixerit Iuſtinianus: *Potiſſimùm ab iis qui Deo dicati ſunt, ſumi debet Sacramentum hoc.*

Hoc myſterium Euchariſticum eſt, in quo triplex funiculus, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, quam ſpiritus conſilij nectit, conſtringitur, ne rumpatur, confirmatur virtute Euchariſtiæ obe-

Ioan.6,58. dientia, quandoquidem CHRISTVS ait: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* CHRISTVS à Patre miſſus per obedientiam, in obedientia participem ſui confirmat. Reprimitur cupiditas terrenarum rerum huius virtute Sacramenti, & idcircò paupertas Euangelica magis ſolidatur: teſte enim Cyrillo lib. 3. in Ioannem cap. 34. *Quaſi fræno quodam, ad deſiderium rerum meliorum* CHRISTVS *nos circumducit hoc ſpirituali cibo.* Caſtitas quoque Euchariſtiæ beneficio maius accipit incrementum, vt ipſe Cyrillus lib. 4. in Ioannem cap. 17. affirmat, *Sedat enim in nobis manens* CHRISTVS *ſæuientem membrorum noſtrorum legem.* Ducitur ſpiritu conſilij Eccleſia, nimirum obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, & harum trium confirmationem virtutum ſuo ordine poſtulat in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio ſibi concedi, ſibi donari.

Eccleſiæ & animæ donatæ ſpiritu conſilij Oratio I.

PRotege nos Domine tuis myſteriis ſeruientes, vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente.

Oratio

Digitized by Google

Oratio II.

HIs nobis, Domine, myſteriis conferatur, quo terrena deſideria mitigantes diſcamus amare cæleſtia.

Oratio III.

HÆc hoſtia, quæſumus Domine, emundet noſtra delicta, & ad Sacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora menteſque ſanctificet.

IV.

SPIRITVS FORTITVDINIS.

SPiritu fortitudinis præditus vir iuſtus, teſte Sa- *Donum*
lomone, *quaſi leo confidens abſque terrore erit*. Item: *vſus Eucharistiæ.*
Non contriſtabit iuſtum, quidquid ei acciderit. Hoc ſpi- Prou. 28, 1. Prou. 12,
ritu muniti Sancti, vt ſcribit Apoſtolus, *ludibria & 21.* Hebr. 11,
verbera experti, inſuper & vincula & carceres, lapidati 36.
ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Spiritu quoque fortitudinis donatus & ipſe Apoſtolus teſtatur de ſe: *Quis nos ſeparabit à charitate* Rom. 11,
CHRISTI? Quæ eſt ſententia Bernardi cap. 4. de 35.
Septem donis: *Iſte ſpiritus omnem alienam malitiam ſuſtinet, & aduerſus hoſtiles inſidias inſtruit & munit. Vnde ſponſus in ſponſæ præconio ait: Pulchra es amica mea,* Cant. 6, 3.

ſuauis & decora ſicut Jeruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Sacra Euchariſtia annona militaris eſt, cuius vſus virtutem ac fortitudinem requirit in iis qui caſtris CHRISTI ſe deuouent. Da mihi Chriſtianum militem, qui ſe fortiter gerat in prælio, & virtutis ſuæ ſingulare ſpecimen præbeat, & hic ipſe tantam deuotionem nec ſentiat nec experiatur, dignus iudicandus eſt qui militarem annonam participet. Ita cenſuit Iuſtinianus cap.19. Monaſt. perfect. *Non debet*, inquit, *à ſancto Domini conuiuio repelli indeuotus iuſtè viuens, virtuosè conuerſans, humiliter ſe cognoſcens, purè confitens, & reuerenter accedens. Talis quippe inſenſibiliter ac ſpiritualiter hoc Sacramento nutritur, ac viuit.* Concludit tandem: *Nemo autem ſeruorum Dei ab hoc prorſus ſe ſubtrahat Sacramento, quamuis actualiter deſit deuotio: nec quiſquam eo priuetur.* Si quis in caſtris humanis militem fortem agit, & legitimè decertat, commeatu militari dignus efficitur, cenſeatur non indignus Euchariſtia; qui in ſacra
Prou.28,1. CHRISTI militia, *vt leo confidens abſque terrore*
Rom. 8, 35. *erit*: dicit cum Paulo, *Quis nos ſeparabit à charitate* CHRISTI? qui, iuxta Bernardum, omnem malitiam ſuſtinet, & aduerſus hoſtiles inſidias donatus ſpiritu fortitudinis ſe inſtruit & munit. Inſtructæ muni-

Digitized by Google

munitæq́ue animæ ſuæ denique Sponſus dicit: *Pul- chra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Jeruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Vbi acies eſt, ibi plena atque perfecta virtus ac fortitudo eſt, quæ ritè ac rectè præit ac præcedit vſum ſacratiſſimæ Communionis. Confirmat hoc ipſum S. Gregorius ſcribens ad Auguſtinum Epiſcopum Cantuar. *Non ſaturantur*, inquit, *niſi famelici, qui à vitiis perfectè ieiunantes, diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis.* Cant. 5, 3.

Plenitudo virtutis, ſpiritus fortitudinis eſt, qui reddit animoſam fidem, vt ea, quæ ſunt ardua & difficilia in hoc Sacramento, facilè vincat ac ſuperet,

Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat fides,
Præter rerum ordinem.

Hæc animoſa virtus eſt, quia fortes facti ſunt ij, qui tam internas quàm externas difficultates ſuperantes, ab vſu Communionis minimè retardantur. Memineris parabolæ Euangelij, quomodo quidam homo fecit cœnam magnam, & inuitati, quominùs ad illam venirent, ſe excuſarunt. Primus dixit, *Villam emi;* alter, *Juga boum emi quinque;* alius verò ait, *Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire.* Omni- Luc. 14, 16.

bus his tribus inuitatis deerat ſpiritus fortitudinis, & ideò difficultatibus ſibi oblatis ignominiosè ceſſerunt, & à ſacræ Communionis vſu receſſerunt. Primus villam emit, & terræ ſolo adhæſit, nec vires habuit quibus terrenas mundanaſque conſiderationes vinceret, & victor ad ſacram cœnam veniret. Alter iuga boum emit quinque, qui quinque deditus ſenſibus caruit animoſa fide, quam requirit Euchariſtia. Alius, qui duxit vxorem, non habuit animos vt licitis amplexibus àbſtineret, & vxorem CHRISTO conſecrato poſtponeret. Comparare ſibi villam, iuga boum quinque emere, & matrimonium contrahere, licita omnia ſunt, & tamen ab vſu cœnæ homines retardarunt; vt colligas inde, non illicita modò, ſed etiam licita impedimento eſſe poſſe, quominùs Euchariſtia percipiatur, ſi deſit ſpiritus fortitudinis.

Hic ſpiritus eſt, qui fortes Chriſti milites ducit ad militarem annonam, vt virtute Sacramenti eorum virtus magis creſcat, magis augeatur. *Frequentatur Euchariſtia*, Iuſtinianus concionatur, *vt iuſtis gratiam, debilibus conferat robur, victoriam certantibus.* Concionatur quoque Chryſoſtomus Homil. 61. ad populum: *Tamquam leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles.* Poſt ſacram Com-

Communionem *iuſtus vt leo confidens abſque terrore erit.* Cuius illa oratio eſt, quæ Dominica II. poſt Epiphaniam recitatur.

Eccleſiæ & animæ donatæ ſpiritu fortitudinis Oratio.

AVgeatur in nobis, quæſumus Domine, tuæ virtutis operatio, vt diuinis vegetati Sacramentis, ad eorum promiſſa capienda tuo munere præparemur.

V.
SPIRITVS SCIENTIÆ.

SPiritus ſcientiæ eſt, de quo Salomon, *Qui addit ſcientiam, addit & dolorem.* Rationem reddit Bernardus cap.3. de Septem donis: *Vera namque ſcientia eſt, ſcire nos mortales, & caducos, & fragiles eſſe, & in hoc exilio, & in hoc ergaſtulo, in hac peregrinatione, in hac valle lacrymarum dolendum & lugendum eſſe.* Hac eadem præditos ſcientia, & experientia laborum & dolorum vocat CHRISTVS ad refectionem Euchariſtiæ, cùm clamat: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Expendit præfatam ſententiam Auguſtinus Serm.10. de Verbis Domini: *Quare omnes laboramus, niſi quia ſumus homines mortales, & fragiles, infirmi, lutea vaſa portantes, quæ faciunt*

Donum vſus Euchariſtiæ. Eccl.1,18.

Matth.11,28.

faciunt inuicem anguſtias? Et quidem CHRISTVS, vt mortales homines alliceret ad Communionem, meminit immortalitatis, quæ repoſita eſt in ſacra & Ioan.6,59. ſancta alimonia. *Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Nemo eſt qui æternam vitam non diligat, nemo qui immortalitatem non appetat. Quiſquis Euchariſtiam inuenerit, æternam vitam inueniet, & à Domino accipiet immortalitatem.

Quòd ſi quotidie homo laborat, quotidie moritur, & ſicut aqua dilabitur; mirum eſt, ſi quotidie, cùm poſſit, ſe non reparet, & ſe non reficiat alimoniâ immortalitatis. Hoc humanum vitium eſt, humanæ peccatum infirmitatis, quam expertus eſt in ſe beatus Auguſtinus, & expertus loquitur cap.13. Soliloq. *Mundus clamat, Deficio; tu verò clamas, Reficio: & miſeria mea praua magis ſequitur deficientem, quàm reficientem. Planè infirmitas mea hæc eſt.* Præditus ſpiritu ſcientiæ Auguſtinus, deprehendit nouam eſſe infirmitatem ægrotantis, cùm pro remedio ſuæ ægritudinis cibo non vtitur ſalutari. Salutaris hic cibus eſt, quem infirmis & imbecillis mortalibus præſcribit Sapientia Patris. Salubris eſca Sapientiæ, de qua Dionyſius Epiſt.9. *Dicimus eſcam habere vim perficiendi eos quos nutrit, dum imperfectum illorum*

Digitized by Google

illorum atque indigentiam replet, & infirmitatem curat, vitamque cuſtodit. Cùm igitur eiuſmodi conditionis alimonia Euchariſtica exiſtat, noua illa infirmitate laborat, qui illam non admittit, ſed reſpuit. Quiſquis in dicto ſtatu verſatur, ſpiritu ſcientiæ indiget, vt duplici morbo ſe laborantem eſſe nouerit, & vtrique per Euchariſtiam ſæpè repetitam medeatur. Sola hæc mortalitatis noſtræ medicina eſt, quæ vel in ipſo mortis articulo prodeſt morienti, in eam formam & rationem, quam innuit & inſinuat S. Laurentius Iuſtinianus de Monaſt. perfect. cap.20. *Animæ & carnis affectio nullo euentu, nullaque lege, nec in præſenti nec in futuro dirimitur, quin potiùs puriùs, ardentiùs, perfectiuſque in animæ & corporis glorificatione perſeuerat. Proinde quia rationalis ſpiritus inclinatione quadam naturali, & non parum quæ corpori vtilia & delectabilia ſunt, cogitare cogitur, ſpirituali pabulo in ipſo diſcubitu erigendus eſt, in quo quantò ampliùs fuerit occupatus & illectus, tantò minùs carnalia cogitabit.*

Ita reuerà contingit, vt qui tempore mortalitatis & mortis ampliùs ſacris ſtuduerit Communionibus, minùs rebus carnalibus & mundialibus afficiatur. Nouit hoc, qui donatus ſpiritu ſcientiæ, mortalem, caducum & fragilem ſeipſum conſiderans, recurrit ad Euchariſtiam, cuius beneficio vitam ſibi ac-

quirit æternam. Prælibat mortalis homo, dum communicat immortalitatis primitias; dolet ac luget ſe in eo viuere ſtatu, in quo non poſſit frui omnino prægustata æternitate. Ex quo prouenit, vt illa ſcientia, qua ſe nouit homo mortalem ſimul & fragilem, doletque propterea, ſumptione ſacræ Euchariſtiæ perficiatur. Hic myſticus panis eſt, de quo
Pſal.126,2 Dauid: *Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.* Panis doloris eſt, in quo paſſio Dominica præſentatur: panis doloris eſt, quem dolor pœnitentiæ præit, ſubſequitur exilij pœna, quam patitur anima adhuc poſt cæleſtium Sacramentorum fruitionem. Poſtquam primi homines cibum vetitum manducarunt, nudos ſe deprehenderunt, caducos ſimul & fragiles, & ad ficus folia recurrentes, parum commodi inuenerunt. Deerat Adamo & Euæ ſpiritus ſacræ ſcientiæ, qui duceret eos non ad folia, ſed ad fructus, fructus ſcilicet vitalis arboris quæ erat in paradiſo, de qua Deus Geneſis cap.3,22. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Fructus myſticus ligni vitæ totus Euchariſticus eſt, quem qui percipit, in æternum viuet, & æterna immortalitate fruetur. Eò ducit animam

mam ſpiritus ſacratæ ſcientiæ, quo donata ſancta Eccleſia Feria V. poſt Dominicam Paſſionis orat.

Eccleſiæ & animæ donatæ ſpiritu ſcientiæ Oratio.

DOmine Deus noſter, qui in iis potiùs creaturis, quas ad fragilitatis noſtræ ſubſidium condidiſti, tuo quoque nomini munera iuſſiſti dicanda conſtitui: tribue quæſumus, vt & vitæ nobis præſentis auxilium, & æternitatis efficiant Sacramentum.

VI.
SPIRITVS PIETATIS.

Donum vſus Euchariſtiæ.

SPiritus pietatis importat ſecum teneritudinem cordis, & animi deuotionem; quæ quàm ſit neceſſaria ad ſacri huius myſterij frequentationem, quis non videat? vidit Iſidorus lib.1.de Offic. Eccleſ. cap.18. *Dicunt aliqui, Euchariſtiam quotidie accipiendam, & benè dicunt, ſi hanc cum religione, & deuotione, & humilitate ſuſcipiant, ne fidendo de iuſtitia, ſuperba præſumptione id faciant.* Vidit Bonauentura 3. de Profect. Religioſ.cap.18. *Vix tamen ita religioſus eſſe videtur & ſanctus, exceptis Sacerdotibus, quin ſemel in ſeptimana ſufficiat ei ex conſuetudine communicare, niſi ſpecialis cauſa quandoque vel ratio plus ſuadeat, ſcilicet infirmitas ſu-*

perueniens, vel ſingularis feſtiuitas ſolemnis, vel inuſitatæ deuotionis feruor, & intemperata deſiderij ſitis pro illius ſuſceptione, qui ſolus ſufficit amantis ardorem refrigerare. Vidit S. Bernardinus Senenſ. Tom.2. Serm.57. *Cùm Sacramenti perceptio debitam requirat purgationem peccatorum, & mentalem eleuationem, ſeu reuerentiam atque deuotionem, ſiquis qualibet die paratus ſit prædictis modis, & aliud impedimentum non habeat, vtile eſt ei hoc Sacramentum frequentare.* Cùm ita ſe res habeat, benè conſulit Bonauentura in Breuiloq. Parte 6. cap.9. *Conſilium eſt iis, qui ſe ſentiunt indeuotos, vt differant quouſque parati ad eſum veri Agni deuoti & circumſpecti veniant.* Benè etiam monet S. Laurentius Iuſtinianus cap.19. de Perfect. Monaſt. *Videat verò quilibet, ne conſuetudine aut cordis elatione ad perceptionem ducatur tanti myſterij, ſed deuotione, & præuia meditatione.*

Ad hanc deuotionem, & præuiam meditationem, excitat venientem ad Euchariſtiam ſpiritus pietatis, vt non ex conſuetudine, ſed ex affectu piæ deuotionis ducatur ad Communionem. Et quidem hic pius erga ſacram Euchariſtiam affectus tanti haberi debet, & tanti à ſanctis Patribus habebatur, vt inſtar ſacræ Communionis eſſe cenſeretur. Huc pertinet id quod legimus apud S. Bernardinum Senenſ. Tom.2. Serm.57. *Quæri etiam poteſt, Quare Ana-*

choretæ

choretæ rarò communicabant? Dicendum eſt, quòd quotidie diuinitus reficiebantur, & hoc Sacramentum ſpiritualiter manducabant. Et hoc quidem expediebat eis amplius, quàm contrarium, ſecundùm ſtatum ſuum, & ſecundùm regimen quo diuinitus regebantur. Regebantur illi diuinitus ſpiritu pietatis, vt continua ſpiritalis Communionis deuotione defectum ſumptionis realis & corporalis compenſarent, ſicut maximis animarum ſuarum profectibus compenſarunt. Tanti refert ſpiritum pietatis ineſſe iis, qui reipſa non accipiunt Euchariſtiam. Ex hoc facilè poteſt concludi, quanti referat, eodem ſpiritu donari eos, qui Euchariſtica ſumunt frequentantque mysteria, & ex crebro vſu illorum nouis ſemper incrementis & acceſſionibus ſpiritalium gratiarum, priuilegiorum & indultorum augentur.

Quòd ſi aliquando contingat, vt pia iſta deuotio non ſentiatur, non idcircò vir iuſtus & religioſus arceri & amandari debet ab vſu ſacræ Euchariſtiæ, cùm citatus Iuſtinianus cap.9.de Monaſt. perfect. ita definierit; *Nemo autem ſeruorum Dei ab hoc prorſus ſe ſubtrahat Sacramento, quamuis actualis deſit deuotio, nec quiſquam eo priuetur.* Si quis Dei ſeruus in eo ſtatu ſe deprehendat, adhæreat regi Dauidi, dicatque: *In terra deſerta, inuia, & inaquoſa ſic in ſan-* Pſal.62,3.

 cto

Ecto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Videbit virtutem ac gloriam venerabilis Sacramenti, & anima eius poſt ſuſceptam Euchari-
Iſai.35,7. ſtiam, *quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum.* Quòd ſi piæ deuotionis affectus ex crebra Communione non augeatur, ſed potiùs minuatur, ſeruetur id quod præcipit S.Thomas in 4. Sentent. diſt.12. art.2. quæſt.3. *Si aliquis experimentaliter cognoſceret, ex quotidiana ſumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui, talis deberet quotidie communicare. Si autem ſentiret, per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multùm augeri, talis deberet interdum abſtinere, vt cum maiori reuerentia poſtmodum accederet.* Accede totus pius, totus deuotus, filius matris Eccleſiæ, quæ ducta ſpiritu pietatis, Dominica III. Aduentus orat.

Eccleſiæ & animæ donatæ ſpiritu pietatis Oratio.

DEuotionis noſtræ tibi, quæſumus Domine, hoſtia iugiter immoletur, quæ & ſacri peragat inſtituta myſterij, & ſalutare tuum in nobis mirabiliter operetur.

VII.

VII.

SPIRITVS TIMORIS.

CLementiſſimus Deus etiam in myſteriis ſummæ ſuæ pietatis & clementiæ timeri voluit. *Donum vſus Euchariſtiæ.* Cernere hoc licet in ſacræ ſuæ Paſſionis ſacrificio, in quo bonus ille latro timuit Deum, & ſocium ſuum reprehendit, quòd timore non afficeretur. *Neque tu times Deum*, inquit, *qui in eadem damnatione es?* Luc.23, 40. Hoc etiam ſatis elucet in Sacrificio Euchariſtico, in cuius inſtitutione agens de proditore CHRISTVS, nec aperiens quis futurus eſſet, omnibus incuſſit metum, & metuentibus edendum ſe communicauit. Prædixerat hoc ipſum Dauid, cùm præcineret: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe:* Pſal.110,4 timentibus inquam ſe, vt cum timore & tremore ſe pro ſacra Communione pararent, & in ea ſalutem ſuam operarentur.

Hoc certè eſt duci, ac ſimul trahi ſpiritu timoris Dei, quem vt excitet Apoſtolus in ſingulis communicantibus ait: *Itaque quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim* 1.Cor.11, 27.

manducat

manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus Domini. Vocatur ad tribunal altaris homo, ac proinde pauidus eſſe debet. Ita monet Apoſtolus, cuius verba expendens Concilium Tridentinum ſeſſ.13. cap.7. ait: *Si non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere niſi ſanctè; certè quò magis ſanctitas & diuinitas cœleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eò diligentiùs cauere ille debet, ne abſque magna reuerentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cùm illa plena formidinis*
1.Cor.11, 29. *verba apud Apoſtolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus Domini.* Ambroſius 1.Corinth.11. *Deuoto animo & cum timore accedendum ad Communionem, docet Apoſtolus, vt ſciat mens ſe reuerentiam debere ei, ad cuius corpus ſumendum accedit.*

Et quidem olim antequam Chriſtiani perciperent Euchariſtiam, alta voce Diaconus dicebat: *Sancta ſanctis; ſi quis non ſanctus, non accedat.* Hæc verba plena formidinis erant, & illa expendens Chryſoſtomus Homil.61. ad Popul. inquit, *Tamen ne vel hoc prætendas, propterea ſublimis conſtitutus, magna voce, terribili clamore, quaſi quidam præco, manum in altitudinem tollens, ſtans erectus, omnibus apparens, & magnum in illa tremenda quiete exclamans, hos quidem vocat,*

vocat, illos autem arcet, non hoc manu faciens, ſed per linguam efficaciùs quàm per manum. Illa namque vox in aures incidens noſtras, tamquam manus quædam hos quidem pellit & eiicit, illos autem introducit. Quos ducit ſpiritus timoris, introducit chorus ſanctarum virginum Cæciliæ, Dorotheæ, atque ſociarum, quarum omnium vox illa eſto, *Sancta ſanctis; ſi quis non ſanctus, non accedat.* Hæc quoque Mariana vox eſt. *Mater pulchræ dilectionis, & timoris* MARIA eſt, cuius coronatio coronat Oratorium Euchariſtiæ: qua ſiquis quotidie pro dignitate fruitur, ſimilis MARIAE efficitur, quæ CHRISTO ſuo, cæleſti ſcilicet pane, quotidie fruebatur, & imitatores ſuos excitat, vt frequenter Myſteriis ſacramentalibus potiantur, in primis quidem Sacerdotes, qui quotidie ſummum offerunt ſacrificium, & offerentibus, pro eius celebratione per totam ſeptimanam ſeptem ſua dona communicat Spiritus ſanctus, vt modò vno modò alio munere vtantur, & ducantur ad peragendum tremendum altaris Sacramentum, & ſacrificium. Verè tremendum, cùm tam celebranti quàm communicanti dicatur: *Quando ſederis vt comedas cum* Prou.23,1. *Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo.* S. Auguſtinus Homil.2. de Bono Paſt. explicat, quæ ſit principalis

menſa. *Menſa potentis quæ ſit noſtis, vbi eſt Corpus & Sanguis Chriſti.*

Sacerdos igitur & conuiua CHRISTI, *ſtatue cultrum in gutture tuo*, vt cum timore celebres & percipias Euchariſtiam. *Statue cultrum in gutture tuo*, gladium ſcilicet paſſionis, de quo Simeon ad MARIAM, *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* CHRISTVS ipſe de cœnaculo Euchariſtiæ egreſſus eſt, vt ſacram Crucem ſubiret; & ſimul aperuit viam, qua de cœnaculo ad gladium, de incruento ſacrificio ad cruentum holocauſtum, de ſacro Oratorio Euchariſtiæ ad Sanctuarium ſacræ Crucis & Patientiæ aditus & tranſitus daretur: & quidem datur cùm de eſca Agni paſchalis, in quo Sacramentalis adumbrabatur, ſcriptum eſſe legamus Exodi cap. 12. verſ. 26. *Cùm dixerint vobis filij veſtri: Quæ eſt iſta religio? dicetis eis, Victima tranſitus Domini eſt.* Tranſitus Domini eſt: *Hæc eſt via, ambulate in ea.* Hæc via eſt, quam Rex Martyrum Martyribus ſuis oſtendit. Satis benè Cyprianus Epiſt. 54. *Vincentibus communicatio à nobis danda eſt, vt quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione Corporis & Sanguinis* CHRISTI *muniamus: & cùm ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus, munimento*

Euchariſtia via eſt ad Sanctuarium Crucis, & patientiæ.
Iſa. 30, 21.

mento Dominicæ ſaturitatis armemus. Hæc via CHRISTI ac Chriſtianorum, ſicut indicat S.Thomas 3.p. quæſt.13.art.3. ad 3. *Baptiſmus,* inquit, *eſt Sacramentum mortis & paſſionis* CHRISTI, *prout homo regeneratur in* CHRISTO *virtute paſſionis eius: ſed Euchariſtia eſt Sacramentum paſſionis* CHRISTI, *prout homo perficitur in vnione ad* CHRISTVM *paſſum.* Erat olim apud Romanos Virtutis ædes ad ædem Honoris via: nunc verò apud Chriſtianos ſacra Euchariſtia eſt ad gloriam paſſionis via, & ſimul leuamen laboris & ægritudinis: *Vinum lætificet cor hominis. Panis cor hominis* Pſal.103, 16. *confirmet.* Myſteria panis & vini confirment & lætificent cor hominis, innouata vſu & cultu ſacri Baptiſmi, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, vt cor cultoris ſacri huius Oratorij nouum omnino appareat, & quod de antiquo Dauide dictum eſt Eccli. 47, 10. compleatur etiam in nouo: *De omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit eum, qui fecit illum.* Talem igitur cultorem Deus, Creator, Redemptor, & Sanctificator quæſiuit in Oratorio, ſicut & aliàs fecit: *Quæſiuit Dominus virum iuxta cor ſuum.* Quæſiuit, 1.Reg.13, 14. & inuenit Dauidem, cor Dauidicum, cor ſecundùm cor Creatoris, Redemptoris & Sanctificatoris. Conſtans & aſſiduus cultor *cor ſuum dabit in ſi-* Eccli.38, 28. *militudinem picturæ.* In libro ſuo Pſalmorum Dauid

ſexaginta locis cor ſuum produxit & protulit, ad cuius ſimilitudinem componat ſe interiùs cultor, & attendat, quale cor Dauidis formetur, & quale ſuum erga Deum eſſe debeat, cùm creatura eſt condita omnipotentiâ Patris, redempta ſapientiâ Filij, ſanctificata gratiâ Spiritus ſancti. Hoc magnum arcanum ſanctiſſimæ Trinitatis, & perfectum myſterium animæ innouatæ vſu ſacri Baptiſmi, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ. Sic innouata anima ingreditur & penetrat ſacri Oratorij Adyta, in quibus non tam vocibus & nutibus orat, ſicut hactenus fecit cum ſacris illis Virginibus, pſallit ſpiritu, pſallit mente, corde loquitur imitator Regis Dauidis, cuius interna vox eſt, *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Itaque nouus Dauid deinceps non tam ore loquetur quàm corde, & hoc ipſum loco perpetui voti appendet in Appendice Oratorij.

Pſal. 26, 8.

SA-

SACRI ORATORII APPENDIX

PIARVM IMAGINVM CORDIS NOVI DAVIDIS SECVNDVM COR DEI CREATORIS, REDEMPTORIS, ET SANCTIFICATORIS.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine; dediſti lætitiam in corde meo. Pſalm.4,7.

Myſterium nouæ artis, & animæ innouatæ Baptiſmo, Pœnitentia, & Euchariſtia.



ECCLESIA.

Jn cordibus veſtris adorate Dominum : Angelus enim eius vobiſcum eſt.

Appareant imagines cordis Dauidici colentis ſuum Creatorem.

Appareant animæ creatæ & innouatæ myſteria.

Eccli. 16, 25. *Ezech. 12 28. *Attende in corde tuo * ſignaculum ſimilitudinis* Dei.

IMA-

Digitized by Google

IMAGO PRIMA.

Cor ſignatum noui Dauidis creati ſecundùm cor Dei Creatoris Patris luminum.



Deus cordis mei, ô Beata Trinitas!

DAVID de corde ſuo ſignato ſignaculo Patris luminum.

PSALM. LXXII.

Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram?

Defecit

Digitized by Google



Angele Dei
Custodi, Illumina, et Rege.

E C C L E S I A.

In cordibus veſtris adorate Dominum : Angelus enim eius vobiſcum eſt.

Appareant imagines cordis Dauidici colentis ſuum Creatorem.

Appareant animæ creatæ & innouatæ myſteria.

Eccli. 16, 25. *Ezech. 12 28. *Attende in corde tuo * ſignaculum ſimilitudinis* Dei.

IMA-

Digitized by Google

IMAGO PRIMA.

Cor ſignatum noui Dauidis creati ſecundùm cor Dei Creatoris Patris luminum.



Deus cordis mei, ô Beata Trinitas!

DAVID de corde ſuo ſignato ſignaculo Patris luminum.

PSALM. LXXII.

Quid mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram?

Defecit

Defecit caro mea, & cor meum : Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

PSALM. L.

Cor mundum crea in me Deus.

Explicatio ſignaculi. RESPONDET Rex Dauid exemplari Creatoris ſui, qui Deus Trias eſt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. *Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Vtrumque præſtat Dauid : credit *quia eſt*, cùm ait, *Deus cordis mei*; & cùm addit, *pars mea Deus in æternum*, recognoſcit, cordis Deum non ſolùm requirentis ſe remuneratorem futurum, ſed etiam fore cæleſtem remunerationem. Creatus eſt homo à Patre, Filio, & Spiritu ſancto, in cuius ſummæ Triados viſione ac fruitione humana beatitudo conſiſtit, cùm dixerit Ioannes, *Videbimus eum ſicuti eſt.* Sancta itaque Trinitas creatrix & beatrix eſt, reſplendet in imagine Pater humana forma adumbratus, qui cùm conderet Adamum, præ ſe ferens cordis ſui diuini benignitatem & humanitatem, protulit : *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Vbi Pater ita humanus, Filius & agnus. Nomen ab agnitione habet, ex mente Patris emanat, & in ſinu eſt Creatoris, cuius ſapientia

Heb. 11, 6.

1. Ioan. 3, 2.

Geneſ. 1, 26.

tia conditi ſumus. Et ipſe quidem Filius non creata, ſed creatrix Sapientia eſt. Vbi Pater humano ſe more gerit, & Filius apparet agnus, ibidem Spiritus ſanctus columba cernitur, quæ ex diuino corde procedit Patri ac Filio ſimilis, & quidem vtrique par maieſtate & poteſtate. Diuinus amor Spiritus ſanctus eſt, diuinus nexus, quo Pater & Filius complectuntur & diligunt ſe, amant ſuam, condunt & conſeruant creaturam. Licet Trinitas creatrix ſit, æterno Patri tribuitur cæli & terræ creatio, cui cedit attributa omnipotentia, & hæc ſola vires habet, vt ex nihilo condat omnia, vnde & cultor fidelis ait, *Credo in Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium & inuiſibilium.* Circumſcribitur in circulo, cuius figura perfecta capit trinum & vnum Deum in trinitate & vnitate perfecta, cui nihil deſit, ſitque propterea æquè ineffabilis atque mirabilis, vt nec ore nec corde loqui vel cogitare queat Eccleſia de ſancta Trinitate, quin frequenter exclamet: *O beata Trinitas! Te inuocamus, te laudamus, te adoramus, ô beata Trinitas! Spes noſtra, ſalus noſtra, honor noſter, ô beata Trinitas! Libera nos, ſalua nos, viuifica nos, ô beata Trinitas!* Qui circulus perfectionis in corde Dauidis eſt, eſt etiam index exclamationis, in quam prorumpens Pſalm.117,25. Deo cordis ſui ac-

clamat : *O Domine ſaluum me fac, ô Domine benè proſpe-*
Pſal.72, 26. *rare : Cor mundum crea in me Deus.*

Deus cordis mei,
O glorioſa Trinitas!

Applicatio ſignaculi. Eccli. 38, 28. Sapiens, vt ait Eccleſiaſticus, *cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ*, & inſtar pœnitentis Dauidis corde ac mente ſua cælum & terram tranſcendens, dicet Creatori ſuo: Pſal.72, 25. *Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Hoc eſt, vt in Scholiis Baſilius notat, *Neque in cælo alium habeo Deum, neque in terra alium tibi coniungo. Ob hanc cauſam & animo & corpore te deſidero, auxiliumque tuum expecto. Te namque habeo & partem, & ſortem, ac fruitionem bonorum.* Habes Deum in cælis, dum oras, Matt.6,9. *Pater noſter, qui es in cælis:* habes & in corde tuo, dum ais, *Deus cordis mei.* Accedit Auguſtinus Tractatu 4. 2.Paral.6, 18. de Symbol. cap.2. *Ecce, Domine, ait Propheta, cæli cælorum te non capiunt. Et quem non capiunt ſpatia cælorum, capiunt anguſtiæ cordis humani, ipſo dicente, Inambulabo in illis, & inhabitabo.* Accedat & Iuſtinianus de Caſto Pſal.146,5 connubio cap.13. *Magnus Dominus, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Sicut magnus eſt, ita ipſius ſit & habitationis locus. Non enim locorum ſpatio, non altitudine, neque longitudine dilatatur cor, ſed deſideriis.*

Digitized by Google

ſideriis. Rapiatur iis deſideriis erga Creatorem ſuum, diuiniſque affectibus plenus Chriſtianus Dauid exclamet, O beata Trinitas, *quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram?* Hæc animæ & cordis forma, vt ſanctæ Triados fiat in eo ſacrarium, in quod ſe colligens Chriſtianus contemplator ac venerator ineffabilis Trinitatis, cuius & creatura eſt, oret ſpiritu, oret mente cum D. Auguſtino in Soliloq. cap. 33.

Ad Patrem luminum Creatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.


Anima, quam creaſti non de te, ſed per Verbum, non ex qualibet elementorum materia, ſed ex nihilo: quæ quidem rationalis, intellectualis & ſpiritualis, ſemper viuens, ſemper in motu (quam ſignaſti lumine vultus tui, & conſecraſti virtute lauacri tui) ita facta eſt capax maieſtatis tuæ, quòd à te ſolo & à nullo alio poſſit impleri. Quando autem te habet, plenum eſt deſiderium eius, & iam nihil aliud, quàm deſideretur exteriùs, reſtat. Dum autem aliud exteriùs deſiderat, manifeſtum eſt, quòd te non habet interiùs, quo habito nihil eſt quod vltrà deſideret. Quid enim mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Impreſſio ſignaculi.

Pſal. 72. 25.

IMAGO SECVNDA.

Cor cithara & Sole ſignatum in laudem Creatoris Patris luminum.



Pſallam ſpiritu Creatori.
Pſallam mente Patri luminum.

DAVID de corde ſuo ſignato citharâ laudis diuinæ.

PSALM. IX. LXXXV. & CX.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.

PSALM.

Digitized by Google

PSALM. CXVIII.

Confitebor tibi in directione cordis.

ELEGANTER ſibi reſpondent cor Dauidis, & appoſita cordi cithara; quandoquidem Deum creatorem ſuum, quem in animæ ſuæ ſacrarium piè ac religioſè receperat, pulſando citharam celebrabat, dicebatque Patri luminum, ac cordis Deo: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*; & rurſus: *Confitebor tibi in rectitudine cordis.* Laudabilis ab hac confeſſione Dauid. *De omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit eum qui fecit illum.* Et quidem cùm in prima iam effigie Deum agnouerit creatorem Dauid, oportebat vt celebraret, ſicut nunc celebrat, Deum, cuius Sapientia conditi ſumus, & prouidentia gubernamur. Appoſitè ergo Auguſtinus in verba prioris Pſalmi: *Non in toto corde confitetur Deo, qui de prouidentia eius in aliquo dubitat.* Confitebatur toto ſpiritu, & toto corde prouidentiam Conditoris Hebræa illa Iuditha, quæ Oratorium ſuum ingreſſa cum Deo agebat, & aiebat: *Tu feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti, & hoc factum eſt quod ipſe voluiſti; Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt, & tua iudicia in prouidentia tua poſuiſti.* Apponitur ſuper Dauidici cordis effigiem imago Solis cæleſtis, typus æterni Patris, & de quo Iacobus Apoſto-

Explicatio ſignaculi.

Iudith 9.4.

Iac.1,17. ſtolus ſcribit : *Omne datum optimum , & omne donum perfectum de ſurſum eſt , deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio , nec viciſſitudinis obumbratio , voluntariè enim genuit nos , vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Cui competit rerum creatio , eidem luminum Patri adſcribitur prouidentia. *Tua* Sap.14,3. *autem , Pater , prouidentia gubernat.*

Pſallam ſpiritu Creatori.

Pſallam mente Patri luminum.

Applicatio. Chriſtianus igitur memor creationis ac prouidentiæ diuinæ erga ſe , *cor ſuum dabit in ſimilitudinem* Eccli.38, 28. *picturæ*, vt dicat creatori ac conſeruatori Deo : *Confitebor tibi , Domine , in toto corde meo*, &c, *Confitebor tibi* Pſal 9,2. Pſal.42,4. *in cithara Deus Deus meus.* Accedit Ambroſius Tract. de 1. Interpellat. Dauid : *Habet citharam ſuam anima noſtra. Neque enim diceret Paulus , Orabo ſpiritu , orabo* 1.Cor.5, 15. *& mente, niſi haberet citharam, quæ plectro Spiritus ſancti reſultaret.* Huius citharæ aſſonantiam ac ſimul reſonantiam in laudem Triados ſacroſanctæ quærit in Fidelibus ſuis Eccleſia , cùm in eius Feſto canit: *Gloria laudis reſonet in ore omnium Patri, genitæque Proli, Spiritui ſancto pariter reſultet laude perenni.* Eccleſia rurſus : *Laus Deo Patri , parilique Proli , & tibi ſancte ſtudio perenni Spiritus , noſtro reſonet ab ore omne per æuum.* Pulchra conſonantia eſt , pulcher concentus, cùm

Digitized by Google

cùm Dauidis Chriſtiani ſpiritus ita Deum conſeruatorem celebrat, vt diuinas eius laudationes ſonet interiùs, exteriùs reſonet, quemadmodum cap.17. de Monaſt. perfect. notat & aduertit Iuſtinianus: *Corda, non corpora; geſtum mentis, non ſolùm vocis; affectum animi, non linguæ motum requirit Omnipotens. Hoc citharœda ſanctus Dei ſpiritu plenus perſenſerat, cùm dicebat: Pſallite Deo noſtro, pſallite, pſallite Regi noſtro, pſallite ſapienter.* Pſal.46,7. *Sapienter vtique dicit eſſe pſallendum, vt quod pronuntiatur per os, ruminetur in mente. Vnde Apoſtolus idem ſapiens dicit: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* 1.Cor.5,15. Non pſallit ſpiritu & mente, qui cor ſuum aliò diuertit. *Attende in corde tuo*, vt totus Dauidicus factus, Eccli.18,25. ritè ac rectè dicere queas; *Confitebor tibi in directione cordis*. Benè cor ſuum regit & dirigit creatura in Deum, benè fatetur ac confitetur diuinam Patris cæleſtis prouidentiam, cùm totum ſe eius voluntati ac diſpoſitioni committit, quemadmodum ſe committebat ille, qui toto corde ſuo Deum confitebatur, & te, Chriſtiane, monebat, *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iuſto.* Pſal.54,23. Ad quem locum alludens Petrus Apoſtolus, monet Chriſtianos omnes: *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis: omnem ſollicitudinem proiicientes in eum, quoniam* 1.Pet.5,6.

niam

niam ipſi cura eſt de vobis. Non propter creationem ſolùm, ſed etiam propter eius prouidentiam inſtar alterius Dauidis orat & adorat Deum Auguſtinus libro Soliloq. cap.32. Deum adora, & ora.

Ad Patrem luminum Creatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.


Impreſſio. *COgnoui te vnum Deum viuum, & verum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, trinum quidem in perſonis, ſed vnum in eſſentia, quem confiteor, adoro, & glorifico toto corde meo, verum Deum, ſolum, ſanctum, immortalem, inuiſibilem, incommutabilem, inacceſſibilem, vnum lumen, vnum ſolem, vnum panem, vnam vitam, vnum bonum, vnum principium, vnum finem, vnum creatorem cæli & terræ, per quem omnia viuunt, per quem omnia ſubſiſtunt, per quem omnia gubernantur & viuificantur, quæ in cælis ſunt, & quæ in terris, & quæ ſub*
Pſal.9,1. *terra, præter quem non eſt Deus in cælo & in terra. Con-*
Pſal.118,7 *fitebor tibi in toto corde meo, confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque.*

IMA-

Digitized by Google

IMAGO TERTIA.

Cor heliotropio & Sole ſignatum in cultum fidei debitæ Creatori Patri luminum.



DAuid de corde ſuo ſignato fidei diuinæ virtute.

PSALM. CXVIII.

In toto corde meo exquiſiui te.

Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo.

Digitized by Google

Explicatio ſignaculi. CONSONANT ſibi cor Dauidicum atque heliotropium. Heliotropium ſemper quærit & ſemper inquirit Solem. Fides inquirere luminum Patrem docet; monet id-
Heb. 11. 6. circò Paulus: *Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Audiendus hoc loco Auguſtinus in Enchiridio cap. 2. *Deſideras breuiter aperiri atque in ſermonem breuem colligi quonam modo colendus ſit Deus. Reſpondeo, fide, ſpe, & charitate.* Colitur itaque Deus fide, ſpe, & charitate, & in primis colit ac reueretur Deum creatorem ac ſeruatorem ſuum Dauid affectu fidei, cùm ait: *In toto corde meo exquiſiui te.* Canit Dauid in cithara. & quidem cùm D. Ambroſius Tract. de Prima interpellat. Dauid, citharam eſſe in anima teſtatus ſit, addit: *Dulcis eſt ſonus fidei, quæ annuntiatur, vt ſcriptum eſt, in vniuerſo mundo. Hic ſonus à nobis exeat ad Deum, ſicut*
1. Theſſ. 1, 8. *exiuit à Theſſalonicenſibus, vt etiam non canentes canamus, & bonorum concentu operum Dominum prædicemus.* Dulcis cordis ſonus, cùm mens inſtar floris ſolaris quærit Deum. Heliotropium ita ſuum inquirit Solem, vt nihil in florè ſit, quod non vergat & collimet in cæleſte luminare. Nequidquam in corde
Pſal. 102, 1 Dauidis erat, quod non collimaret in Deum: *Benedic anima Domino, & omnia, quæ intra me ſunt, nomini*

mini ſancto eius. Heliotropium nouit ſe cum Sole oriente oſtendere, cum occidente abſcondere: nouit & fides modò eſſe in aperto ore, modò in occulto corde. Tunc in ore: *Credidi, propter quod locutus ſum.* tunc in corde: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Superadditur cordi Dauidis Sol, ſymbolum æterni luminum Patris: nam etſi fides ducatur & feratur in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, reſpicit in primis Patrem, credit, quia Deus teſtatur & dicit, proprium namque æterni Patris eſt dicere. Hinc fit, in primis adſcribendum luminum Patri, quoties aſſeritur & repetitur in Oraculis Prophetarum, *Hæc dicit Dominus.* Pſal.115,10. Pſal 84,9.

Pater noſter, qui es in cælis, Matt.6,9.
Sanctificetur nomen tuum.
Fide cordis te inquirentis.

Digna vox Chriſtiani, in cuius corde fides Catholica floret, illa Dauidica eſto: *In toto corde meo exquiſiui te*; ſicut & illa: *Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo.* item: *Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Dauid nos omnes ſimiles volebat ſibi, cùm diceret, *Laudamini in nomine ſancto eius; lætetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper.* Dum viuimus, peregrinamur à Domino, peregrinamur à Applicatio Pſal.118,10. Pſal.118,58. Pſal.26,8. Pſal.104,3

 Sole,

Digitized by Google

1.Cor.13, 12. Sole, & faciem eius inquirimus. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Nati atque renati omnes ex aqua & Spiritu ſancto, proles Eccleſiæ exiſtimus, quarum ſtatum conditionemque deſcripſit ille, cùm dixit, *Hæc eſt generatio*
Pſal.23,6. *quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.* Hæc nobilis generatio, in cuius corde flos Solis, flos Catholicæ fidei eſt quærentis ſui Solis aſpectum. Hunc indagabat Auguſtinus non in corde, ſed extra cordis arcanum, quærebat exteriùs Solem, quærebat Deum; caligabat, & prorſus errabat. Habes fatentem reum in Soliloq. cap.31. *Ego erraui ſicut ouis quæ perierat, quærens te exteriùs, qui es interiùs. Et multùm laboraui, quærens te extra me: & tu habitas in me, ſi ego deſiderem te. Circuiui vicos & plateas ciuitatis huius mundi quærens te, & non inueni, quia malè quærebam. Video enim, lux mea Deus, qui illuminaſti me, quia malè te per illos quærebam, quia tu es intus, & tamen ipſi, vbi intraueris, neſcierunt.* Fides renuntiat ſenſibus, renuntiauit & fidelis Auguſtinus, & lumine fidei illuſtratus & mundatus inuenit, & interiùs vidit per ſpeculum in ænigmate ſummum Deum, quem tanto cum affectu inueſtigabat. Habebat in corde heliotropium, habebat fidem florentem, qua præditus, cap.12. Medit. coram Deo cordis ſui & ſimul

Sole

Sole clamabat: *O ſumma Trinitas, virtus vna, & indiſcreta maieſtas, Deus noſter, Deus omnipotens, confiteor tibi ego vltimus ſeruorum tuorum, & exiguum membrum Eccleſiæ tuæ, confiteor tibi, & honorifico te debito ſacrificio laudis, pro ſcire & poſſe, quod mihi tantillo donare dignatus es. Et quia exteriora mihi munera deſunt quæ poſſim offerre, ea quæ in me ſunt vota laudationis ex dono miſericordiæ tuæ ecce libens atque ouans offero tibi de fide non ficta, & conſcientia pura. Credo igitur te toto corde, Rex cæli & terræ Domine. Confiteor Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.* Chriſtianus Dauid fide Catholica ductus in Deum tendit, & contendit ad tres diuinas perſonas, in primis tamen ad Patrem: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ.* deinde: *Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* tandem: *In Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur.* Quapropter Patrem luminum in primis adorans & orans idem Auguſtinus cap. 40. Meditat. ait.

Ad Patrem luminum Creatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.


Impreſſio. *CLementiſſime Pater & ſumme, qui omnium miſereris, non me patiaris à tua miſericordia fieri alienum. Et tu Domine Rex regum, qui inducias viuendi præſtas, corrigendi mihi deuotionem tribue. Excita in me mentem quæ te requirat, te deſideret, & te (qui es vbique trinus & vnus) ſemper præ omnibus amet, te timeat, tuamque voluntatem faciat. Præcipuè ergo te Domine ſancte Pater deprecor, qui es benedictus & glorioſus per omnia ſæcu-*
Pſal. 118, 10. *la, in toto corde meo exquiſiui te: ne repellás me à mandatis tuis.*

IMA-

Digitized by Google

IMAGO QVARTA.

Cor Sole & fonte ſignatum in cultum ſpei debitæ Creatori Patri luminum.



Sanctificetur nomen tuum.
Spe Cordis exultantis.

DAuid de corde ſuo ſignato fonte diuinæ ſpei.

PSALM. IV.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.

PSALM.

PSALM. XII.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo.

PSALM. XV.

Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum.

PSALM. LXXXIII.

Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

PSALM. CXVIII.

Exultatio cordis mei.

Explicatio ſignaculi

ECCE Dauid abundat atque redundat gaudio, exilit præ lætitia & exultatione inſtar fontis ſcaturientis, & ſurſum ſe efferentis, & attollentis. Nec aliunde quàm ex Deo tanta gaudiorum & exultationum copia promanat. Videns ſe creatum ad ſimilitudinem & imaginem Dei, ſummopere lætatur, ac dicit: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.* Videns ſe non creatum ſolùm, ſed etiam ſeruatum à Deo, gaudet, & ait: *Exultabit cor meum in ſalutari tuo*, in ſalute ſcilicet animæ, de qua mihi prouidiſti. Agnoſcebat in ſe fidem, cuius lumine vſus ille Deum pro ſe ſtare deprehendebat, & totus lætus canebat: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.*

mouear. Poſt hæc totus exultans ait: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Dauid, quemadmodum in Scholiis notat Baſilius, cùm hæc proferret, cæleſti ſpe immortalitatis futuræ excitatus, exultabat intus, & exteriùs etiam præ gaudio ſaltabat. Conſonat ſibi, cùm ait: *Quia in eo lætabitur cor* Pſal. 32. 21.
noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus. Cauſa magnæ lætitiæ ſpes eſt, qua ſe ſolabatur Iob, cùm miris modis torqueretur & affligaretur, inter ſummas anguſtias dicebat: *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Iob 19, 27.
Habebat in corde ſpem, habebat & fontem, quo, vehementer accenſus ardoribus tribulationum, animam ſuam refrigerabat, ac pariter recreabat. Hac eadem virtute mirum in modum recreatus Rex promulgat: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* & rurſus: *Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt.* Firma & certa futuræ hereditatis inſtrumenta habebat apud ſe Dauid, in quibus cæleſtis regni ſpes continebatur, & de ſua expectatione omnino certus, corde & animo exiliebat. Hæc cordis exultatio Dauidici, hic *fons* Ioan. 4, 14.
aquæ ſalientis in vitam æternam mundatis corde promiſſam. Apparet in culmine cordis Sol, Patrem luminum indicans & inſinuans, à quo hereditas exſpectatur & poſtulatur, *Pater noſter, qui es in cælis,* Matt. 6, 9.

ſanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Cultus huius ſpei, ſicut & fidei, tribus debetur perſonis: datur in primis Patri, cuius hereditas vita æterna eſt.

Matt.6,9. *Pater noſter, qui es in cælis,*
Sanctificetur nomen tuum.
Spe cordis exultantis.

Applicatio. Lætetur ergo Chriſtianus memor ſanctæ illius imaginis, quam diuinitus ſibi impreſſam accepit in

Pſal.4,7. creatione: dicat Creatori ſuo: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.* Gaudeat memor reſtitutæ ſuæ ſalutis, dicatque Ser-

Pſal.12,7. uatori: *Exultabit cor meum in ſalutari tuo.* Conſideret diuinum ſuæ incolumitatis auctorem, totuſque læ-

Pſal.15,8. tus & alacer erumpat in vocem illam: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum.* Abundet & redundet animus ſummo gaudio, quo

Pſal.83,3. totus repletus Dauid, *Cor meum*, inquit, *& caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Plenus bona ſpe pater-

Pſal.118, 111. næ hereditatis adoptatus filius, dicat: *Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt.* Non ſolùm *ſpe gaudentes* Chriſtianos

Rom.12, 12. Rom.15,3 vult eſſe Paulus, ſed repletos etiam gaudio: *Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, vt*

Digitized by Google

vt abundetis in ſpe & virtute Spiritus ſancti. Repletus alacritate, exultans & exiliens Auguſtinus libro de Spiritu & anima cap.14. *Ab hoc mundo,* inquit, *reuertentes ad Deum, quaſi ab imo ſurſum aſcendentes, per noſmetipſos tranſire debemus. Aſcendere enim ad Deum, eſt intrare ad ſemetipſum; & non ſolùm ad ſe intrare, ſed ineffabili quodam modo in imis ſeipſum tranſire. Qui enim interiùs intrans, & intrinſecus penetrans ſeipſum tranſſcendit, ad Deum tranſſcendit. Ab huius ergo mundi diſtractionibus cor noſtrum colligamus, ad interna gaudia reuocemus.* Tunc reuocamus, cùm pro Deo viuo & vita ſimul æterna ſuſpiramus. *Nihil enim præſtantius,* ſubiungit Auguſtinus, *ad beatam vitam videtur, quàm velut clauſis carnalibus ſenſibus extrà carnem mundumque effectum quempiam intra ſeipſum conuerti, alienumque effectum à mortalium cupiditatibus ſibi ſoli & Deo loqui.* Deo & ſibi loquitur, qui lætus & hilaris in Deo totus exultat, & inſtar ſalientis fontis ſurſum cogitationes & ſimul concupiſcentias iaculatur. Deo & ſibi loquitur in hanc formam Auguſtinus cap.35. Meditat.

Ad Patrem luminum Creatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.

Impreſſio. *DEſcendat, Domine, deſcendat, precor, deſcendat in cor meum odor tui ſuauiſſimus, ingrediatur amor tui mellifluus. Veniat mihi tui ſaporis mira & inenarrabilis fragrantia, quæ ſempiternas in me ſuſcitet concupiſcentias, & ex corde meo producat venas ſalientis aquæ*
Pſal. 118. 111. *in vitam æternam. Hereditate acquiſiui teſtimonia tua, quia exultatio cordis mei ſunt.*

IMA-

IMAGO QVINTA.

Cor Sole & tabula legis ſignatum in cultum charitatis debitæ Creatori Patri luminum.



Sanctificetur nomen tuum
Charitate tabulis Cordis inſcripta.

DAuid de corde ſuo ſignato lege diuinæ charitatis.

PSALM. XXXIX.

In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem volunta-

tatem tuam; Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

PSALM. CXVIII.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam; & cuſtodiam illam in toto corde meo.

Explicatio ſignaculi. GERMINET, inquit Deus, *terra, & ſtatim omni ſurgente germine, terra completa eſt. Et homini dicitur, Dilige Dominum Deum tuum, & non eſt charitas Dei omnium infuſa viſceribus*. Hæc Ambroſius lib.3. Hexaëm. cap.17. Charitas hæc infuſa eſt viſceribus eius, qui coluit hactenus fide & ſpe conditorem ſuum, vt eidem Creatori debitum præbeat ſuæ charitatis obſequium, non tam ore quàm corde fatetur. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam; Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Rurſus, *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.* Cor Dauidicum legem charitatis diuinæ ea ratione ſeruat, qua promulgata eſt. Deut. 6, 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, & cùm in tabula cordis legem ſcriptam & inſcriptam afferat, implet quod Deus petit ac præcipit ſemel & iterùm cap.3. & 7. Prouerbiorum. *Fili mi*, inquit Prou.3, 1. *ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinem enim dierum,* &

& annos vitæ, & pacem apponent tibi. Miſericordia & veritas te non deſerant: circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui. Ne quis ambigat accipiendum eſſe de lege, adhuc clariùs cap.7, 1.2.3. *Fili,* inquit, *ſerua legem meam, ſcribe illam in tabulis cordis tui.* Lex charitatis & dilectionis, quæ mandata litteris eſt in corde Dauidis, & in eo religiosè cuſtodita, ſatis oſtendit, quàm cordi eſſet Dauidi ſuum colere & diligere Creatorem. Cùm ait, *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei,* teſte & auctore Baſilio, *ex eorum metaphora dixit, qui amicè erga quoſdam ſunt affecti, ita vt quem diligunt, intrò in ipſum pectus includere cupiant.* Cùm ait de lege amoris diuini, *Cuſtodiam illam in toto corde meo,* oſtendit ſummæ ſibi curæ eſſe, charitatem debitam Creatori retinere & conſeruare. Hæc viri iuſtificati conditio eſt, quam Pſalm.36, 30. deſcribit ipſe Dauid: *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipſius.* Verùm enim verò cùm religioſus cultus dilectionis ſanctiſſimæ Trinitati impendendus ſit iure humanæ creationis, in primis impenditur Patri, de quo Moyſes: *Numquid* Deut.32,6
non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creauit te? Omnipotens Pater eſt, quem in primis veluti creatorem ſuum amoris cultu proſequitur Dauid,

& idcircò ſupereminet in corde Sol, Patris luminum proprium & clarum inſigne.

Pater noſter, qui es in cælis,
Sanctificetur nomen tuum.
Charitate tabulis cordis inſcripta.

Applicatio. Benè ſatis Sermone 2. in capite ieiunij Bernardus monet: *Conuertatur cor tuum, conuertatur amor tuus, vt nihil omnino diligas, niſi ipſum* (Creatorem ſcilicet) *aut certè propter ipſum.* Moneris ergo, Chriſtiane, vt conuertaris ad cor, & dilectionem cuſtodias Creatoris, vt ſimilis euadas Dauidi: moneris à creaturarum vniuerſitate rerum, quas claudit & continet vniuerſum. Teſtatur hoc Iuſtinianus de Caſto connubio cap.13. *Ipſa creaturarum numeroſitas, quantum ſit Deus diligendus, clamat. Clamat cælum voce ſua, clamant cælorum ornamenta, clamat terra, & cuncta quæ in ea ſunt, vt diligatur Deus.* Diligatur, inquam, Deus ad beatitudinem animæ, non humana, non terrena, non vlla cæleſtis creatura, quemadmodum Homil.2. in 1.Canonicam Ioannis annotat Auguſtinus: *Non prohibet Deus amare creaturam, ſed non diligere ad beatitudinem: ſed ad hoc probare & laudare, vt ames Creatorem. Quemadmodum ſi ſponſus faceret ſponſæ ſuæ annulum, non vt amaret aurum pro viro, & annulum pro ſponſo, & faciem eius nollet videre, ſed vt magis*

amaretur

amaretur ab ea. Sic Deus dedit omnia iſta vt amares eum, quia plus eſt quod tibi vult dare, quia tribuit ſeipſum. Deum igitur Creatorem, non annulum, Chriſtiane, cole: hæc lex charitatis eſt, quam in tabulis cordis ſcriptam eſſe Deus cupit, Deus petit. *Fili ſerua legem meam, & ſcribe eam in tabulis cordis tui.* Prou.7,3. Seruabatur olim in Arca teſtamenti lex diuina, ſed meliùs cuſtoditur in corde, dicente Dauide, *Cuſtodiam illam in toto corde meo.* Pſal.118,34. Accedit Auguſtinus in Pſalm. 63. *O homo, cor tuum ſit potiùs arca Dei.* ibi lex, *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo*, ibi manna, Deut.6,5. ibi deliciæ, quibus delibutus animus, aſſeret cum Auguſtino lib. de Spirit. & anim. cap. 14. *Hæc eſt vita cordis noſtri cùm Deum ſuum contemplatur, & ipſe ſua contemplatione ſuauiter reficitur. Et dulce eſt illi, ſemper ad deſiderandum, quod adamandum & laudandum ſemper eſt ſuaue.* Hæc voluptas & ſuauitas amatoris, qui corde ſuo contemplatus Deum, & in eius dulciſſimum raptus amorem aiebat, *Lætabor & exultabo in te*, hoc eſt, *Quòd talem habeo Dominum, id mihi voluptati eſt, in hoc exulto. Quòd ſi quis voluptatem hanc veram, ſicut illa cognoſcenda eſt, cognouerit, aliam voluptatem minimè ſentiet.* Hactenus in Scholiis Baſilius. Auguſtinus verò, qui Deum trinum & vnum, fide, ſpe & charitate colendum cenſuit, exemplo nobis

Vvvv præ-

præluxit cap.31. Meditat. & appoſitè concludit, orat & adorat ſacroſanctæ Triados numen, eius illuſtratus lumine, eius delibutus amore.

Ad Patrem luminum Creatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.

Inuocatio. *INuocat te Domine fides mea, quam dediſti mihi, propter bonitatem tuam ad ſaluationem mei. Fidelis enim anima ex fide viuit, tenet in ſpe, quod videbit in te. Inuocat te Deus meus caſta conſcientia mea, & ſuauis amor fidei meæ, quam, excuſſis ignorantiæ tenebris, ad veritatis intelligentiam perduxiſti, & quam à ſtulti ſæculi amaritudine eruiſti, atque, adhibita tuæ dulcedinis charitate, iucundam mihi & mellifluam reddidiſti. Inuocat te, Trinitas beata, vox clara, & ſincerus amor fidei meæ, quam ab ipſis enutritus incunabulis illuminaſti ſemper per illuſtrationem gratiæ tuæ, quam adaugens confirmaſti in me* Pſal.118, 34. *per documenta matris Eccleſiæ. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.*

Ad

Ad eumdem Creatorem idem Auguſtinus cap.3. Meditat.

HVc vſque, omnipotens Deus, cordis mei inſpector & ſcrutator, confeſſus ſum omnipotentiam maieſtatis tuæ, & maieſtatem omnipotentiæ tuæ; nunc qualiter humano generi ſubuenire dignatus es in fine ſæculorum, ſicut in corde credo ad iuſtitiam, ita ore vnum te confiteor ad ſalutem.

Appareant imagines cordis Dauidici colentis ſacratum & conſecratum Redemptorem.

Appareant animæ redemptæ, atque refectæ myſteria.

Attende in corde tuo * *ſignaculum ſimilitudinis* Dei. Eccli.16, 25. *Ezec.28, 12.

IMAGO SEXTA.

Cor ſignatum noui Dauidis redempti, & refecti ſecundùm cor Dei Redemptoris.



Deus cordis mei, ô ſacrum conuiuium!

DAuid de corde ſuo ſignato ſacro pane, qui de cælo deſcendit.

PSALM. LXXII.

Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit

Digitized by Google

Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

PSALM. XLIV.

Eructauit cor meum verbum bonum.

NON ſolùm Rex Dauid Deum cordis ſui voluit eſſe creatorem, ſed etiam Dei Agnum Redemptorem cordis ſui coluit Deum: vnde & conſequenter ait, *Eructauit cor meum verbum bonum.* Hoc Verbum Agnus diuinus eſt. Cùm verò ſcriptum ſit, *Nemo bonus niſi ſolus Deus*, niſi Verbum eſſet Deus, bonum non eſſet verbum. Bonus Agnus, bonum Verbum, bonus Deus, bonus cibus, quem eructat ex corde ſuo Dauid, de quo in Scholiis Baſilius: *Talia eructauit, qualia ſunt quibus pauit. Non cibum autem, nec potum, ſed menſæ ſuæ cognata, nempe Verbum bonum de vnguento*: vnguento nimirum diuinitatis, quo delibutum ibidem deſcribit CHRISTVM: *Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Hunc ita ſpecioſum Agnum è corde ſuo effundebat & profundebat Dauid, cùm diceret, *Speciosus forma præ filiis hominum.* de quo in Pſal. 44. Auguſtinus: *Pulcher, natus infans Verbum, quia & cùm eſſet infans Verbum, cùm ſugeret, cùm manibus porta-*

Explicatio ſignaculi.

Pſal. 44. 3.

taretur, cæli locuti ſunt, Angeli laudes dixerunt, Magos ſtella direxit, adoratus eſt in præſepi, cibaria manſuetorum. Hæc eructabat cibaria, cùm cantaret, *Eructauit cor meum verbum bonum.* Præuiderat Dauid in ciuitatem Bethleem Agnum & panem pariter de cælo mittendum: & cùm cordis ſui palato myſterium redemptionis in vtroque prægustaſſet, talia eructauit, qualia cibaria fuerunt, quibus cor ſuum pauit ac recreauit. Hoc myſterium redemptionis & ſacroſanctæ Euchariſtiæ, quæ ſimul in corde apparent. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, ecce panis Angelorum, qui cor hominis confirmat.

Pſal.72, 26. *Deus cordis mei,*

O ſacrum conuiuium!

Applicatio ſignaculi. Pſal.72, 26. Exclama cum Eccleſia, & cum Dauide reclama, *Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Verè Deus cordis eſt, qui delapſus è cæleſtis Patris ſede, requieuit in tabernaculo ſacro cordis Mariani, & Luc.1,47. cùm ibi requieſceret, cecinit illa, *Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Quæ conceperat verbo Filium, eructabat verbum bonum, quod ſplendet in Euchariſtia, ſicut recognoſcit Iuſtinianus de Triumphali agone CHRISTI cap.4. *Vt Verbum ſe ſapientiam, bonitatem, &*

& Deum miſericordiarum eſſe oſtenderet, in vltimo cœnæ conuiuio eſcam dedit. Benè infert: *Verbum non poteſt errare, cùm ſit ſapientia; neque fallere, cùm ſit bonitas; neque contemnere, cùm ſit miſericordia.* Benè notat & aduertit: *Vidéſne, vnde mirando gaudere debeas? vnde fides germinat? vnde fidei nutrimento paſcaris.* Concludit & benè ſatis: *Cuius iſta meditantis non ebulliat cor? viſcera moueantur? inflammetur corporis organum, & totius animæ non reuiuiſcat virtus?* Cor feruidum, cor ſplendidum ſacræ Euchariſtiæ ſacrarium, & ſanctuarium. Crede Eccleſiaſtico cap.30,27. *Splendidum cor, & bonum in epulis eſt: epulæ enim illius diligenter fiunt.* Quidni bonum & ſplendidum ſit, quod ſplendor & Verbum Patris inhabitat? *O Verbum,* exclamat Auguſtinus cap. 3. Meditat. *per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil! Verbum, quod eſt ante omnia, & ante quod nihil. Verbum creans omnia, ſine quo omnia nihil. Verbum regens omnia, ſine quo nihil ſunt omnia. Verbum quod dixiſti in principio, Fiat* Gen.1,3.
lux, & facta eſt lux. Dic etiam mihi, Fiat lux, & facta ſit lux, & videam lumen. Videam lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, cuius diuinitas poſuit latibulum ſuum carnem, caro verò ſanctam & immaculatam poſt conſecrationem Hoſtiam; & cùm idem ſit Verbum incarnatum & conſecratum, tam

Agnus

Agnus quàm Eucharistia in ſpiritu & veritate cultu latriæ debet coli & adorari. Hinc Auguſtinus in Pſalm. 98. *Suſcepit de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne* MARIAE *carnem accepit. Et quia in ipſa carne hîc ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, niſi priùs adorauerit*. Hinc in Rhythmo ſanctus Thomas:

Adoro te deuotè latens deitas,
Quæ ſub his figuris verè latitas,
Tibi ſe cor meum totum ſubiicit,
Quia te contemplans totum deficit.

Hinc Concilium Tridentinum ſeſſ.13. cap.5. *Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes* CHRISTI *fideles, pro more in Catholica Eccleſia ſemper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic ſanctiſſimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim minùs eſt adorandum, quod fuerit à* CHRISTO *Domino, vt ſumatur, inſtitutum. Nam illum eumdem Deum præſentem in eo adeſſe credimus, quem Pater æternus introdu-*
Pſal.103,4 *cens in orbem terrarum dicit, Et adorent eum omnes An-*
Matt.2,2. Matth.28, 17. *geli Dei; quem Magi procedentes adorauerunt, quem denique in Galilæa ab Apoſtolis adoratum Scriptura teſtatur.*
Sic ora, ſic adora cum Auguſtino Soliloq. cap.4.

Ad


Ad Redemptorem Agnum oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.

O Domine Verbum! ô Deus Verbum, dirige pedes meos in viam pacis, per quam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei, in voce exultationis & confeſſionis. Impreſſio. *Sonus epulantis, ô ſacrum conuiuium! Eructauit cor meum verbum bonum. Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram?* Pſal.44,2. *Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Pſal.72,26.

IMAGO SEPTIMA.

Cor ſignatum Agno & Hoſtia in cultum Chriſti Redemptoris.



Agnus paſcuę deputatur;
Corde, Chriſtus ſumitur.

DAuid de corde ſuo ſignato Agno crucifixo.

PSALM. LVI. & CVII.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.

NOVIT

Digitized by Google

NOVIT Dauid eam eſſe conditionem maximi Dei, vt ſeruos ſuos, Angelos etiam ipſos, paratos & accinctos velit. Eapropter præcincti ſpiritus ad omne Dei obſequium deſcribuntur, ſeruiſque ſuis mandat & commendat CHRISTVS: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Bonus Dei famulus Dauid, cui dixerat Deus: *Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuum.* Præparauit Deus ſemen, vnde Agnus in corpore formaretur. Et vt tanto beneficio reſponderet Dauid, præparatus & ipſe diuinis præordinationibus clamat, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Nouerat Dauid venturum aliquando Agnum, vt redimeret genus humanum, quem vt reciperet hoſpitem, non domum, non aulam, ſed cor ſuum regaliter offerebat: & vt oſtenderet quàm ſibi gratum eſſet hoſpitium cordis offerre & deferre CHRISTO, non tantùm ſemel, ſed ſæpè ratam habens oblationem inculcat, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Bonus debitor, qui paratam habet pecuniam, vt ſoluat creditori ſuo, & Dauid boni debitoris inſtar, habet in promptu cor ſuum, vt debitum reddat non ſolùm Deo Creatori, ſed etiam Redemptori rependat. Facit ad hoc quod

Explicatio ſignaculi.

Luc. 12, 35.

Pſal. 88. 4.

ait Auguſtinus Pſalm. 68. *O homo cor tuum ſit potiùs arca Dei, vbi habitant diuitiæ Dei: vbi ſit nummus Dei mens tua, habens imaginem Imperatoris tui.* Soluitur Regi in pecunia, quam ornat effigies Regia, & Deo penditur quod debetur, mente ſcilicet & corde, vbi expreſſa eius imago reſplendet. dicitque propterea in Contemplationibus cap. 12. Idiota: *Diligi debes, Domine, ex toto corde, ratione & creationis & recreationis. Quia enim hominem feciſti, debet ſeipſum amori tuo. Et tantò magis ſe debet amori tuo quàm ſibi ipſi, quantò tu maior es ipſo pro quo teipſum dediſti.* Dedit ſe Agnus in carne, & in altari ſe dedit ore & corde puro ſumendum.

Agnus paſchæ deputatur.
Corde & ore Chriſtus ſumitur.

Applicatio Sciat Chriſtianus Dauid, Agnum Dei parato ſibi corde eſſe capiendum, cùm dicat Apoſtolus: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat.* (1. Cor. 11, 28.) Accedat Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 7. *Si non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere, niſi ſanctè. Certè, quò magis ſanctitas & diuinitas cæleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eò diligentiùs cauere ille debet, ne abſque magna reuerentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cùm illa plena formidinis verba apud Apoſtolum legamus: Qui manducat* (1. Cor. 11, 29.)

&

& bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptum, Probet ſeipſum homo. Probat ſeipſum, qui parat cor ſuum diligenter, vt reuerenter ac ſanctè ſuſcipiat in ſe Redemptorem ſuum, & dicat iam aduentanti: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, in quod exceptus hoſpitium ſtes promiſſo tuo Euangelico: *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Ecce manet in corde Agnus qui ſumitur in Euchariſtia, & in eius ſuſceptione benè monet Iuſtinianus cap.19.Monaſt.perfect. *Quis non corde proſtrato, totis medullis veneretur tantæ præſentiam maieſtatis? cuius ferreum pectus, vel adamantina mens non liqueſcat præ deuotione, cùm Deum ſibi, & ſe Deo ſenſerit corporaliter vnitum?* Tantæ vnionis myſticæ, & Sacramentalis æſtimator ipſe, inquit: *Talia ſunt munera tua, ô Domine* IESV, *taliáque amoris encænia, quæ amicis tuis deuotis & dilectis per hoc ſacroſanctum myſterium conferre dignaris, vt omnem tranſeuntis vitæ ſuperent delectationem. Per illud namque venerabile myſterium tradis teipſum fidelibus tuis, quatenus diſcant ex ipſius ſuauitate amare te, tenere te, cognoſcere te, laudare te. Aperi igitur, ô melliflue amor; aperi, inquam, ô diuina bonitas, interiores fidelium oculos, vt formatæ fidei*

Pſal.56,8.
Ioan.6,57.

 irra-

irradiati lumine, videantur videre te. Dilata etiam Domine affectum ad ſuſcipiendum te. Affectus cordis dilatatur & ampliatur, cùm renuntiat creaturis, & ad CHRISTVM paſſum reducitur. vnde Sapienter Idiota cap.12. Contemplat. orat: *Sic animus meus ſtringatur in amore tuo, vt carnis deuitet vitia, fugiat illecebras, deſideria maligna extirpet, & in te aſſiduè recreetur, atque in tuo dulciſſimo amore paſcatur.* Paſtus & omnino recreatus Auguſtinus erat, cùm totus Dauidicus redditus, cor ſuum offerens Redemptori in ſacra ſua Communione oraret, & Dei Agnum adoraret cap.12. Manual.

Ad Redemptorem Agnum oratio & adoratio cordis.


S. AVGVSTINVS.

Impreſſio. O *Dulcedo amoris, & amor dulcedinis! comedat te venter meus, & nectare tui amoris repleantur viſcera mea, & eructet mens mea verbum bonum, charitas Deus meus, mel dulce, lac niueum, cibus & gaudium, fac me creſcere in te, vt ſano palato poſſis manducari à me. Tu es vita mea, qua viuo; ſpes, cui inhæreo; gloria, quam*
Pſal.56,8. *adipiſci deſidero. Tu mihi cor tene. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*

IMA-

IMAGO OCTAVA.

Cor ſignatum Cruce & Agno in cultum Paſſionis Redemptoris.



Corde colitur et recolitur Memoria Paſſionis eius.

DAuid de corde ſuo ſignato Cruce ſacræ Paſſionis.

PSALM. XII.

Quamdiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

PSALM.

Google

PSALM. XXIV.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.

PSALM. XXXVII.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

PSALM. LX.

Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.

PSALM. LXVIII.

Improperium expectauit cor meum, & miſeriam.

Explicatio ſignaculi.

AGNVS vel ab ipſa mundi origine immolabatur in cordibus virorum Sanctorum, potiſſimùm in corde Dauidico, quod vmbratile ſimulacrum CHRISTI patientis erat; & iam in eo myſterium ſanctæ crucis apparebat, quemadmodum in imagine cernitur. Cùm diceret, *Quamdiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?* dolebat in corde Agnus. Cùm aſſereret, *Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt*, tribulabatur in corde Dauidis Agnus. Cùm clamaret, *Cor meum conturbatum eſt*, & hoc ipſum repeteret Pſalm. 108. Agnus cæleſtis Patris in corde Dauidico turbabatur, & idem ipſe angebatur, dum adderet, *Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.* Exaltaſti me in petra, cùm abſoluta

luta crucis & mortis ſacræ paſſione, è ſepulchro reſurrexi; & ſuper lapidem monumenti victor de morte, triumphator de peccato ſteti. Exaltaſti me in petra mellis dulciſſimi atque ſuauiſſimi, quod latet in Euchariſtia. Hæc petra ſacramentalis ac myſtica, cuius ipſe Dauid meminit: *Cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.* Psal. 80. 17. Cùm ergo CHRISTVS Patrem conueniens diceret in corde Dauidis, *Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me*, vnam & alteram petram, ſepulchralem & ſacramentalem, videbatur certè reſpicere. vnde & in Scholiis Baſilius: *Oro autem, vt refocillatione quæ à te ſit potiar: lugens enim, & propter vrgentes calamitates lamentans, auxilio ſum potitus, & hoſtibus ſuperior effectus.* Habuit vtrumque CHRISTVS à Patre, victoriam de hoſtibus in ſancta reſurrectione, myſticam verò refocillationem in ſacroſancta Euchariſtia, quæ viua memoria eſt ſacræ ſuæ paſſionis. Hæc agitur, colitur, & recolitur in corde Chriſtiani Dauidis, exclamantis poſt acceptam Communionem:

O ſacrum conuiuium, in quo CHRISTVS *ſumitur, recolitur in corde memoria paſſionis eius.*

Recolitur memoria dolorum & tribulationum, Applicatio. recordatio turbationum & anguſtiarum, quas in cruce ſua paſſus eſt Agnus Patris. Legalis agnus aſſa-

tus, per dolores, tribulationes, anguſtias & angores tranſibat, priùs quàm ab Hebræo populo ederetur. Typus ille CHRISTI patientis erat, de quo Iuſtinianus Serm. de Euchariſt. *Agnus iſte anniculus abſque vlla contagione delicti,* CHRISTVS *eſt Dominus. Hic accerrimo paſſionis igne in crucis ſtipite aſſatus fuit. Hunc per iugem meditationem ac dilectionem habeto in corde.* Benè & ſatis appoſitè monet Damaſcenus lib. 4. de Fide Orthodoxa: *Accedamus deſiderio ardenti, manus in crucis modum formantes: Crucifixi corpus ſuſcipiamus, & apponentes oculos, & labia, & frontem, diuinum carbonem concipiamus, vt ignis in nobis deſiderij ex eo carbone ignitione comburat peccata noſtra, & illuminet corda noſtra.* Sic corde illuſtratus, ſic illuminatus erat D. Chryſoſtomus, dum recoleret venerabile myſterium crucis in Euchariſtia, & recolendum doceret ac moneret Homil. 24. in Epiſt. 1. ad Corinth. *Cum honore & munditia omni ad Deum accedamus. & quando id propoſitum videris, dic tecum: Hoc corpus affixum, verberatum, morte victum non eſt. Hoc corpus Sol crucifixum videns, radios auertit. Propter hoc & velum templi ſciſſum eſt, & petræ & terra vniuerſa tremuit. Hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratum, fontes ſanguinis & aquæ vniuerſo orbi ſalutares ſcaturiuit.* Hæc paſſionis ac crucis communicatio myſtica refocillatio eſt, cuius cupidus

dus dicebat ex ore Regis Baſilius, & ſimul orabat Deum; *Oro vt refocillatione, quæ à te ſit, potiar.* Potitus quidem pro voto eſt: *Sacramentum namque hoc*, vt ait Iuſtinianus cap. 19. Monaſt. perfect. *tamquam cellarium quoddam omnium aromatum in ſe continens pretioſitatem & virtutem. In ipſum qui ingrediuntur, refocillantur ab omni defatigatione, nec deficiunt, donec præſentis vitæ terminus finiatur.* Subiungit: *Quis non excitetur ad mentis deuotionem, cùm diligenter conſideret, tam ineffabilem diuinæ dignationis charitatem ſic inclinari ad ſe?* Excitatus ad cordis & mentis deuotionem orabat, & ſimul adorabat Auguſtinus cap. 11. Manual.

Ad Redemptorem Agnum oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.

PVlcherrime Ieſu Chriſte, rogo te per illam ſacratiſſimam effuſionem pretioſi Sanguinis tui, quo redempti ſumus, da mihi cordis contritionem & lacrymarum fontem, præcipuè dum preces & orationes tibi offero. Dum ſacris altaribus licet indignus aſſiſto, cupiens tibi offerre illud mirabile & cæleſte ſacrificium, quod tu Domine Deus meus, Sacerdos immaculate, inſtituiſti, & offerre præcepiſti in commemorationem tuæ charitatis, mortis ſcilicet & paſſionis pro ſalute noſtra, pro quotidiana noſtræ fragilita- Impreſſio.

Pſal.60,3. *tis reparatione, in qua vox tua illa eſt: Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.* Cultor Auguſtino adhæreat, expendat & perpendat, quam ſacræ paſſionis ſuæ CHRISTVS memoriam reliquerit. In ſaxis & marmoribus ſepulchrorum mortales homines monimentum ſui erigere conſueuerunt: CHRISTVS verò poſt ſuam reſurrectionem non agens mortalem hominem, ſed immortalem, æternum ſacrificium ſtatuit, in quo eius ſolemnis recordatio ſeruetur & celebretur. Seruatur & ſimul celebratur in corde, quoties in memoriam paſſionis & ſimul reſurrectionis ſacrum facis, & percipis Communionem. Tunc propone ante oculos tuos CHRISTVM dicentem Patri, *Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.*

IMA-

Digitized by Google

IMAGO NONA.

Cor ſignatum Agno & floribus in cultum gratiæ Redemptoris.



Mens impletur gratia,
Cor floribus ſanctitatis.

DAuid de corde ſuo ſignato floribus gratiæ diuinæ.

PSALM. XXVII.

Dominus adiutor meus, & protector meus: in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. Et refloruit caro mea.

Digitized by Google

Explicatio ſignaculi.

PROMISERAT Deus viro, quem quæſiuit & inuenit ſecundùm beneplacitum cordis ſui, *Super ipſum efflorebit ſanctificatio mea*, & iuxta datum promiſſum floruit & refloruit, cùm dixerit, *Dominus adiutor meus, & protector meus: in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. Et refloruit caro mea.* Protector & adiutor Agnus extitit, cuius ſanguine liniti poſtes domorum, ſecuros & incolumes reddidit in Ægypto Hebræos, cùm primogenitos Ægyptiorum Angelus trucidaret. Non typicum illum Dauid, ſed verum Agnum curabat, in cuius elogium cantat Dominica in Albis Eccleſia:

Ad regias Agni dapes,
Stolis amicti candidis
Poſt tranſitum Maris rubri
Chriſto canamus Principi.
Diuina cuius charitas
Sacrum propinat ſanguinem,
Almique membra corporis
Amor Sacerdos immolat.
Sparſum cruorem poſtibus
Vaſtator horret Angelus:
Fugitque diuiſum mare:
Merguntur hoſtes fluctibus.

Hunc præ oculis habebat Dauid, cùm diceret, *Dominus adiutor meus, & protector meus, in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.* In hoc ipſo refloruit caro Dauidis, cùm ſurrexit ille ex mortuis; quandoquidem, Rom.1,3. vt ſcribit Paulus, *factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem*, & ſecundùm eamdem carnem ſuſcitatus eſt.

Attulit

Attulit ſecum flores CHRISTVS cùm è cælis deſcendit, & venit in ciuitatem Nazareth; & retulit ſecum flores cùm è mortuis regreſſus eſt. Confirmat Ambroſius in Pſalm.118. litt.6.verſ.3. *Ecce*, inquit, *hiems præteriit, imber abiit, diſceſſit ſibi, flores viſi ſunt in terra. Ante aduentum* CHRISTI *hiems erat: venit* CHRISTVS, *fecit æſtatem. Tunc omnia florum erant indiga, nuda virtutum: paſſus eſt* CHRISTVS, *& omnia cœperunt nouæ gratiæ ſecundari germinibus, imber abiit luxuriæ profluentis, & nubila tetris orta flagitiis, æſtiua iam pura conſcientiæ ſerenitate laxantur.* Præfert CHRISTI flores in corde ſuo Dauid. Confeſſus eſt ingenuè, *Aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum:* comedat ergo panem viuum è cæli horreis delapſum, cuius virtute reuireſcet ac refloreſcet, ſicut indicat effigies, prorumpatque in vocem illam poſt acceptam Communionem: Cant.2,11. Pſal 101.5

O ſacrum conuiuium, in quo CHRISTVS *ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius. Mens impletur gratia: Cor floribus* ſanctitatis.

Hæc gratia florum ſacrorum, de quibus & cum quibus cap.39. loquitur Eccleſiaſticus: *Florete flores quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam.* Talis Euchariſtia eſt, cùm in Pſalm.118. dicat Ambroſius: *Bona paſcua diuina Sacramenta ſunt. Carpis illic* *Applicatio.*

lic lilium, in quo eſt ſplendor æternitatis. Carpis illic nouum florem, qui nouum odorem dedit reſurrectionis. Totum quoque floridum cor exiſtit, quod ſuauiſſimum emittit odorem, & frondet in gratiam, quam ſecum affert & infert venerabile Sacramentum, vt de
Pſal. 131, 18. eo dicere Deus queat: *Super ipſum efflorebit ſanctificatio mea.* & ipſe de Agno, *Dominus adiutor meus, & protector meus, in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.*
Pſal. 27, 7. *Et refloruit caro mea.* Habes in corde Agnum adiutorem & protectorem. *Neque tibi,* ſicut monet Iuſtinianus Serm. de Euchariſt. *percuſſor angelus nocere valebit, ſi Agni illius fueris ſaginatus edulio. Protegant te ſancta myſteria, & inter medios ſæculi fluctus ante myſtici Pharaonis faciem gradieris illæſus. Illum itaque in intellectuali pelago ſuffocatum aſpicies conſtitutus in littore. Tunc lætitiæ initiato carmine, magna cordis cum exulta-*
Exod. 15, 1 *tione clamabis: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt.* Cùm typico paſti agno cecinerunt hymnum Hebræi, mirabiles flores apparuerunt in profundo, quod paulò antè aquis rubri Maris tegebatur. legimus enim Sapientiæ cap. 19, 6. *Omnis creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur, deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirentur illæſi. Nam nubès caſtra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ antè erat, terra arida apparuit, & in Mari rubro via ſine impedimento,*

et

& campus germinans de profundo nimio. Hæc mirabilia patrantur poſt eſcam & eſum cæleſtis Agni. Ad ſuum genus refiguratur homo. *Sicut miſit me viuens* Ioan.6,58.
Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Terra, quæ deliciis carnis affluebat, apparet arida, & cor aridum germinat, & flores generat. *Florete flores quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam.* Mens impletur gratia, in cuius confirmationem orat & adorat Auguſtinus cap.11. Manual.


Ad Redemptorem Agnum oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.

Confirmetur mens mea inter tanta myſteria dulcedine præſentiæ tuæ. Sentiat ſe tibi adeſſe, & lætetur coram te ignis, qui ſemper ardes. Dulcis CHRISTE, *bone* IESV, *lumen æternum & indeficiens, panis vitæ, qui nos reficis, & in te non deficis: quotidie comederis, & ſemper integer manes: reſplende mihi, accende me, illumina & ſanctifica vas tuum, de malitia euacua, imple de gratia, & plenum conſerua. Dominus adiutor meus, & protector meus, in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum: & refloruit caro mea.* Impreſſio. Pſal.27,7.

IMAGO DECIMA.

Cor Agno & annulo ſignatum in cultum pignoris gloriæ conferendæ à Redemptore.



Futuræ nobis gloriæ pignus datur: Cor signatur, anima coronatur.

DAuid de corde ſuo ſignato pignore æternæ gloriæ.

PSALM. LXXVII.

Pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.

PSALM.

PSALM. CXVIII.

Inclinaui cor meum, & non in auaritiam.

Ibidem.

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.

CVM agat de ſe & de corde ſuo Dauid, agit de tertia perſona. Ait: *Elegit Dauid ſeruum ſuum.* Ad quod munus & officium? *Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſraël hereditatem ſuam. Et pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Paſtor Dauid erat, & alterius perſonam gerebat, CHRISTI videlicet, qui paſtor & agnus eſt: paſtor, qui dicit de ſe, *Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis;* Agnus verò, quem Præcurſor eius indicat, & demonſtrat, *Ecce Agnus Dei.* Hic bonus paſtor eſt, qui pauit Iacob ſeruum ſuum, & Iſraël hereditatem ſuam. Hic innocens Agnus eſt, qui *pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Deduxit eos ad paſcua immortalitatis & æternitatis, & veluti vnus de grege, dicit de ſe Dauid: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. Nam etſi ambulauero*

Explicatio ſignaculi.

Ioan. 10, 11.

Ioan. 1, 36.

Pſal. 22, 1.

IMAGO DECIMA.

Cor Agno & annulo ſignatum in cultum pignoris gloriæ conferendæ à Redemptore.



Futuræ nobis gloriæ pignus datur:
Cor signatur; anima coronatur.

DAuid de corde ſuo ſignato pignore æternæ gloriæ.

PSALM. LXXVII.

Pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.

PSALM.

PSALM. CXVIII.

Inclinaui cor meum, & non in auaritiam.

Ibidem.

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.

CVM agat de ſe & de corde ſuo Dauid, agit de tertia perſona. Ait: *Elegit Dauid ſeruum ſuum.* Ad quod munus & officium? *Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſraël hereditatem ſuam. Et pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Paſtor Dauid erat, & alterius perſonam gerebat, CHRISTI videlicet, qui paſtor & agnus eſt: paſtor, qui dicit de ſe, *Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis*; Agnus verò, quem Præcurſor eius indicat, & demonſtrat, *Ecce Agnus Dei.* Hic bonus paſtor eſt, qui pauit Iacob ſeruum ſuum, & Iſraël hereditatem ſuam. Hic innocens Agnus eſt, qui *pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Deduxit eos ad paſcua immortalitatis & æternitatis, & veluti vnus de grege, dicit de ſe Dauid: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. Nam etſi ambulauero*

Explicatio ſignaculi.

Ioan. 10, 11.

Ioan. 1, 36.

Pſal. 22, 1.

in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Deduxit me ad paſcua vitæ cæleſtis, quam vt mihi promererer, de lege & eius obſeruatione cogitaui. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.* Memor huius

Pſal.20,2. retributionis dicebat: *Domine, in virtute tua lætabitur Rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Deſiderium cordis eius tribuiſti ei.* Cùm dixerit aliàs

Pſal.72, 25. Dauid, *Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram?* Videtur ſibi multùm derogare, cùm ſe ad benè agendum beneque viuendum accingat propter retributionem. Cùm dicat, *Inclinaui cor meum, & non in auaritiam*, quid cupidus & auarus præmij & retributionis exiſtit? Auarus non eſt, nec quidquam ſibi derogat, cùm ſciat remunerationem ſuam non aliam eſſe, quàm Deum habere & poſſidere. Eapropter cùm ſtatuiſſet, *Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram?* ſubiunxit, *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Pars in æternum Deus eſt, eſt & æterna retributio, cuius ſecurum pignus eſt myſterium ſacræ Euchariſtiæ, cùm ſit annulus & ſignaculum cordis, datum, vt apparet, animæ Chriſtiani Dauidis clamantis, & exclamantis:

O ſacrum conuiuium, in quo CHRISTVS *ſumitur, recolitur*

recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ nobis gloriæ pignus datur. Cor ſignatur.

Ergo Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc inſtituit, &, vt ait Concilium Tridentinum ſeſſ.3.c.2. *pignus id eſſe voluit noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis.* Chriſtiane Dauid, tanto pignore ſecurus poſt acceptam Communionem, ſuadente ſic Chryſoſtomo Homil.24. in 1.ad Corint. *Dic tecum: Propter hoc corpus non ampliùs terra & cinis ego ſum, non ampliùs captiuus, ſed liber. Propter hoc cælum & quæ in eo bona ſunt me accepturum ſpero. Propterea immortalem vitam, Angelorum ſedem,* CHRISTI *conſuetudinem.* Interim dum liberatur, dum redimitur, datum & acceptum pignus ſeruetur in corde, cuſtodiatur in mente. Fidus pignoris cuſtos erat S. Bonauentura, qui in actione gratiarum exhibita poſt Miſſam ait: *Transfige, dulciſſime Domine* IESV, *medullas & viſcera animæ meæ ſuauiſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera ſerenaque & Apoſtolica ſanctiſſima charitate, vt langueat & liqueſiat anima mea ſolo ſemper amore & deſiderio tui, te concupiſcat, & deficiat in atria tua; cupiat diſſolui, & eſſe tecum. Te, in quem deſiderant Angeli proſpicere, ſemper eſuriat & comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ.* Cùm fidelis cuſtos ſciret, pretioſi pignoris eſſe ſignaculum ſu-

Applicatio.

ſupra cor ſuum venerabile Sacramentum, deponens in arcano cordis concludit: *Tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, theſaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor*
Matth.6, 21. *meum.* Audierat: *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum*; & cùm theſaurus eius ſacra Euchariſtia foret,
Cant.8,1. cor ſuum ibidem eſſe volebat. Audierat, *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*, & in corde ſignum æternum Creatoris & Redemptoris impreſſerat. Impreſſerat priùs Eccleſia, cui priùs dictum erat, *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.* In quem locum Ambroſius Sermone 19. ſuper Pſalm. 118. *Quia vidit tantam deuotionem Eccleſiæ, idoneos putat eſſe iam populos, qui in corde noſtro & in brachio ſignaculum eius portare poſſimus. Ipſe enim Pater ſignauit Deus, & qui teſtimonium eius accepit, ſignauit, quia Deus verax eſt: & ideò operantis cibum permanentem in vitam æternam ſignati ſunt ad imaginem & ſimilitudinem* CHRISTI, *qui eſt imago inuiſibilis Dei.* Hoc pignus gloriæ & felicitatis eſt, cuius auidus loquitur Auguſtinus cap. 3. Manual.

Ad

Ad Redemptorem Agnum oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS.

TE igitur, clementiſſime Deus, inuoco in animam meam, quam præparas ad capiendum te ex deſiderio, quod inſpiras ei. Intra (rogo) in eam, & coapta eam tibi, vt poſſideas illam quam feciſti & refeciſti, vt habeam te velut ſignaculum ſuper cor meum. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem. Impreſſio. Pſal. 118. 112.

Huius retributionis & remunerationis pignus non ſolùm eſt Agnus conſecratus in Euchariſtia, ſed etiam columba Spiritus ſancti, cuius meminit Paulus cap. 1, 14. ad Epheſios: *Credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hereditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.* Hoc inæſtimabile pignus non alibi, quàm in cordibus noſtris ſeruandum Deus voluit, & ipſe ſeruandum repoſuit, cùm 2. Corinth. 1, 21. ſcripſerit idem Apoſtolus; *Qui autem confirmat nos vobiſcum in* CHRISTO, *& qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.*

Appa-

Appareant imagines cordis Dauidici colentis Spiritum Dei ſanctificatorem, & pignus acceptæ ſanctitatis.

Appareant animæ innouatæ & ſanctificatæ myſteria.

Eccli.16, 25. *Ezec.28, 12. *Attende in corde tuo* * *ſignaculum ſimilitudinis* Dei.

IMA-

Digitized by Google

IMAGO VNDECIMA.

Cor ſignatum noui Dauidis ſanctificati ſecundùm cor Dei ſanctificatoris.



Deus cordis mei,
Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum viſita.

DAuid de corde ſuo ſignato columba & igne diuino.

PSALM. LXXII.

Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram?

Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

PSALM. L.

Cor mundum crea in me Deus.

PSALM. CXVIII.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.

Explicatio ſignaculi. POSTQVAM Chriſtianus David attendit in corde ſuo Creatorem ſuum, & confeſſus eius diuinitatem aſſerüit, *Credo in Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ*, coluitque in corde ſuo diuinum ſuum Redemptorem; conſequenter debet fateri & profiteri, *Credo in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas.* Præit cultu & veneratione, qui clamat & ſimul exclamat: *Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Qui languet, deficit. Languebat amore in Spiritum ſanctum David, & idcircò caro & cor eius deficiebant, cùm æſtuans amore diceret, *Deus cordis mei.* Deus cordis, Spiritus ſanctus eſt, in quo & ipſe liberè dominatur, dicente Paulo: *Dominus ſpiritus eſt. Vbi Spiritus Domini,* *2. Cor. 3, 17.*

mini, ibi libertas. In quem locum Anſelmus: *Suæ poteſtatis eſt potens perficere quod vult. Ac per hoc, quos vult illuminat, & quos vult in tenebris ignorantiæ deſerit.* Ad hunc recurrit Dauid, & petit vt radiorum ſuorum luce mundet ac purificet cor ſuum. *Cor mundum crea in me Deus;* & rurſus, *Fiat cor meum immaculatum.* Cælum mœſtum radiis ſolaribus illuſtratur & purificatur, cor autem humanum lumine & igne columbæ Spiritus ſancti, vt apparet in effigie, decoratur & mundatur. Confirmat id ipſum Eccleſia, dum orat, *Corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emunda.* Hanc illuſtrationem, & ſimul emundationem appetit, dum petit: Pſal. 50. 12.

Deus cordis mei. Pſal. 72. 26.
Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum viſita,
Imple ſuperna gratia
Quæ tu creaſti pectora.

Conſonat ſibi, dum rurſus Eccleſia canit: *Applicatio ſignaculi.*

Veni ſancte Spiritus,
Et emitte cælitus
Lucis tuæ radium.
Veni pater pauperum,
Veni dator munerum,
Veni lumen cordium.

Conſolator optime,
Dulcis hoſpes animæ,
Dulce refrigerium.

Filius Eccleſiæ Dauid cordis ſui Deum vult eſſe Spiritum ſanctum, cuius proprium eſt illuminare, mundare & ſanctificare. Sanctificat Pater, ſanctificat Filius, ſed hanc prærogatiuam ex nomine ac titulo ſibi vendicat Spiritus ſanctus. Benè Bernardus Serm. 3. de Pentecoſte: *Pater ſpiritus, Filius ſpiritus, Spiritus ſanctus ſpiritus eſt; Spiritus autem ſanctus quaſi ſpecialiter Spiritus dicitur, quòd ab vtroque procedat firmiſſimum & indiſſolubile vinculum Trinitatis, tamquam propriè ſanctus, quòd ſit donum Patris & Filij, omnem ſanctificans creaturam.* Hic credendus & colendus pariter Dominus. *Credo in Spiritum ſanctum, Dominum.* Hic orandus, & rogandus: *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Accedit Bernardus Sermone illo 3. Pentecoſt. *Recepto Spiritu ſancto per ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum, audet quis ante faciem eius apparere tamquam lotus & mundus, vtpote qui contineat ſe ab omni malo, & quia actiones, etſi non cogitationes, frænauerit. Sed quia peruerſæ & immundæ cogitationes ſeparant à Deo, orandum eſt, vt cor mundum creetur in nobis: quod vtique fiet, ſi ſpiritus rectus fuerit in noſtris viſce-*

Pſal. 50, 12.

viſceribus innouatus. Hæc quidem innouatio metamorphoſis myſtica eſt humani cordis, quam illuſtratione ſua mirabiliter operatur Spiritus ſanctus, quemadmodum ſcribit Apoſtolus 2. Corinth. 3, 18. *Nos verò reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini ſpiritu.* Pulchrè & appoſitè in Commentariis Anſelmus: *Transformamur, id eſt, tranſmutamur ad hoc, vt perfectè ſimus imago Dei. Transformamur, id eſt, de forma in formam lucidam; quia & ipſa obſcura imago Dei eſt. Cùm enim natura humana à Creatore ſuo, cuius eſt imago, ab impietate iuſtificatur, à deformi forma formoſam tranſmutatur in formam. Et transformatur à claritate creationis in claritatem iuſtificationis. Atque transformamur tamquam à Domini Spiritu, id eſt, tamquam illi, quos Spiritus Domini transformat, & per gratiam ſuam in melius tranſmutat.* Transformat per Pœnitentiam, tranſmutat in melius per gratiam Euchariſtiæ. Hoc ipſum in votis habeat Chriſtianus Dauid, cùm ſupplicat, *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Cùm poſtulat, *Fiat cor meum immaculatum.* Cùm orat & adorat.

Ad Deum ſanctificatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS Meditat. cap. 9.


Impreſſio ſignaculi. IAm, ô diuine amor Numinis omnipotentis, Proliſque beatiſſimæ arcta communicatio, iam cordis mei penetra-
Pſal. 50, 11. libus potenti illabere virtute. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Pſal 72, 26. Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Adiungat ſe cultor adoratori Spiritus ſancti Auguſtino, & nouerit ſanctificatorem Deum, qui Euchariſtica myſteria conſecrat & ſanctificat. Conſecrat ſimul animam, vt æſtimet quàm benè ſecum agatur, idem enim ſpiritus, qui eſt ſummæ Euchariſtiæ conſecrator, idem omnino fit cordis ſui ſanctificator: cumque diuinus ſit vtrobique, eius ineffabilem deitatem recognoſcat, ſiue cùm Sacerdos celebrat & ſacrificat, ſiue cùm hoſtiam ipſe accipit immolatam, & recipit intra ſe: tunc colat & adoret Spiritum ſanctum, clamet & exclamet, *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

IMA-

IMAGO DVODECIMA.

Cor columbæ & lampade ſignatum in cultum ſeptiformis Spiritus Dei.



Qui diceris Paraclitus,
Tu ſeptiformis munere.

DAuid de corde ſuo ſignato ſeptiformi lumine.

PSALM. C.

Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.

PSALM.

PSALM. CXVIII.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.

Explicatio ſignaculi. MOESTITIAE paſſio cor humanum contrahit & coarctat, lætitiæ verò affectus explicat & amplificat. Cùm Spiritus ſanctus ingreditur cor humanum, & fit reipſa Paraclitus & conſolator, reddit totum illud latum & amplum. Dauid factus particeps huius amplitudinis, ait: *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.* Vt hoc donum accepiſſe ſe à Deo declararet, ſubiungit: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.* Dilatatus corde & animo Dauid canebat Pſalm. 93, 19. *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Recognoſcit, Spiritum Paraclitum fuiſſe ſuum conſolatorem. Ecce in eius corde plenum oleo, & ſacræ vnctionis liquore candelabrum, ſymbolum Spiritus ſancti, apparet, & ſeptiformis quidem ſecundùm numerum donorum. Munera Spiritus ſancti ſunt, ſapientia, ſcientia, fortitudo, timor, conſilium, pietas & intellectus, quæ ſeptem figurantur per lucernas, & per ardentes flammas, quæ & ignis linguæ ſunt: linguæ exprimuntur, quas ſecum Spiritus ſanctus affert. Cor Regis

gis Dauidis ſatis magnum & amplum erat, in quo Spiritus ſanctus donis linguæ ac muneribus comitatus hoſpitabatur. Hoſpitabatur Spiritus ſanctus, cùm diceret: ***Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*** Pſal.84,9. Loquebatur dono linguæ, quam ab ipſo Spiritu acceperat: *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Pſal.26,8. Facies autem & vultus Dei, Spiritus, de quo Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto cap.16. *Dominici vultus lumen appellatur.* Præditus erat donis Spiritus ſancti. *Myſterium lampadis.* Sapiebat, cùm ingreſſus in Sanctuarium Dei, intelligebat in nouiſſimis peccatorum, & ſapienter refellebat à ſe factam conſequentiam: *Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum.* Pſal.72,13. Sciebat, cùm diceret: *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Pſal.65,18. Valebat fortitudine, cùm iactaret: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.* Pſal.26,3. & adderet: *Non receſſit retrò cor noſtrum.* Pſal.43,19. Timebat, cùm oraret: *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Bona tractabat apud ſe conſilia, cùm ſecum ageret: *Meditabar nocte cum corde meo.* Pſal.76,7. Liquefiebat pietate ac deuotione, cùm affirmaret: *Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei.* Pſal.21,15. Florebat intellectu & intelligentia, cùm aſſeueraret: *In toto corde meo ſcrutabor mandata tua.* Pſal.118,69. Viden', in corde Dauidis Spiritum ſanctum cum ſuis donis,

Digitized by Google

PSALM. CXVIII.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.

Explicatio ſignaculi. MOESTITIAE paſſio cor humanum contrahit & coarctat, lætitiæ verò affectus explicat & amplificat. Cùm Spiritus ſanctus ingreditur cor humanum, & fit reipſa Paraclitus & conſolator, reddit totum illud latum & amplum. Dauid factus particeps huius amplitudinis, ait: *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.* Vt hoc donum accepiſſe ſe à Deo declararet, ſubiungit: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.* Dilatatus corde & animo Dauid canebat Pſalm. 93, 19. *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Recognoſcit, Spiritum Paraclitum fuiſſe ſuum conſolatorem. Ecce in eius corde plenum oleo, & ſacræ vnctionis liquore candelabrum, ſymbolum Spiritus ſancti, apparet, & ſeptiformis quidem ſecundùm numerum donorum. Munera Spiritus ſancti ſunt, ſapientia, ſcientia, fortitudo, timor, conſilium, pietas & intellectus, quæ ſeptem figurantur per lucernas, & per ardentes flammas, quæ & ignis linguæ ſunt: linguæ exprimuntur, quas ſecum Spiritus ſanctus affert. Cor Regis

gis Dauidis ſatis magnum & amplum erat, in quo Spiritus ſanctus donis linguæ ac muneribus comitatus hoſpitabatur. Hoſpitabatur Spiritus ſanctus, cùm diceret: ***Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*** Pſal.84,9. Loquebatur dono linguæ, quam ab ipſo Spiritu acceperat: *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, fa-* Pſal.26,8. *ciem tuam Domine requiram.* Facies autem & vultus Dei, Spiritus, de quo Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto cap.16. *Dominici vultus lumen appellatur.* Præ- *Myſterium lampadis.* ditus erat donis Spiritus ſancti. Sapiebat, cùm ingreſſus in Sanctuarium Dei, intelligebat in nouiſſimis peccatorum, & ſapienter refellebat à ſe factam conſequentiam: *Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum.* Pſal.72, 13. Sciebat, cùm diceret: *Iniquitatem ſi aſpexi in corde* Pſal.65, 18. *meo, non exaudiet Dominus.* Valebat fortitudine, cùm iactaret: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit* Pſal.26,3. *cor meum.* & adderet: *Non receſſit retrò cor noſtrum.* Pſal.43, 19. Timebat, cùm oraret: *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Bona tractabat apud ſe conſilia, cùm ſecum ageret: *Meditabar nocte cum corde meo.* Liquefie- Pſal.76,7. bat pietate ac deuotione, cùm affirmaret: *Factum* Pſal. 21, 15. *eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei.* Florebat intellectu & intelligentia, cùm aſſeueraret: *In toto corde meo ſcrutabor mandata tua.* Viden', Pſal.118, 69. in corde Dauidis Spiritum ſanctum cum ſuis donis,

candelabrum cum lucernis ſplendeſcere? Hoc ipſum ſibi optat & petit Eccleſia, cùm ait:

Imple ſuperna gratia
Quæ tu creaſti pectora,

& addit:

Qui diceris Paraclitus,
Altiſſimi donum Dei,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis vnctio.
Tu ſeptiformis munere
Digitus paternæ dexteræ,
Tu ritè promiſſum Patris
Sermone ditans guttura.

Applica-tio. Amplifica, Chriſtiane Dauid, ſinum pectoris ac cordis tui, vt hoſpitem accipias & habeas Spiritum paracletum, magnificum ac munificum, in cuius
Luc. 11, 36. aduentu & hoſpitio *lucerna fulgoris illuminabit te.* Lucerna fulgoris Spiritus ſanctus eſt, qui ſecum affert & confert oleum & vnguentum lætitiæ, quo vel ipſe CHRISTVS vnctus & delibutus eſt, quemadmodum in Pſalm. 44, 8. legimus, *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Lucerna fulgoris ſeptem ornata luminibus, Spiritus ſanctus eſt. Quot ſunt munera, tot ſunt lumina. Graditur in
Pſal. 100, 2 eorum luce, qui dicit, *Perambulabam in innocentia cordis*

cordis mei, in medio domus meæ. & rurſus : *Viam man-* Pſal.118,
datorum cucurri, cùm dilataſti cor meum. Sapiens eſt, 32.
& extrema ſecum conſiderat, nec infert, ſi iuſtus
& rectus ſit, *Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum.* Hic Pſal.72,
idem Sapiens ait : *Os meum loquetur ſapientiam, &* 13. Pſal.18,
meditatio cordis mei prudentiam. Cùm pulſatur tenta- 15.
tione peccandi, nouit occurrere, ac dicere : *Si ini-* Pſal.65,
quitatem aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. 18.
Præditus fortitudine cùm hoſtes inuadunt, inquit:
Non timebit cor meum. Munitur bono conſilio, vt Pſal.26,3.
conſultò res omnes ſuas peragat, dicitque propter-
eà : *Meditabar nocte omni corde meo.* Afficitur pietate Pſal.36,7.
ac deuotione, & loquitur ex affectu : *Factum eſt cor* Pſal. 21,
meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei. Flo- 15.
ret intellectu atque intelligentia, vocem vſurpans
Dauidis : *In toto corde meo ſcrutabor mandata tua.* Hæc Pſal.118,
lucerna fulgoris eſt, quam breuiter exponens & ſa- 69.
pienter definiens Idiota cap.1. Meditat. ait : *Lucerna*
fulgoris eſt viſus amor ardens in mente per deſiderium,
& ſplendens in facie per exemplum. Hic amor in lam-
pade Spiritus ſancti ardet, flammæ eius linguæ ſunt
cordis, vnde & CHRISTVS ait : *Non vos eſtis qui lo-*
quimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.
Hic ipſe eſt qui dicit de ſe : *Ducam eam ad ſolitudinem,* Oſeæ 2,
& loquar ad cor eius. Benè loquitur, qui ſemper ad 14.

ſanctitatem loquitur. Bernardus Sermone 1. Pentecoſt. *Quoties huiuſmodi ſuggeſtionem boni ſenſeris in corde tuo, da honorem Deo, & age reuerentiam Spiritui ſancto, cuius vox ſonat in auribus tuis. Ipſe namque eſt qui loquitur iuſtitiam.* Loquitur in Sacramento Pœnitentiæ, loquitur in venerabili Euchariſtia, & quid niſi iuſtitiam & ſanctitatem ſonat? Honora propterea, & ora Spiritum ſanctum:

Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.

Ad Deum ſanctificatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS Meditat. cap. 9.

Impreſſio. *OMnipotens paraclete Spiritus, mœrentium conſolator clementiſſime, tenebroſa quæque laris neglecti latibula coruſci luminis fulgore habitator lætifica, tuique roris abundantia longo ariditatis marcentia ſquallore viſitando fecunda.* Pſal. 118, 32. *Viam mandatorum cucurri cùm dilataſti cor meum.*

IMA-

IMAGO DECIMATERTIA.

Cor ſignatum columba & fornace in cultum Spiritus Dei ſanctificantis.



Accende lumen ſenſibus:
Infunde amorem cordibus.

DAuid de corde ſuo ſignato igne & columba.

PSALM. XVI.

Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

PSALM. XXV.

Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.

PSALM. LXXII.

Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & neſciui.

PSALM. CXXXVIII.

Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas.

Explicatio ſignaculi.

FORNAX ignis ardentis, & accenſæ charitatis focus in corde Dauidis erat, vt imago repræſentat, & quidem iuxta votum Dei, qui virum iuxta cor ſuum in camino ignis probauit. *Probaſti*, inquit, *cor meum, & viſitaſti nocte.* Baſilius in hunc locum: *Etenim inſtar auri probaſti me, ac purum, Domine, inueniſti.* Nec ſolùm iuxta Dei votum probatus eſt Dauid, ſed etiam iuxta deſiderium ac poſtulatum ſuum. *Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.* & rurſus: *Proba me Deus, & ſcito cor meum.* Et quidem ex abundantia cordis & amoris loquebatur Dauid, ſicut & Auguſtinus, cùm cap.1. Meditat. oraret: *Rex meus extingue in me deſideria carnis, & accende ignem tui amoris.* Ergo Dauid, dum carnis incendia ſentiret, clamabat: *Quia inflammatum eſt cor meum,*

Digitized by Google

meum, & renes mei commutati ſunt, & vt carnis flagrantis deſideria ſopiret, & ignem diuini amoris accenderet, dicebat, *Vre renes meos, & cor meum.* Conſonat & Eccleſia: *Vre igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Domine, vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.* Hic Spiritus ſancti ignis diuina charitas eſt, de qua Paulus: *Charitas* Rom. 5, 5. *Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Accedit Bernardus Serm. 3. Penteeoſt. *Spiritus ſanctus datur ad feruorem in cordibus perfectorum, vehementiùs ſpirans validum ignem charitatis.* Eccleſia itaque mater à Spiritu ſancto diuinum hunc poſtulat ignem:

Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpeti.

Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, Applicatio. *vt veſtimenta illius non ardeant?* Numquid ignis Spi- Prou. 6, 27. ritus ſancti, qui latet in ſinu Dauidis, contineri interiùs poterit, quò minùs illuminet ſenſus, & corporis infirmitatem non pellat? Numquid B. Franciſcus, electus Indiarum Apoſtolus, abſcondere potuit ignem in ſinu ſuo, ne veſtimenta vrerentur, cùm ferendo impar eſſet, nec æſtum diuini amoris poſſet

poſſet tolerare, & exclamaret: *Sat eſt, Domine, ſat eſt?* Hæc vis, & virtus diuinæ charitatis eſt, quam Spiritus ſanctus infundit in corde Dauidis Chriſtiani,
Pſal.16,3. cui dicere licet: *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Benè rogat Ambroſius lib.1. de Spiritu ſancto c.16. *Quis igitur iſte ignis?* & æquè benè reſpondet: *Non igitur virgultis vilibus concretus, aut ſtipula ſiluarum fragoſus incendiis, ſed ignis ille, qui vt aurum bona facta meliorat, & vt ſtipulam peccata conſumit.* Aureus vult eſſe Dauid, cùm orat Deum: *Proba me, Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum,* cùm vrget & inſtat, *Proba me, Domine, & ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas meas.* Euadit & ipſe aureus, cùm in Spiritu ſancti fornace cor eius exploratur & examinatur, dicitque Deo: *Etenim inſtar auri probaſti me, ac purum Domine inueniſti.* Hanc ſibi bonam ſortem aureus & ipſe Auguſtinus optabat & poſtulabat, cùm cap.9. Meditat. inuocaret Spiritum ſanctum: *Iam, ô diuini amor Numinis, Patris omnipotentis, Proliſque beatiſſimæ ſancta communicatio, omnipotens paraclete Spiritus, mœrentium conſolator clementiſſime, iam cordis mei penetralibus potenti illabere virtute, & tenebroſa quæque laris neglecti latibula coruſci luminis fulgore habitator lætifica, tuique roris abundantia longo ariditatis*
marcentia

Digitized by Google

marcentia ſquallore, viſitando fecunda. Saucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo, & torpentis medullas iecoris flammis ſalutaribus penetrando ſuccende; ſanctique feruoris igne illuſtrando, intimæ mentis & corporis vniuerſa depaſce. Depaſcit fornax ſquallorem, affert lumen & ſplendorem auro: purgat quoque focus Spiritus ſancti animam, reddit lucidam & ſplendidam efficit, oratque propterea Chriſtianus Dauid: *Vre renes meos, & cor meum*, vel cum Eccleſia matre accepta iam Communione, *Vre igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum Domine.* Orat & adorat Spiritum ſanctum, cuius igne probatur & examinatur in Sacramento Pœnitentiæ, illuſtratur & ſplendeſcit in diuina Communione. Pſal. 25, 2.

Ad Deum ſanctificatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS Meditat. cap. 9.

IAm, ô diuini amor Numinis, ſaucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo, & torpentis medullas iecoris flammis ſalutaribus penetrando ſuccende, ſanctique feruoris igne illuſtrando, intimæ mentis & corporis vniuerſa depaſce. Proba me Domine, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas. Impreſſio. Pſal. 138, 23.

IMAGO DECIMAQVARTA.

Cor ſignatum columba & gladio in cultum Sanctificatoris & Defenſoris.



Hoſtem repellas longiùs,
Pacemque dones protinus.

DAuid de corde ſuo ſignato columba & gladio.

PSALM. XXXVII.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

PSALM.

Digitized by Google

PSALM. CXVIII.

Clamaui in toto corde meo: exaudi me Domine.

SYMBOLVM Spiritus ſancti myſticum *Explicatio ſignaculi.*
& ſatis proprium columba eſt. Genuina
vox columbæ, gemitus eſt. Et quidem
Spiritus ſanctus per ſe non gemit, animam autem afflictam & tribulatam gemere docet, & facit. Eapropter ſcribit ad Romanos Apoſtolus: *Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram: nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8, 26.
Habebat in corde Dauid columbam Spiritus ſancti, cùm carnis illecebris & dæmonis tentatione pulſaretur, & quidem inſtructus & edoctus à Spiritu ſancto, in gemitus ex ipſo corde procedentes erumpebat, & dicebat: *Miſer factus ſum, & turbatus ſum* Pſal. 37, 7.
vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine, ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Rugire, leonis eſt; columbæ, gemere. Et vt oſtendat Dauid, quantus eius gemitus foret, rugitum vocat. *Rugiebam*, inquit, *à gemitu cordis mei.* Magnus gemitus, qui cùm edatur in terris, percipitur &

exauditur in cælis : qui ſonat in corde, & reſonat apud Deum. cui Dauid : *Domine, ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.* Magnus & altus gemitus : *SanctaTrinitas vnus Deus, miſerere mei.* Quiſquis tam altè gemit, non tam ore quàm corde clamat, ſicut de ſe fatetur Dauid, *Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine.* Baſilius in hunc verſum : *Clamorem, animi votum ac propenſionem vocat. Quapropter & adiicit, In toto corde meo. Ita & Moyſes ſilendo clamauit, ac Deus, Quid, inquit, clamas ad me?* Clamat corde Dauid, & petit ab eodem Spiritu ſancto ſubſidium contra impetus hoſtiles : rogat vt flammeum exerat gladium, irruat in hoſtem, pellat ex corde, & animam liberet, cuius libertatis auida rugiens, & ſimul gemens conuenit Eccleſia Spiritum ſanctum, ac ſupplicat:

Exod.14. 15.

Myſterium gladij.

Hoſtem repellas longiùs,
Pacemque dones protinus,
Ductore ſit te præuio
Vitemus omne noxium.

Applicatio.

Chriſtianum Dauidem agebat, rugiebat & gemebat, totoque corde clamabat cap.15. Meditationum Bernardus, cùm carnis & dæmonis graues incurſus pateretur, & more columbæ conquereretur: *Caro mea*, inquit, *de luto eſt, & ideò lutoſas & voluptuo-*

ſas

ſas cogitationes ab illa habeo; vanas & curioſas à mundo, à diabolo malas & malitioſas. Iſti tres inimici me impugnant & perſequuntur, nunc quidem apertè, nunc verò occultè. Diabolus namque plus confidit in adiutorio carnis, quoniam magis nocet domeſticus hoſtis. Illa verò ad ſubuerſionem meam cum illo fœdus init, vtpote de peccato nata, & in peccatis nutrita, vitiis corrupta ab ipſa origine, ſed multò ampliùs vitiata praua conſuetudine. Hinc eſt, quòd tam acriter concupiſcit aduerſum ſpiritum, quòd aſſiduè murmurat & impatiens eſt diſciplinæ, quòd illicita ſuggerit, nec rationi obtemperat, nec inhibetur vllo timore. Hanc accedit, hanc adiuuat, hac vtitur tortuoſus ille ſerpens, hoſtis humani generis, cui nullum aliud eſt deſiderium, nullum negotium, nullum ſtudium, niſi perdere animas noſtras. Conſtitutus ſic Bernardus petit opem more Dauidis, ſubſidium implorat: *Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab iis qui oderunt me, quoniam confortati ſunt ſuper me. Effunde frameam, & conclude aduerſus eos.* Quid columba cum gladio? quid gladius cum columba? Terrorem incutiebat olim columba, minace formata gladio in ſignis ac vexillis Aſſyriorum, vnde & apud Ieremiam cap. 46, 16. victos & territos legimus dixiſſe hoſtes: *Surge, & reuertamur ad populum noſtrum, & ad terram natiuitatis noſtræ, à facie gladij columbæ.* Magis terribilis, magis

Pſal. 58, 2.

Spiritus ſancti gladius in hoſtem pro corde pœnitentis.

& horribilis hoſtibus animæ noſtræ, gladius columbæ Spiritus ſancti, vt & à facie eius fugiant, diſpareant & euaneſcant. Flammeus gladius eſt, vrit & conſumit quidquid in corde vitioſum eſt, & animæ nocet. Nouit hoc Chriſtianus Dauid, ſollicitus pro corde ſuo mundando, quemadmodum & ipſe Bernardus Serm.2. Pentecoſt. declarauit: *Quid ergo à te quærit, qui tanta ſollicitudine à te quæſiuit, niſi te ſollicitum ambulare cum Deo tuo? Hanc ſollicitudinem non facit niſi Spiritus ſanctus, qui ſcrutatur profunda pectorum noſtrorum, diſcretor cogitationum & intentionum cordis, qui nec minimam paleam intra cordis, quod poſſidet, habitaculum patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit. Spiritus dulcis & ſuauis, qui noſtram voluntatem flectat, imò erigat & dirigat ad ſuam, vt eam veraciter intelligere & efficaciter implere poſſimus.* Tota hæc potentia, tota hæc ſufficientia prouenit ex Spiritu ſancto, qui docet manus Dauidis ad prælium, & digitos eius ad bellum, & vt adſit prælianti, ſiſtat ſe in facie gladij columbæ, quæ ſanctificat Pœnitentiam, & perficit Euchari-
Pſal.37.7. ſtiam, oret & adoret: *Afflictus ſum, & humiliatus ſum*
Pſal.118, 145. *nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Clamaui in toto corde meo: exaudi me Domine.*

Ad

Ad Deum ſanctificatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS Meditat. cap. 9.

IVdica me Domine, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta; doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Veni iam, veni benigniſſimæ animæ dolentis conſolator, & in opportunitatibus, & in tribulationibus adiutor. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Clamaui in toto corde meo: exaudi me Domine. Impreſſio. Pſal. 37, 7. Pſal. 118, 145.


Appareat cor ſignatum Sole, Vellere aureo & columba in cultum & honorem perfectum ſanctiſſimæ Trinitatis.

Attende in corde tuo ſignaculum ſimilitudinis* Dei. Eccli. 16, 25. *Ezec. 28, 12.

IMA-

IMAGO DECIMAQVINTA.

Cor ſignatum Sole, Vellere aureo & columba in cultum & honorem diuinarum trium perſonarum.



Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atque Filium.

DAuid de corde ſuo ſignato ſignaculo Patris luminum, Agni & columbæ.

PSALM. XXXIX.

Cor meum dereliquit me.

PSALM.

Digitized by Google

PSALM. XXXVIII.

Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.

PSALM. CXVIII.

In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

CONTEMPLARE, vir fidelis, cor Dauidis, in cuius medio columba Spiritus ſancti radiata lucet & fulget. Contemplare Patrem luminum in typo Solis ſupra cordis apicem micantem & reſplendentem. Contemplare Agnum Patris è corde Dauidis pendentem, & aureo vellere ſuo cor ligantem & decorantem. Hoc aureum vellus, nexus ac vinculum eſt, quo fugitiuum cor cepit & traxit Pater luminum ad Filium ſuum. *Nemo venit ad me*, Filius ait, *niſi Pater meus traxerit eum.* Vt traheretur à Patre, dicebat Patri Dauid: *Cor meum dereliquit me.* Cor humanum catenis ferreis violentiæ & coactionis minimè trahitur, ſed aureis vinculis amoris & charitatis. Pater idcircò ait, *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Cor Dauidicum amore ducitur & reducitur, vnde & ipſe Dauid, *Concaluit*, inquit, *cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Hæc vis ignitæ charitatis eſt, qua dulciter ac ſuauiter allicitur cor humanum, vt veniat ad Agnum, veniat ad

Explicatio ſignaculi.

Ioan. 6, 44.

Oſeæ 11, 4.

Verbum, verba eius excipiat ac ſeruet, quare & Dauid Agno cæleſtis Patris fatetur ac confitetur. *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Baſilius in Scholiis: *Qui terrenas diuitias poſſidet, non ſinit eas quibuſuis eſſe expoſitas, ſed interioribus penetralibus abdit, quò furum manus effugiant; ita & qui ſpiritales diuitias habet, in animo ſuo illas abſcondit, ne has per inanem gloriam animarum deprædatores furentur.* Liber ab

Pſal.130. 1. iis prædonibus erat, qui & dicebat, *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.* Diues & opulentum cor plenum notitia diuina, ac myſtica Theologia, cæleſtis Numinis, cuius digitus eſt Spiritus ſanctus, *Digitus paternæ dexteræ*, Patrem indicans, & Filium eius demonſtrans. Aſſentitur Auguſtinus in Manual. cap.27. quod eſt de Spiritu ſancto. *Amor Dei mentem illuminat, conſcientiam mundat, animam lætificat, & Deum demonſtrat.*

Applicatio. Satis benè & appoſitè Bernardus Serm.1. Pentecoſt. *Spiritus ſanctus monet, mouet, & docet. Monet memoriam, rationem docet, mouet voluntatem. In his enim tota conſiſtit anima.* Pulchra Spiritus ſancti ſchola, in qua monetur, docetur, & mouetur ſacrum cor Dauidis Chriſtiani: monetur, vt ſe recipiat; mouetur, vt reuertatur ad Deum; docetur, vt intra ſe acquirat, & habeat ſcientiam Dei Patris, Filij, & Spiritus

tus ſancti. Adhuc Bernardus Serm.3. *Felix, qui in hoc ſancti Spiritus thalamo commoratur, vt poſſit intelligere triplicem illum ſpiritum, de quo idem puer Domini ſuper ſeniores intelligens clamabat & decantabat: Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Quis ſit ſpiritus principalis, rectus & ſanctus, explicat ibidem Bernardus. *Patrem intellige ſpiritum principalem. Spiritum rectum quod ait, Filio poteſt non inconuenienter aptari, qui nos veterem hominem exuens, nouum induit: qui nos renouauit in ſpiritu mentis noſtræ tamquam in viſceribus noſtris, vt cogitemus quæ recta ſunt, vt ambulemus in nouitate ſpiritus, & non in litteræ vetuſtate. Spiritum ſanctum ipſum intellige proprio nomine deſignatum.* Hic Spiritus ſanctus eſt, qui de corde thalamum condit, in quo ſimul cum ipſo per cognitionem & affectionem Pater & Filius ſuam conſtruunt & fabricant habitationem. Audiamus Auguſtinum cap.9. Meditat. loquentem cum Spiritu ſancto. *Credo ergo, quòd quemcumque inhabitaueris, Patris ac pariter Filij domicilium cordis. Beatus qui te merebitur hoſpitem, quoniam per te Pater & Filius apud eum facient manſionem.* Accedit & Anſelmus cap. 7. Meditat. *Fac precor, Do-*

Pſal. 50. 13.

Domine, me guſtare per amorem, quod guſto per cognitionem; ſentiam per affectum, quod ſentio per intellectum. Trahe me Domine in amorem tuum. Totum quod ſum, tuum eſt conditione: fac totum tuum dilectione. Ecce Domine coram te eſt cor meum. Ecce coram te eſt cor meum, quod aliàs dereliquit me, ſed tu, Pater ſuperne luminum, vinculis aureis illud attraxiſti, & reduxiſti. Ecce coram te eſt cor meum, clementiſſime Redemptor, quod tibi ſummis beneficiis deuinxiſti. Ecce coram te eſt cor meum, Spiritus ſacratiſſime, cuius virtute & efficacia concaluit intra ſe, & ſimul exarſit meditando, orando, & adorando myſterium ineffabile beatiſſimæ Trinitatis, cui ſacrum in eo conſtituiſti domicilium.

Ad Deum ſanctificatorem oratio & adoratio cordis.

S. AVGVSTINVS Meditat. cap. 9.

Impreſſio. *CRedo ergo, quia quemcumque, Spiritus Dei, inhabitaueris, Patris ac pariter Filij domicilium condis. Beatus, qui te merebitur hoſpitari, quoniam per te Pater*
Pſal. 118, 11. *& Filius apud eum facient manſionem. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*

NOVVS

NOVVS DAVID
COR SVVM
VELLERE SACRO INSIGNITVM
SANCTISSIMÆ TRINITATI
DICAT CONSECRATQVE.

PSALM. L.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

GLORIA hæc eſt Patris Creatoris, Filij Redemptoris, & Spiritus Sanctificatoris, vt diuinum eius numen debeat & poſſit ſolùm hoſtiis & ſacrificiis honorari & adorari. Dicit propterea Deus: *Gloriam meam alteri non dabo.* Isai. 48, 11. Cùm hæc gloria omnino intacta & illibata ſoli Deo debeatur, ſanctum Miſſæ ſacrificium Dei ſolius maieſtati conſecratur. *Et quamuis*, definiente ſic Concilio Tridentino ſeſſ.22. cap.3. *in honorem & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Miſſas Eccleſia celebrare conſueuerit, non tamen illis Sacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli qui illos coronauit, vnde nec Sacerdos dicere ſolet, Offero tibi Sacrificium Petre vel Paule: ſed Deo de illorum victoriis gratias agens, eo-*

Digitized by Google

rum patrocinia implorans. Ergo ſoli Deo tribuit hanc gloriam Dauid, vt cor ſuum & ſpiritum ſuum immolet, & ſacrificet ei qui Deus eſt cordis Creator, Redemptor & Sanctificator eſt animæ. *Sacrificium,* inquit, *Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Dignum Patris Sacrificium, ſpiritus contribulatus eſt: vnde & CHRISTVS ipſe in ara Crucis tribulatum ſpiritum ſuum æterno libauit Patri: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Hæc ſpiritus commendatio, immolatio eius fuit, hæc conſecratio Dauidis deſtinata etiam Patri, *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Cor contritum, eſt animæ pœnitentis ſacrificium, & pertinet ad Spiritum ſanctum, de quo Anſelmus in cap.8. ad Romanos: *Spiritus* CHRISTI, *vbi habitat, facit pro cæleſtibus æſtuare, carnem propter vitia conteri.* Conterit cor humanum, conficit ipſe ſacrificium in pectore hominis pœnitentis, quod exiſtens ipſe in corde Dei lubens & volens acceptet. Confirmat hoc ipſum Bernardus Serm.2.Pentecoſt. *Spiritus ſanctus eſt, in quo clamamus, Abba, pater, ipſe qui poſtulat pro Sanctis gemitibus inenarrabilibus. Et hæc quidem in corde noſtro. Quid autem in corde Patris? Sicut in nobis interpellat pro nobis ita, & in Patre delicta donat cum ipſo Patre. Aduocatus noſter ad Patrem in cordibus noſtris,*

Cor Patri luminum ſacrum.

Luc. 23, 46.

Sacrum diuinæ columbæ.

Digitized by Google

ſtris, *Dominus noſter in corde Patris.* Sancto ergo Spiritui cor ſuum contritum ſacrat & dicat Dauid. Idem ipſe humiliatum cor ſuum diuino immolat *Sacrum diuino Agno* Agno, cuius eſt illa exhortatio: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. 11, 29. Accedit Bernardus Epiſtola 42. *Non deſpicit illa maieſtas cor contritum & humiliatum in noſtro genere, quæ corpus ex eo humilitatis aſſumere non dedignata eſt.* Hoc idem ſacrificium eſt, quod tres pueri confecerunt, & obtulerunt in fornace Babylonis, ſicut legimus cap. 3. Daniel. *In animo contrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, ſicut in holocauſtis arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium, ſic fiat Sacrificium noſtrum hodie, vt placeat tibi, quoniam non eſt confuſio confidentibus in te. Et nunc ſequimur te in toto corde.* Quàm ſibi gratum eſſet hoc ſacrificium, Deus ſtatim oſtendit & manifeſtauit per Angelum. *Angelus autem Domini deſcendit de cælo cum Azaria & ſociis eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtauit, neque quidquam moleſtiæ intulit. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum.* Pſal. 50, 19. Hoc perpetuum ſacrificium, & ſimul æternum votum Chriſtiani Dauidis, in cuius corde cordis ſublimis Deus habitat, & in eo mouet & excitat


excitat Spiritus ſancti flatus, quibus in æſtu carnis
Iſai.57.15 & ſanguinis mira temperies ſentiatur. *Quia hæc dicit; Excelſus & ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius in excelſo, & in Sancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. Non enim in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar: quia ſpiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.*

Ad glorioſam Trinitatem oratio & adoratio cordis contriti, & vellere aureo inſigniti.

Baruch 2, 16. *RESpice Domine de domo ſancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos. Aperi oculos tuos, & vide quia non mortui, qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabunt honorem & iuſtificationem Domino, ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam & iuſtitiam*
Eccli.38, 28 *Domino: Sic omnis faber & architectus* cultor artis benè viuendi & moriendi, *qui noctem tamquam diem tranſigat, & aſſiduitas eius variat picturam, cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigilia ſua perficiet opus.* Perficiet opus ſanctæ Crucis inſtrumento dolatum & elaboratum, quod proferent & offerent inſignes

inſignes artifices huius artis, Rex glorioſus Crucifixus, & ceteri Crucifixi Crucis inſtrumento vſi, & eius vſum atque virtutem oſtendentes in ſacro Sanctuario Crucis & Patientiæ.

PATIENTIA OPVS PERFECTVM HABET.



PARTIS TERTIÆ.

De Euchariſtia, Euchariſtico Sacrificio, Communione, & Viatico.
De officio celebrantis.
De officio communicantis. 513. vſque ad pag. 618.

De ſeptem miraculis Euchariſtiæ, & Virginitatis Marianæ. 618. vſque ad pag. 629.

De effectibus ſacræ Euchariſtiæ. 630. vſque ad pag. 644.

De frequenti vſu ſacræ Communionis. 645. vſque ad pag. 676.

APPENDICIS.

De corde antiqui & noui Dauidis, & creaturæ colentis ſuum Creatorem. 680. vſque ad pag. 706.

De corde creaturæ colentis Deum Redemptorem & Paſtorem. 709. vſque ad pag. 735.

De corde creaturæ colentis Deum ſuum Sanctificatorem. 738. vſque ad pag. 769.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A

ADæ ſtatus. 2 5. *& ſeq.* ruina. 49. *& ſeq.* exilium. 61. *& ſeq.*
Agathæ vbera. 59.
Agatha myſtica anima, celebrantis. 552. communicantis. 556.
Agnes cum agno. 585.
Agnes myſtica, anima celebrantis. 590. communicantis. 593.
Animæ creatæ effigies MARIA. 9. *& ſeq.*
Animæ innouatæ virtute Baptiſmi effigies MARIANA. 71. *& ſeq.*
Anima innouata virtute ſacri Baptiſmi, myſtica MARIA eſt, imbuta Spiritu ſancto. 71. *& ſeq.*
Anima renata ex aqua & Spiritu ſancto triumphat cum MARIA de peccato originis. 70. *& ſeq.* de eius pœnis. 82. *& ſeq.*
Ars antiqua benè viuendi. 7. *& ſeq.*

B

Barbara patrona Staniſlai. 586.
Barbara myſtica, anima celebrantis. 588. communicantis. 591.
Baptiſmus ars noua benè viuendi & moriendi. 66. *& ſeq.*

C

Cæcilia cum organo. 513.
Cæcilia myſtica, anima celebrantis. 516. communicantis. 520.
Clara cum venerabili Sacramento. 551.
Clara myſtica, anima celebrantis. 554. communicantis. 559.
Catharina Alexandrina cum anulo. 531.
Catharina myſtica, anima celebrantis. 534. communicantis. 541.
Catharina Senenſis cum ſtigmatis ſacræ paſſionis. 536.
Catharina Senenſis typus animæ celebrantis. 537. communicantis. 539.
Communionis frequentia. 645. *& ſeq.*
Conceptionis immaculatæ miracula. 180. *& ſeq.*
Confeſſio filij prodigi. 269.
Confeſſionis frequentia. 469. *& ſeq.*
Confeſſarij officia: cum Chriſto ouem perditam quærere. 223. *& ſeq.*
dealbare peccatores. 238.
mundare leproſum. 251.
curare paralyticum. 263.

cæcum illuminare. 287.
recipere prodigum. 275.
audire benignè confitentem. 299.
transformare pœnitentes. 311.
monita ſalutis dare. 323.
non dedignari pœnitenti ſuccurrere. 331.
bonum eius propoſitum examinare. 350.
more debito pœnitentias iniungere. 364.
iniungere opera miſericordiæ. 390.
opera mortificationis. 401.
preces & orationes. 420.
abſoluere ſicut abſolutus eſt Lazarus. 373.
ſicut & Petrus abſolutus eſt. 433. *& ſeq.*
Confeſſarij exemplar Chriſtus crucifixus. 458.
Conuerſio Chananææ. 357.
Conuerſio Magdalenæ. 343.
Cor ſecundùm cor Dei creatoris. 680. *& ſeq.*
Cor ſecundùm cor Dei Redemptoris, & Paſtoris. 696. *& ſeq.*
Cor ſecundùm cor Dei ſanctificatoris. 738. *& ſeq.*
Creatoris cultus. 9. *& ſeq.*

D

Dauid nouus & antiquus naufragus. 193. *& ſeq.*
Dauid liber à naufragio. 441. *& ſeq.*
Deteſtatio peccatorũ. 329. *& ſeq.*
Dorothea cum fructibus. 319.
Dorothea myſtica anima celebrantis. 518. communicantis. 522.

E

Euchariſtia ars artium benè viuendi & moriendi. 510. *& ſeq.*
Euchariſtia memoria Chriſti. 525 545. 563. 581. 599. 616. 624.
Euchariſtiæ effectus duodecim fructus Spiritus ſancti. 632. *& ſeq.*
Euchariſtiæ, & virginitatis Mariæ ſeptem miracula. 624. *& ſeq.*
Euchariſtiæ frequentia opus Spiritus ſancti. 645.
Euchariſtiæ frequentia ſanctificatur per ſeptem dona Spiritus ſancti. 648. *& ſeq.*
Examen conſcientiæ. 257. *& ſeq.*

F

Feminæ patientis fluxum ſanguinis curatio. 397.
Feſta nouem immaculatæ Mariæ, triumphi ſolemnes de peccato originali, & eius pœnis. 70. *& ſeq.*
Figura immaculatæ Mariæ impreſſa animæ. 77. 88. 98. 108. 118. 128. 137. 148. 162.

G

Gloria ſanctæ Trinitatis condonatio culparum. 462. *& ſeq.*

Gloria ſanctæ Trinitatis, & Matris Dei, ſacra Euchariſtia. 604.

H

Humanæ naturæ ſtatus. 25. ruina. 49. exilium. 61. reſtitutio. 71. *& ſeq.*.
Hymnus Euchariſtiæ, *Pange lingua*, expoſitus. 313. *& ſeq.*

I

Imago miraculoſa ouis errantis. 218.
Imago miraculoſa Regis Æthiopis. 232.
Imago miraculoſa leproſi. 246.
Imago miraculoſa paralytici. 258.
Imago miraculoſa prodigi. 270.
Imago miraculoſa cæci à natiuitate. 282.
Imago miraculoſa ſurdi ſanati. 318.
Imago miraculoſa Centurionis. 330.
Imago miraculoſa Magdalenæ. 344.
Imago miraculoſa Chananææ. 358.
Imago miraculoſa Lazari. 372.
Imago miraculoſa Matthæi. 384.
Imago miraculoſa feminæ patientis fluxum ſanguinis. 397.
Imago miraculoſa muti hominis ſanati. 414.
Imago miraculoſa D. Petri. 428.
Imago miraculoſa Chriſti crucifixi. 442.

L

Lazari ſuſcitatio. 371.
Leproſi contritio. 245.
Luciæ fides. 569.
Lucia myſtica anima celebrantis. 572. communicantis. 577.

M

Maria primogenita Dei. 7.
Maria prima in cultu Dei Patris. 8.
Maria prima ad regnum vocata. 23.
Maria prima in obedientia. 31.
Mariæ immaculatæ periculum. 49.
Maria libera à culpa, ſed non à debito naturæ. 54. *& ſeq.*
Mariæ, & animæ Chriſtianæ ac Marianæ triumphi de culpa in Conceptione. 69. *& ſeq.*
de nuditate in Natiuitate. 81. *& ſeq.*
de fuga in Præſentatione. 91. *& ſeq.*
de maledictione terræ in Annuntiatione. 101. *& ſeq.*
de maledictione fructus in Viſitatione. 111. *& ſeq.*
de timore & dolore partus in Expectatione. 121. *& ſeq.*
de multiplicatione fetus in Purificatione. 130. *& ſeq.*
de exilio in Aſſumptione. 144. *& ſeq.*
de morte & mortalitate in Feſto ad Niues. 164. *& ſeq.*

Maria myſtica, anima celebrantis. 605. communicantis. 608. & ſeq.
Matthæi vocatio. 383.
Muti hominis curatio. 413.

N

Naufragum agit Dauid in ſeptem Pſalmis Pœnitentiæ. 194. & ſeq.

O

Oraculum, *Attende tibi.* 11.
Oratio Dominica explicata. 7. & ſeq.
Ore confeſſio fit ad ſalutem animæ & corporis. 298. 310. 322. 334. 349. 363. 376.
Ouis errantis parabola. 217.

P

Pœnitentia ars noua benè viuendi & moriendi. 189. & ſeq.
Pœnitentiæ partes Contritio, Confeſſio, Abſolutio, & Satisfactio. 194. & ſeq.
Pœnitentiales Pſalmi continent in ſe has partes Pœnitentiæ. *ibid.* Pſalmus L. explicatus. 217. & ſeq.
Pœnitens ouis errans. 220. & ſeq. Rex Æthiops. 233. leproſus. 247. Paralyticus. 259.
Pœnitens, Prodigus. 271. Cæcus à natiuitate. 283.
Pœnitentis confeſſio. 295. & ſeq. transformatio. 305. obedientia. 319. deteſtatio criminum. 331. propoſitum vitæ melioris. 345.
Pœnitens acceptans pœnitentiam. 360. accipiens abſolutionem. 373. & ſeq.
Petri Apoſtoli pœnitentia. 427.

Q

Quærendum primùm regnum Dei. 25. & ſeq.
Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quo modo, quando, circumſtantiæ Euchariſticæ. 507.

R

Reconciliationis & reformationis myſterium. 461. & ſeq.
Regis Æthiopis contritio perfecta. 231.

S

Salutatio Angelica explicata. 69. & ſeq.
Samaritanæ conuerſio. 293.
Sanatio cæci à natiuitate. 281.
Sanatio hominis ſurdi. 317.
Satisfactio operum miſericordiæ. 385. & ſeq.
Satisfactio mortificationis. 400. & ſeq.
Satisfactio orationum. 416. & ſeq.
Satisfactio cordis contriti & humiliati. 430. & ſeq.
Satisfactio Chriſti perfecta. 443. & ſeq.
Satisfactio ſalutaris non animæ ſolùm, ſed etiam corpori. 389. 404. 419.
Signaculum ornatum inſignibus virgi-

virginalibus, impreſſum animæ. 525.344 563.580.596.

T

Templum Dei mundus totus eſt. 9.
Tereſiæ matris, & eius filiæ venerabilis Annæ de IESV perſpicax viſus erga Euchariſtiam. 567.
Tereſiæ matris ſpiritus heres eadem filia Anna de IESV. *ibid.*
Tereſia myſtica, anima celebrantis. 570. communicantis. 574.

V

Viatici ſumendi forma. 524.543. 562.581.596.612.
Virgines nouem Euchariſticæ, nouem canentes Muſæ. 508.
Virgines canunt, more cæleſti, ſuis ſignis & inſignibus. 513. *& ſeq.*

Z

Zachariæ reſtituta loquela, vt orando, & Deum laudando ſatisfaceret. 414.
Zelus pœnitentis ſatisfactorius. 385. *& ſeq.*
Zelus Confeſſarij. 390. *& ſeq.*

SVM-

SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

FERDINANDI II. *Diuina fauente clementia electi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Diplomate cautum eſt; nequis intra Romani Imperij & Regnorum ac Dominiorum ſuorum hereditariorum fines, Societatis* IESV *Patrum Opera citra conſenſum eorumdem Patrum & Auctorum deſuper obtentorum imprimere, vel recudere, aut alibi recuſa inferre aut vendere præſumat. Qui ſecùs faxit, præter Librorum omnium confiſcationem, viginti marcharum auri puri pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet ex Diplomate dato Viennæ die* IV. *Auguſti*, M. DC. XXVI.

FERDINANDVS.

Petrus Henricus à Stralendorff.

Ad mandatum Sac. Maieſtatis proprium,

Hermanus à Queſtenbergh.

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS.

CVm ſacrum Oratorium piarum Imaginum immaculatæ MARIÆ, *& Animæ creatæ, ac Baptiſmo, Pœnitentia, & Euchariſtia innouatæ, à R. P.* Petro Biuero *Societatis noſtræ Theologo & Sereniſſimorum Belgij Principum Concionatore compoſitum, tres Societatis noſtræ Theologi, quibus id commiſſum fuit, luſtrauerint, & in lucem edi poſſe probauerint, pro poteſtate mihi facta ab admodum R. P. N. Mutio Vitelleſco Societatis noſtræ Præpoſito Generali, concedo vt typis diuulgetur; & iuxta Priuilegium Cæſareum Societati noſtræ conceſſum, ſoli Balthaſari Moreto idem imprimere ac recudere liceat. In cuius rei fidem haſce manu meâ ſubſcripſi, & officij mei ſigillo munitas dedi Bruxellis* V. *Decembris*, M. DC. XXXIII.

Guilielmus de VVael.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS IV. *Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus ac Potentiſſimus Belgarum & Burgundionum Princeps, Diplomate ſuo ſanxit, nequis* ſacrum Oratorium piarum Imaginum immaculatæ MARIÆ, & Animæ creatæ, ac Baptiſmo, Pœnitentia, & Euchariſtia innouatæ, Auctore R.P.Petro Biuero Matritenſi Societatis IESV Theologo,& Sereniſſimorum Belgij Principum Concionatore, *præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo intra ſeptennium imprimat, aut alibi terrarum impreſſum in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaléve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione Librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ* XVI. *Septembris*, M. DC. XXXII.

Signat.

Steenhuyſe.

APPROBATIO CENSORIS.

S*Acrum Oratorium piarum Imaginum immaculatæ* MARIÆ, *& Animæ creatæ, ac Baptiſmo, Pœnitentia & Euchariſtia innouatæ, Auctore R.P.Petro Biuero Societatis* IESV *Theologo, opus eſt non minoris pietatis quàm doctrinæ, & dignum cenſeo quod ad publicam vtilitatem typis mandetur, atque in lucem proferatur.*

Gaſpar Eſtrix Canonicus & Plebanus Antuerp. ac Librorum Cenſor.

Digitized by Google


LABORE ET CONSTANTIA

Vita Nova
di M. Sillitti
Latina-(B. Piave)

1969